


Sveionivs

1541.

135

A
21
418



Megabibus apud exdotam dixit multitudinem
nihil esse insipientium neque in plebe
quodlibet nihil intelligere

Sextus aurelius scribit de Agesto
uulgo tractatus esse in uina non na
ceretur aut moreretur

Caius canuleus tribunus plebis rogatione
pro mulguit de curabio in ferpatres
et plebem conuincendo et de ordinibus
indifferentis maritandis

Seneca Hieronymus diacones pauca
honorable presbiteros uerba
regem potentibiles sunt

deservar unum quendam in desponne
ad Pan machiu scribens apit qua
uis clarus honor uideat in turba

Quos in s doat militem anturionis contra
tionem tribum tribum legati legati consulis
imperio soluta parere

sciam tribanoy erat milites in castis continere
et ad egeritatione perducere. uigilias cir
cuire. a clita casti pax. querebas a metip
in audire uale tuoi havis inspicere

A
021
418

HOC IN CODICE CONTENTA.

C. Suetonij Tranquilli XII. Cesares.

Ausonius poeta de XII. Cesaribus per Suetonium Tranquillum scriptis.

Eiusdem tetrasticha de Cesaribus, à Iulio usque ad sua tempora.

Ioan. Baptistæ Egnatij Veneti de Romanis principibus Libr. IIII.

Eiusdem annotationes in Suetonium.

Annotata in eundem, & loca aliquot restituta per D. Erasmum Roterodanum.

Habet et in margine Ioannis Renerij in XII. Cesaribus scholia, multum lucis Suetonij tenebris studiosis allatura.

M. Iulio Cesaris...
643. qui fuit ante xpū 103.
in auzera.

FACULTAD
DE FILAS Y LETRAS
Est. ~~A~~
Tab. 5
Num. 54



I
bus
rere
sint
pro
gan
omn
nes
enin
ceps
plur
ex l
ex e
stas
phil
in h
star
quò

ILLVSTRISSIMIS

SAXONIAE DVCIBVS,

Federico sacri Imperij lectori &c. eiusq;
patrueli Georgio, Erasmi

Roterodamus

S. D.



VT ab his uiris, quos fortuna calculus mun-
di gubernaculis admouit, Federice, ac Geor-
gi ducum incorruptissimi, haud exege-
rim anxiam, atque exactam scholastica-
rum disciplinarum cognitionem, in qui-
bus qui consenuerint, eos serè sensu etiam communi ca-
rere uidemus, tantum abest, ut tractandis rerum habenis
sint idonei: ita uehementer ab istis dissentio, qui reges
prorsus ab omni librorum cōmercio, ceu re noxia, able-
gant, pèrinde quasi hoc demum uerè regium sit, nihil
omnino uel scire, uel agere, præter aleã, uenatus, morio-
nes, & his etiam sordidiores uoluptates. Cum quibus
enim amicis libentius cōfabuletur cordatus, & pius prin-
ceps, quàm cū ijs, qui & semper præstò sunt, & sapiunt
plurimum, & nihil loquuntur ad gratiam? Verum nullis
ex libris, mea sententia, plus utilitatis capi possit, quàm
ex eorum monumentis, qui res publicè, priuatimq; ge-
stas bona fide posteris prodiderunt, præsertim si regalis
philosophiæ decretis imbutus huc accesserit. Etenim qui
in hoc munere, rerum gerendarum exemplum, quàm ge-
starum fidè spectare maluerunt, hætenus modò profunt,
quòd boni principis simulacrum oculis subiiciunt, si qui

d z tamen

tamen id scitè, uereq; effinxerunt. Ceterum ex bonæ fidei scriptoribus super alias innumeras, hæc præcipua capitur utilitas, quòd non alia res æquè uel bonorum regum animos ad res cum laude gerendas accendit, uel tyrannorum cupiditates cohibet, ac refrenat, dum utriq; cernūt horum literis suam uitam omnè mox in totius orbis, imò seculorum omnium theatrum producendam, & quicquid nunc uel in abdito patrant, uel ascito furo pratexunt, uel metu dissimulari cogunt uerius, quàm ignorari, paulò post clarissima in luce sub oculis omnium traducendum, cum iam metu pariter, ac spe libera posteritas, nec ullo corrupta studio, magno cōsensu rectè factis applaudet, pariq; libertate his diuersa explodet, exhibabitq;. Nec enim arbitror quenquam tyrannum, sic penitus omnem hominis sensum exuisse, ut uitam sibi iucundam ducat, si norit suum nomen apud posteros omnium ætatum, ac nationum tam inuisum, & execrabile fore, quàm est Neronis, Caligulae, Heliogabali, Commodi, ad quorum mentionem, ceu portentorum uerius, quàm principum, nemo iam non despuat, non abominatur, non detestatur. Nam Vitellius uiuus etià malè gesti Imperij pœnas dignas dedit, quas & Nero daturus erat, ni supplicij fœditate deterritus, ipse sui carnifex esse maluisset. Quod quidem exemplum utinam in hæc usque tempora duraret. Nunc enim nihil est impunitius, quàm quod nulla satis grauis animaduersio pensare queat, malè obiti magistratus culpa. Iam in ceteris historie dotibus, quantum alijs quisque tribuendum putet, ipse uiderit suo arbitrato. Illud opinor apud eruditos omneis in confesso esse,

esse,

*Præcipua
uoluntate*

esse, quod ad narrationis fidē attinet, primas deberi Suetonio: qui, ut quidam non infestiuiter dixit, prorsus ea libertate scripsit Caesarum uitas, qua uixerunt ipsi. Prope modum æquarunt Suetoniū hac sanè laude, Aelius Spartianus, Iulius Capitolinus, Aelius Lampridius, Vulcatius Gallicanus, Trebellius Pollio, Flavius Vopiscus, licet eloquētiae uiribus, sermonisq; politiæ multò inferiores. Proinde mihi quidem digni uidebātur, ut eorum lucubratiōnes studiosi summa fide seruarent, quorū fide factum est, ut tantarū rerum tam certa memoria duret in hanc usq; nostram ætatem. Ac Suetonium quidem nescio quo deo propitio, & antehac nō ita passim deprauatū, nunc eruditōrum, meaq; opera purum, ni fallor, & integrum habemus, suffragante mihi ad hoc negotij peruetusto quodam codice, quē è bibliotheca monasterij, apud Neruios olim, nūc Tornacenses uulgato cognomine diui Martini nobis exhibuit nobilissimus ille Guilielmus Montioius, qui id tēporis regias uices in ea urbe gerebat. Reliquos, quoniam nullo huiusmodi præsidio subleuabamur, quod unum licuit, multò certè minus deprauatos dedimus. Eosq; omneis uestri nominis lenocinio orbi commendare uisum est, uel uestro in me studio, uel erga bonas literas animi propensione, ut id auderem prouocatus, quò uidelicet uiri imaginibus, et opibus clari, magis, ac magis in his philosophari consuescant, & uelut ad speculū uitā, morēq; componere. Primū enim dum uidemus mutatū, orbis Romani statum, tanto sanguinis humani impediō cōstitisse, ea res pium certè principem à temere uouadis rebus deterrebit. Deinde spectare est operæpretium, quam

qui nec
narrat.

Sæstuarijs uicibus, Euripi cuiuspiã ritu, res humane sur-
 sum, ac deorsum uoluantur, ni solida principum sapien-
 tia, et incorrupta uirtus fluxum hunc sistat, inhibeatq;.
 Quin et illud subit admirari, in tanto principũ numero
 uix paucos extitisse tolerabiles, paucissimos probos, ple-
 rosq; non improbos modò, uerum etiam ostèta mera, me-
 rasq; pestes humani generis, multos etiam mente captos.
 O nouam seculi calamitatẽ, cum uni furiose bestie totus
 seruiret orbis, et ingemiscens eandem caneret cantionẽ,
 quam seruus Carion apud Aristophanem $\omega\varsigma$ $\alpha\gamma\gamma\alpha\lambda\epsilon\omicron\upsilon$.
 Et tamẽ huiusmodi portèta, parricidijs, sacrilegijs, ince-
 stis, breuiter, nullo nõ dedecorum genere impurata, tem-
 plis, aris, ac diuinis honoribus donabat hominũ adulatio,
 fortune, uel magis sceleribus tribuens, quod uirtuti dari
 consuevit. Quis post hæc, rectè factis grassetur ad nomi-
 nis immortalitatem, si cœlum datur ijs, qui indigni erãt,
 ut terrã cõtingerent? Nam quòd Domitius, et Cõmodus
 uterq; sceleratissimus, Dei uocabulum uiui etiam usurpa-
 runt, quis non uidet manifestariẽ cuiusdam insanie fuisse
 uerius, quàm impudẽtiẽ? Porro quibus de causis hoc acci-
 derit, nondũ mihi satis liquet, siue quòd ipsa fortune ma-
 gnitudo plurimas res secũ defert, que bene nata, recteq;
 instituta ingenia queant corrumpere. Id quod facilius cre-
 det, qui perpenderit Neronis adolescentiã laudatissime
 indolis fuisse, et quo non alius adhuc fuit orbi pestilen-
 tior, optimi tamẽ principis spem initio de se præbuisse.
 Tũ ab hoc multò post Bassianũ Getæ fratrẽ, dum priua-
 tus ageret, uirũ integrũ, ac sanctũ, pessimum egisse prin-
 cipem: Siue quòd ut quædã nauigia immodicè magna, ua-

aliquot nauis qd sã grandes no se pueden gobernar qd;
 offi al gant rignos sã tã grandes que no se puede susten-
 tar uariis de un thalra y de una cosa no se puede re-
 ginar

Domitij et
 Commodij
 uocabulum
 usurparunt

Lagondosa
 de la historia
 de la vida de
 los Reyes
 de España
 en el
 libro
 de la
 vida de
 los Reyes
 de España
 en el
 libro
 de la
 vida de
 los Reyes
 de España

Itaque regi non queunt: ita totius orbis imperium maius est, quam ut unius hominis animo sustineri possit, cum perdifficile sit domum etiam unam rectè administrare. Itaque qui maximè cupit optima, tamen Maronis illud cogitur dicere:

Fertur equis auriga, nec audit currus habenas. Quod opinor intelligēs Octavius Augustus, uir eruditus, ac perspicax, & quod in Caesaribus rarum comperies, perpetuo sanus, non semel de deponenda imperij mole cogitauit: & fecisset, si nactus fuisset in cuius humeros citra publici status perniciem auus reclinare potuisset. Siue id ijs rebus magis adscribendum est, quas permultas quidem, at non omneis tamē, in Aureliano recēset Flavius Vopiscus. Et tamen in tanta malorum principum turba, reperias licet dignas sancto principe cogitationes, audias uoces absoluto principe dignas, comperias exempla, in quibus nihil desyderes. Inter ethnicos inuenies, qui Christiano animo recip. gererent imperium, non sibi: qui tam laboriosæ administrationis non aliud spectarent præmium, quam ut de rebus humanis bene mererentur: qui publicam utilitatem liberorū affectibus, imò suæ, suorumq; incolumitati præferret. O nos felices, si Christiani principes suæ quisque ditioni præstarent animum, quem Traianus, quem Antonini duo, quem Aurelius Alexander orbi terrarū præstiterunt. Quin illud etiam mirandū, repertos, qui ad imperatorem de imperatoribus non solum liberè, uerū etiam contumeliosè scribere auderent. Nam hodie id quidā exigunt, ut de sceleratissimis quoq; regibus honorificè scribamus, id agentes, nequādo libertatis exemplum in ipsos

recidat. Sed multò magis ad rem pertinet, in his contem-
 plari nomen illud imperij, quod & olim orbi sacrosan-
 ctum, augustumq; fuit, & nunc etiamnum multorum affe-
 ctibus, religiosum, ac uenerabile est, cùm nihil ferè super
 sit, præter inanem magni nominis umbram, quàm fœdis
 iniurijs in mundum irrepserit. Primum in Iulio sceleratè,
 mox in Octauio, Lepido, & Antonio sceleratius. Quid
non potest fortuna libido in rebus humanis? Potestas ea,
 quam postea dijs æquauit hominum consensus, impietate,
 cædibus, parricidijs, incestis, tyrânide, cõdita, cõsecratãq;
 fuit. His felicibus auspicijs cœpit illa regibus adorata ma-
 iestas: ac sceleratius ferè propagata fuit, quàm nata. Fœ-
 da barbarorũ militum colluuijs, nõ suffragijs, sed insanis
 tumultibus dominum orbi dabat. Nec alia succedèdi lex,
 nisi mactato superiore. His auibus auspicabantur impe-
 rium, quod nihilo secius tamen interim emendum erat,
 quanticumq; inexplebili militum auaritiã libuisset. Nec
 satis erat in unum scuire caput, ad liberos, ad affines, ad
 amicos omneis crudelissima laniena proferebatur, ac sæ-
 penumero reciprocantibus, ut fit, uindictæ uicibus, quos
 uiros, quas matronas effera immanitas indignè laniabat?
 Sæpe pluribus hinc & hinc imperium ad se trahentibus,
 miscebantur omnia. Ita semper ad nouum imperij succes-
 sorem, totus terrarum orbis concutiebatur. Summa rerũ
 in manibus erat, non Senatus, non populi Romani, sed
 mercenarij, facinorosiq; militis. Nec aliter imperare li-
 cuit, neque diutius imperare licuit, quàm illis belluis colli-
 buisset, qui nec bonos, nec malos principes diu ferre pote-
 rant. Alius parcior erat, alius profusior, alius cruditor,
 quàm

quàm uellent, alius matri obsequentior, alius militaris di-
 scipline tenacior, alius imbellis, alius immodicè bellator,
 alius in Senatum propensior, alij cognomen obstabat mi-
 liti parum gratiosum, alij affinitas. Quamlibet leuis cau-
 sa satis erat istis ad iugulandum orbis principem. Deniq;
 ut nihil esset causæ, expediebat illis subinde mutare prin-
 cipē. Insatiabilis habendi fames ad res nouandas incita-
 bat. Trucidabatur ut inutilis, quem iam exuxerant: accer-
 sebatur alius, qui exhauriretur, mox & ipse trucidādus.
 Atque hisce rebus factum est, ut nonnullorum imperium
 paucis modò mensibus, nonnullorum paucissimis etiā die-
 bus finiretur: ut me quidem inter legendum crebrò sub-
 eat admiratio, fuisse ullos, qui uellent imperij uices capes-
 sere, cū tot exemplis didicissent, quibus legibus esset su-
 sciendum. Et hoc honoris sic uenditum, imò locatum,
 imperium uocabant. O miserum, ac deplorādum illorum
 temporū statum. Oppressa Senatus autoritate, oppressis
 legibus, oppressa populi Romani libertate, sic creato
 principi seruebat orbis, princeps ipse seruebat ijs qualē
 nemo uir probus domi uellet habere seruum. Imperato-
 rem timebat Senatus, imperator scelestam illam militum
 turbā formidabat: imperator leges dabat regibus, at huic
 leges dabant cōductitij milites. Summa rerum orbis ab
 armata paucorum temeritate pendebat. O magnificam,
 & exoptandam omnibus monarchiam. Et tamen nescio
 quo pacto, uelut ex composito conueniebat inter Cæsa-
 res, & milites Cæsarum dominos, quos legimus aliquo-
 ties se decimari passos ab ijs, quos mox erant suo ar-
 bitratu iugulaturi, quasi uices alternas inter se pacti,

dominandi, ac seruiendi. Hæc cum ita habeant, neq; enim negari potest, illud oportet expendere, num eiusmodi sit nobis optandum imperium, si iam olim obsoletum, uotis liceat restituere. Quòd si nemo sanus optaturus sit, quanto minus quod iam multis seculis maxima ex parte sit antiquatum, extinctumq; magno rerum humanarum tumultu, summaq; Christiani sanguinis iactura, uindicandum, ac reuocandum uideatur: præsertim cum inter ethnicos etiam hoc animo repertus sit Otho, ut potius duxerit spontanea morte uitam abrumpere, quam imperium tot hominum uita mercari, uir uel ob hoc ipsum dignus imperio, si fortuna uirtuti faueret. An parū est suam quaque regionem habere dominum, nisi singule rursus alium haberent dominum, conduplicata populi seruitute? Nec hæc dixerim, quòd negem optimum esse reipub. statum monarchiam, si modò is ad æterni numinis exemplum quantum potentia cæteris antecellit, tantundem uincat & bonitate, sapientiaq; sed partim quòd, ut sunt hominum ingenia, haud scio an huiusmodi quispiam possit contingere, partim quòd etiamsi maxime contingat, non arbitror capacem esse tantæ ditionis unius mortalis animi. Etenim qui uectigalibus exigendis tantum agit imperatorem, is quiduis est potius, quam imperator. Non desiderabit orbis monarchiam, si Christianos principes inter se iungit concordia. Verus, & unicus orbis monarcha CHRISTVS est, in cuius edicta si nostri principes consenserint, sub uno principe uerè florebunt uniuersa: sin humanis cupiditatibus res gerentur, æterna rerum uicissitudine semper fluctuabimus, iabi

Et abimur' que. Et tamen maximam huius felicitatis partem ipsi nobis præstare possumus, si concordibus studiis ad id, quod per se optimum est, contendamus. Atque ego sane ita demum arbitror felices fore Respublicas, si principes sanctè, Christianèq; instituti, simulatque susceperint regnum, pariter et animum regno dignum suscipiant, publicis commodis metiantur consilia omnia, ab omni tyrannidis specie uelut à peste abhorreant, ac pro se quisque certet, quòd sortitus est regni, non amplius, sed melius successorì tradere, omnes pariter admittantur, ne bellum ullum sit potius, quàm ut bello uincant, neque ullis sit opus copijs, magis quàm ut his rebus sint instructi, pacis artibus magni uideri studeant, quæ consilijs, animi que uiribus constant. Equidem si quid nouari possit absque rerum tumultu, iudicari ad publicam orbis Christiani tranquillitatem magnopere pertinere, si certis fœderibus ex usu publico sua cuique ditionis pomeria præscribantur, quæ semel constituta nullis affinitatibus, aut pactis, uel contrahi possint, uel proferri, prorsus antiquato ueterum titulorum iure, quos quisq; pro re nata, bello affectato, solet prætexere. Quòd si quis fortè clamitet, ius nescio quod suum adimi principibus, is illud mihi secum reputet uelim, num æquè censeat, ob huiusmodi iura, quæ siue habet aliquis fortassis, siue fingit, orbem Christianum impijs, ac parricidalibus armis sine fine collidi, tot innoxios aut interimi, aut perdi, tot immeritas scæminas affligi, corrumpiq; deniq; totam illam malorum tragœdiam, quæ bellum omne secum defert, in uitam hominum inuehi. Nam his fontibus

omnia

se l'is Rob.

omnia ferè bella, quæ nostra memoria uidimus, profecta esse constat. Verùm hæc nõ tantùm $\pi\alpha\rho\epsilon\pi\gamma\acute{o}\tau\epsilon\gamma\alpha$ uideri possint, uerùm etiam impudentius ad uos scripta, principes ut magnos, ita cum primis sapientes: ad hæc, quod est in ista fortuna rarissimum, librorum etiam præsidij cum primis instructos. Siquidem tuas eximias, Federic, edotes, cum sint insigniter insignes, non mirum si famæ celebritas ad nos usq; deuexerit. Te uerò illustrissime Georgi, patrueli laudatissimo per omnia similem, ac uerè germanum è propinquo cognoui, dum Phrysiam nobis finitimam administrares. Bene ualete principes uerè felices, stemmatis quidem illustrissimi, sed ornamentis animi longè illustriores. Istos animos uobis seruet CHRISTVS optimus maximus, uos orbi Christiano, uestriq; similes nobis cõplures uelit existere. Antuuerpiæ Nonis Iunijs.

AN. M. D. XVII.

C. SVETONII TRANQ.
VILLI VITA.

CAius Suetonius Tranquillus patrem habuit Suetonium, cognomento Lenem, tertiædecimæ legionis Tribunum, & Augusticlauiũ, qui interfuit bello Othoniano: à patre filius Tranquilli cognomen accepisse creditur. Nam cum ille Lenis sit cognominatus, hic eodem significato, non eodem uerbo dictus est Tranquillus. Floruit sub Adriano, utpote illius magister epistolæ. Verùm fortuna, quæ lubrica est, refragante, successor ei mox datus, quòd apud Sabinã imperatoris uxorem familiariter egisse

egisse ferebatur, quàm reuerentia domus aulicæ postula-
ret. Vsus est contubernio Plinij posterioris: à quo in epi-
stolis admonetur ad uolumina edenda, quæ perfecta, abso-
lutaq; appellat. Cùm esset uir doctrina compositiore, &
elegantia floridiore præditus, scripsit libellum de gram-
maticis, & rhetoribus: quem diuus Hieronymus secutus
est texens catalogum scriptorum ecclesiasticorum. De
genere uestium, de ludicra historia libros concinnasse
memoratur: quorum testimonio utuntur eruditi. Idem de
uitijs corporalibus, & de pratoribus uolumina condidit
luculenta: in primis uerò ad posteros transmisit duode-
cim *Cæsarum uitas*, ualde quidem probandas, graphi-
cæq; conscriptas: in quo styli genere primas confessione
eruditorum haud dubiè occupauit. Opus est emunctum,
refertumq; eruditione haudquaquam triuali, & com-
positissimo ordine distinctum: unde emendatissimus, ac
candidissimus scriptor meruit appellari: cui, ut scribit
Flauius Vopiscus, familiare fuit amare breuitatem. Auso-
nius in epistolio ad Paulinum librorum meminit, quos nu-
mero treis Suetonius de regibus scripsit. In hoc uerò *Cæ-*
sarum opere, quod eruditorum manibus cõmenter teri-
tur, est oppidò quàm tersus, & syncerissima scriptio-
ne præcellens: adeò, ut de Suetonio dicere meritò possimus
id, quod Zeuxis pictor de seipso prodidit: In-
uisurum aliquem facilius, quàm
imitaturum.

C. SYE

F I N I S.



C. SVETO

NII TRANQVILLI, XII.
CAESARES.

D. IVLIVS CAESAR.

Cæsaris pater,
Cæsar quocq;
nūcupabatur:
de cuius mor,
te vide Plin. l.
7. c. 53. i. no
mi natus



^{i. sequenti anno}
NNVM agens Cæsar xvi.
patrē amisit: sequētibusq; cos.
^{a. iouis}
flamen Dialis destinatus, dimissa
Cofutia, quæ familia equestri, sed
admodū diues prætextato despo-
sata fuerat: Corneliã Cinnæ IIII.
cos. filiam duxit uxorē: ex qua

Corneham

publico conge

Diuers. par.
hoc est Maria,
narum.

Optimates,
inquit Prisc.
in. 5. sunt qui
fenatum defen-
dunt.

illi mox Iulia nata est: neq; ut repudiaret illã cõpelli a Di-
ctatore Sylla ullo modo potuit. Quare & sacerdotio,
& uxoris dote, & gentilitijs hereditatibus multatus, di-
uersarū partium habebatur: ut etiã discedere è medio, &
(quãquã morbo quartanæ aggrauante) propè per singu-
las noctes cõmutare latebras cogeretur: seq; ab inquisito-
ribus pecunia redimere: donec per uirginnes Vestales,
perq; Mamercū Aemiliū, & Aureliū Cottã propinquos,
& affines suos, ueniam impetrauit. Satis constat Syllam
(quum deprecantibus amicissimis, & ornatissimis uiris
aliquãdiu denegasset, atq; illi pertinaciter contenderent)
expugnatū tandē proclamasse, siue diuinitus, siue aliqua
coniectura uinceret, ac sibi haberet dūmodo scirent eum,
quem incolumem tantopere cuperēt, quãdoq; optimatiū
partibus (quas secum simul defendissent) exitio futurum.
Nam Cæsari multos Marios inesse.

prima

Prima Caesaris militia. CAP. II.

Stipendia prima in Asia fecit, Marci Thermi prae-
toris contubernio, à quo ad accersendam classem in Bi-
thyniam missus, desedit apud Nicomedem, non sine rumo-
re prostrata regi pudicitiae: quem rumorem auxit intra
paucos rursus dies, repetita Bithynia per causam exigen-
dae pecuniae, quae deberetur cuidam libertino clienti suo.
Reliqua militia, secundiore fama fuit: & à Thermo in
expugnatione Mitylenarum, ciuica donatus est.

Fecit stipendia,
pro meruit, si-
ue militauit.

Contubernio,
id est domesti-
coviui, comu-
niq; habitatio-
ne.

Ciuica sine ad-
dito substanti-
uo, vt subaudi-
as corona, quo-
modo & alias
saepe loquitur

Secunda eius militia, & ipsius ad urbem reditus

CAP. III.

Meruit & sub Seruilio Isaurico in Cilicia, sed bre-
ui tempore. Nam Sylle morte comperta, simul spe
nouae diffensionis, quae per M. Lepidum mouebatur, Romam
properè redijt, & Lepidi quidem societate (quanquam ma-
gnis conditionibus inuitaretur) abstinuit: cum ingenio eius
diffusus, tum occasione, quam minorem opinione offenderat.

Accusatio Dolabellae. CAP. IIII.

Caeterum composita seditione ciuili, Cornelium Do-
labellam consularem, & triumphalem uirum re-
petundarum postulauit: absolutoq; Rhodum secedere
statuit: & ad declinandam inuidiam, & ut per otium,
ac requiem Apollonio Moloni clarissimo tunc dicendi
magistro, operam daret. Huc dum hybernis iam men-
sibus traicit, circa Pharmacusam insulam à praedoni-
bus captus est: mansitq; apud eos non sine summa indi-
gnatione propè XL. dies cum uno medico, & cubicula-
rijs duobus. Nam comites, seruosq; ceteros in initio statim
ad expediendas pecunias, quibus redimeretur, dimiserat.

Dolabellae
duos fuisse no-
mine, cognomi-
ne, & praenomi-
ne, tradit Ae-
scopon. Ped.

Sub Appollo-
nio Caesar Ci-
ceronis condi-
scipulus fuit.

Dimisit, pro
alio alio dimisit.

Numeratis

Piratas iugula-
tos cruci fuffi-
xit Cæfar.

Numeratis deinde L. ta'entis, expositus in littore non di-
stulit, quin è uestigio classe deducta, persequeretur ab eun-
tes: ac redactos in potestate, supplicio, quod illis sæpe mi-
natus inter iocum fuerat, afficeret. Vastante regiones pro-
ximas Mithridate, ne desiderare in discrimine sociorum ui-
deretur, ab Rhodo, quò pertenderat, transit in Asiam: au-
xilijsq; contractis, & prefecto regis prouincia expulso,
nutanteis, ac dubias ciuitates retinuit in fide.

Tribunatus militum eius, & alia per eum gesta.

CAP.

V.

Tribunatu militum (qui primus Romam reuerso per
suffragia populi honor obtigit) autores restituuen-
da tribunitiæ potestatis, cuius uim Sylla diminuerat, eni-
xissime iuuuit. Lucio etiam Cinne uxoris fratri, & qui cum
eo civili discordia Lepidum secuti, post necem cos. ad
Sertorium confugerant, reditum in ciuitatem rogatione
Plotia consecit, habuitq; & ipse super ea re concionem.

Quæstura eius, & alia gesta.

CAP.

VI.

Questor Iuliam amitam, uxoremq; Corneliam defun-
ctas laudauit è more pro Rostris: sed in amita qui
de laudatione de eius, ac patris sui utraq; ori-
gine sic refert: Amita mea Iulia maternum genus ab regi-
bus ortum, paternum cum dijs immortalibus coniunctum est.
Nã ab Anco Martio sunt Martij reges, quo nomine fuit
mater: à Venere Iulij, cuius gentis familia est nostra. Est
ergo in genere & sanctitas regum, qui plurimum inter homi-
nes pollent, & ceremonia deorum, quorum ipsi in potesta-
te sunt reges. In Cornelia autem locum Pompeiam duxit
Pompeij filiam, L. Syllæ neptem: cum qua deinde
diuor

validissime

Quid Syllatri-
bunitiæ potestatis,
cuius uim Sylla
diminuerat, eni-
xissime iuuuit.
Lucio etiam Cinne
uxoris fratri, &
qui cum eo civili
discordia Lepidum
secuti, post necem
cos. ad Sertorium
confugerant, redi-
tum in ciuitatem
rogatione Plotia
consecit, habuitq;
& ipse super ea
re concionem.

Martia, Iulie
mater fuit.

L. n. C. C. C.
sed Metelli pō-
tifficis coniugē
à Clodio: in fa-
cris Bonæ de-
adulteratā scri-
psit. Appi. non
Pompejā, sed
Calpurniam
stupratam di-
xit.

diuortium fecit, adulteratam opinatus à Publio Clodio:
quem inter publicas ceremonias penetrasse ad eam mulie-
bri ueste tam constans fama erat, ut senatus quaestionem
de pollutis sacris decreuerit.

Quaestionem
pro inquisitione,

Gemitus Caesaris apud statuam Magni Alexan-
dri, eiusq; somniū de matris cōcubitu. C A. VII.

Questori ulterior Hispania obuenit: ubi cūm māda
to P. R. iure dicundo conuentus circumiret, Ga-
deisq; uenisset, animaduersa apud Herculis
templū Magni Alexandri imaginē, ingemuit: & quasi per-
tasus ignauia suā, quòd nihil dū ase memorabile actū esset
in aetate, quā iam Alexander orbem terrarum subegisset,
missionē continuò efflagitauit ad captādas quāmprimum
maiorum rerum occasiones. In urbe etiam confusum eum
somnia proximæ noctis (nam uisus erat per quietem ma-
tri stuprum intulisse) coniectores ad amplissimā spem in-
citauerunt, arbitrium orbis terrarum portendi interpre-
tantes: quando mater, quam subiectam sibi uidisset, non
alia esset, quā terra, quæ omnium parens haberetur.

De hoc Herc.
tēplo uide Sil.
Ital. li. 3. & Phi-
lostr. lib. 6. de
Apollonis uita
De Alexā. ima-
gine, deq; hoc
somnia, Plus
tarcho i. Cas.
uita cū Sueto-
nio non conue-
nit.

Gesta per eum in vrbe. C A P. VIII.

Decedens ergo ante tempus, colonias Latinas de pe-
tenda ciuitate agitantē adiit: & ad audendum ali-
quid concitasset, nisi cō s. s. conscriptas in Ciliciam le-
giones paulisper ob id ipsum retinuisset: nec eò secius
maiora mox in urbe molitus est.

Suspitio coniurationis eius cū Crasso, & Sylla.

C A P. IX.

Siquidem ante paucos dies, quā edilitatem iniret, ue-
nit in suspitionem conspirasse cum M. Crasso consu-
b lart

lari, item Publio Sylla, & L. Antronio, post designationē
 consulatus, ambitus condemnatis, ut principio anni sena-
 tum adorirētur, & trucidatis, quos placitum esset, dicta-
 turam Crassus inuaderet, ipse ab eo magister equitū dice-
 retur: constitutaq; ad arbitrium Repub. Sylla, & Antro-
 nio consulatus restitueretur. Meminerunt huius coniura-
 tionis Tanusius Geminus in historia, Marcus Bibulus in
 edictis, C. Curio pater in orationibus. De hac significare
 uidetur & Cicero in quadam ad Atticū epistola, referēs
 Casarem in consulatu confirmasse regnum, de quo edilis
 cogitabat. Tanusius adiicit Crassum pœnitētia, uel metu
 diem cædi destinatum nō obiisse, & idcirco ne Casarem
 quidem signum, quod ab eo dari conuenerat, dedisse. Con-
 uenisse autem Curio ait, ut togam de humero deijceret.
 Idem Curio, sed & M. Actorius Naso autores sunt con-
 spirasse eum etiam cum Cn. Pisone adolescente: cui ob su-
 spitionē urbane coniurationis prouincia Hispania ultro
 extra ordinē data sit: pactūq; ut simul foris ille ipse Ro-

a disse
 Toga olim da-
 ri signum sole-
 bat in aggres-
 sionibus. Liu.
 Cūm toga si-
 gnū dederō, tū
 vndiq; turbā
 inuadite.

Lambrani, in e ad res nouas cōsurgerent per Lambranos, & Tran-
 spadanos, destitutum utriusq; consilium morte Pisonis.
 Aedilitas eius, & gesta in ea. CAP. X.

A Edilis, præter comitium, ac forum, basilicāq; etiā
 Capitolium ornauit porticibus ad tēpus extractis:
 in quibus abundante rerum copia, pars apparatus expo-
 neretur. Venationes autem, ludosq; & cum collega, &
 separatim edidit: quo factum est, ut communium quoque
 impensarū solus gratiam caperet. Nec dissimularet col-
 lega eius M. Bibulus euenisse sibi, quod Polluci. Vt enim
 geminis fratribus ædes in foro constituta, tantum Casto-
 ris uo

ris u
 Cas
 nus,
 bus
 inimi
 quo n

C
 retur,
 xandr
 pellat
 nuit, a
 ut qui
 Marij
 Sylla
 stione,
 ptione
 arario

Da
 Titum
 Vb
 Sdic
 Lucij S
 rat: ac
 uit, ut a
 bitas pr
 Pō
 D

ris uocaretur: ita suam, Caesarisq; munificentiam, unius
 Caesaris dici. Adiecit insuper Caesar etiā gladiatorū mu- 500. ac. 20.
 nus, sed aliquantō paucioribus, quā destinauerat, pari- gladiatorū pa-
 bus. Nam quum multiplici undique familia comparata, ria exhibuit in
 inimicos exterruisset, cautum est de numero gladiatorū, spectaculo, ut
 quo ne maiorem cuiquam habere Romæ liceret. ait Plutar.
 Non est in an-
 tiquo codice.

Gesta per eum in urbe. CAP. XI.

Conciliato populi fauore, tentauit per partem Tri- Ptolemæus
 bunorum, ut sibi Aegyptus prouincia plebiscito da- Aulicus Cleo-
 retur, nactus extraordinarij imperij occasione, quod Ale- ptozæ pater re-
 xandrini regem suum, sociumq; atq; amicū a senatu ap- gno pulsus ab
 pellatum expulerāt, resq; uulgo improbabatur, nec ob- Alexandrinis,
 uenit, aduersante optimatiū factione: quorum autoritatē, *no salio conuol-
 ut quibus posset modis, inuicem diminueret, trophæa C.*
 Marij de Iugurtha, deq; Cimbris, atq; Theutonis olim a Exereri que,
 Sylla dissecta, restituit: atq; in exercenda de sicarijs qua- stio dicit, cum
 stione, eos quoq; sicariorum numero habuit, qui proscris- veritas per tor-
 ptione obrelata ciuium Romanorum capita, pecunias ex- menta explora-
 arario acceperant, quanquā exceptos Cornelij legibus. tur.

De eisdem gestis. CAP. XII.

Suornauit etiam, qui C. Rabirio perduellionis diem quipercon iuua
 diceret: quo præcipuo adiutore, aliquot ante annos circumfudit in lu-
 Lucij Saturnini ^{sed et. i. a. fur. m. m.} seditiosum Tribunatū senatus coërcue- dicio caput Sa-
 rat: ac sorte iudex in reum ductus, tam cupidè cōdemna- fur nim
 uit, ut ad populū prouocanti nihil æquē, ac iudicis acer- Iudicum forti-
 bitas profuerit. tio quomodo
 apud prisicos
 fieri, vide Af-
 cen. Ped. in
 Ver. interpre-
 tat.

Pōtificatus maximus Caesaris. CAP. XIII.

Deposita prouinciæ spe, pontificatum maximū pe-
 tit, nō sine profusissima largitione. In qua reputas

Q. Catulum
& Seruiliū
Isauricum si-
gnificat, quos
Cecar in pontificia
suis supora ut

magnitudinem aris alieni, quum manē ad comitia descen-
deret, prædixisse matri osculāti fertur, domū se nisi pon-
tificem non reuersurum: atq; ita potentissimos duos com-
petitores, multumq; atate, ac dignitate antecēdētes supe-
rauit, ut plura ipse in corū tribubus suffragia, quam uter
que in omnibus tulerit.

Prætura eius, & gesta alia. CAP. XIII.

Ultima poena,
siue ultimū sup-
plicium, mors
est, acceptis om-
ni-
suadentes as peti-
ora

v. quam.

basilantem
Vide Plutar.
in Cato, Vtic.
exercitus

des en uindas

Curionem to-
ge obiectu Ce-
sarē ptexisse,
eduxissetq; ē
circunstātum
globo, scribit
Plutarch.

Prætor creatus, detecta coniuratione Catilinæ, sena-
tūq; uniuerso in socios facinoris ultimam statuente
pœnam, solus municipatim diuidendos, custodiendosq;
publicatis bonis censuit. Quin & tantum metum iniecit
asperiora suadentibus, identidem ostentans quanta eos in
posterū à plebe Romana maneret inuidia, ut Deciū Syl-
lanum eos. desig. non piguerit sententiam suam, quia
mutare turpe erat, interpretatione lenire, uelut grauius
atq; ipse sensisset exceptā: obtinuissetq; ad eod transductis
ad se iam pluribus, & in his Cicerone consulis fratre, ni-
si labantem ^{senā feriam} ordinem cōfirmasset M. Catonis oratio. Ac
ne sic quidē impedire rē destitit, quoadusq; manus equi-
tum Romanorum, quæ armata præsidij causa circūsta-
bat, immoderatus perseveranti necem comminata est: &
iam strictos gladios usq; eo intentans, ut sedentem unā
proximi deseruerint, uix pauci complexu, togaq; obiecta
protexerint. Tunc planē deterritus non modō cessit, sed
etiam in reliquum anni tempus curia abstinuit.

Eius gesta in officio præturæ. CAP. XV.

Primo prætura die Q. Catulum de refectione Ca-
pitoliij ad disquisitionem populi uocauit, rogatione
promulgata, qua curationē eam in aliū transferebat. Ve-
rum

rūm impar optimatum conspirationi, quos relicto statim Officiū intel-
 nouorum consulū officio, frequētes, obstinatosq; ad resi- ligit, quo opti-
 stendū cōcurrisse cernebat, hāc quidē actionē deposuit. mates deduce-
 Priuatio eius à prætura, & item restitutio. bant principio
anni nouos cō-
fules consula-
tum incētes.

CAP. XVI.

CAeterū Cacilio Metello Trib. Ple. turbulentissi-
 mas leges aduersus collegarū intercessionē ferenti,
 autorē, propugnatorēq; se pertinacissimē præstitit, do-
 nec ambo administratione Reip. decreto patrum summo- Ambo, Cæ-
 ueretur. Ac nihilominus permanere in magistratu, & ius far, & Metel-
 dicere ausus, ut cōperit paratos qui ui, ac per arma pro- lus,
 hiberēt, dimissis lictoribus, abiectaq; prætexta domū clā-
 refugit, pro conditione temporum quieturus. Multitudi-
 nem quoq; biduo post sponte, & ultro confluentem, ope-
 ramq; sibi in asserēda dignitate tumultuosius pollicentē,
 cōpescuit. Quod cū præter opinionem euenisset, senatus
 ob eūdem coctum festinatō coactus, gratias ei per primo-
 res uiros egit: accitumq; in curiam, & amplissimis uerbis
 collaudatum, in integrū restituit, inducto priore decreto. Inducto, dele-
to, abolito, can-
cellato.

Actio eius ob coniurationem Catilinæ.

CAP. XVII.

Recidit rursus in discrimen aliud, inter socios Cati-
 linæ nominatus, & apud Nouiū Nigrū Quæsto-
 rem à Lucio Vectio indice, & in senatu à Q. Curio, cui rem
 (quod primus consilia coniuratorū detexerat) cōstituta
 erāt publicē præmia. Curius è Catilina se cognouisse di-
 cebat. Vectius etiam chirographum eius Catilinæ datum una scedula
 pollicebatur. Id uerò Caesar nullo modo tolerandum exi-
 stimans, cum implorato Ciceronis testimonio, quædā se
 b 3 de

con elico

de cōiuratione ultro ad eum detulisse docuisset, ne Curio
 premia darentur, effecit. Vectium pignoribus captis, &
 direpta supellectile male multatum, ac pro Rostris in cō-
 cione penē discriptum, cōiecit in carcerem. Eōdem No-
 uium Questorem, quod compellari apud se maiorem po-
 testatem passus esset.

Compellari, hic
 accutari: & in
 famari est.

Uterior Hispania ei sorte data post Præturam.

CAP.

XVIII.

*Beicam et Lucio nam
 Prætura maior
 est questura.*

*Crassus pro
 Cæs interue-
 nit sponsione
 830. talentorū
 facta cōtra im-
 portunos cre-
 ditores.*

debiu est,

quæ nolit tant nisi

apex consue

*A præsentē cō-
 sulatus, ab ab-
 sente eriu phus
 petebatur.*

de lastra præter
EX prætura ulteriorem sortitus Hispaniam, retinen-
 tes creditores interuentu sponsorum remouit: ac ne-
 que more, neq; iure antè, quàm prouincia ordinarentur,
 profectus est. Incertum, metu ne iudicij, quod priuato pa-
 rabatur, an quò maturius socijs implorantibus subueniret:
 pacatâq; prouincia, pari festinatione, non expectato suc-
 cessore, ad triumphum simul, consulatumq; deceffit. Sed
 cum edictis iam comitijs ratio eius haberi non posset, nisi
 priuatus introisset urbem: & ambienti ut legibus solue-
 retur, multi contradicerent, coactus est triumphum, ne
 consulatu excluderetur, dimittere.

Consulatus eius cum Bibulo. CAP. XIX.

de brepuaso
EDuobus consulatus competitoribus, Lucio Luceio,
 Marcoq; Bibulo, Luceium sibi adiunxit: pactus ut
 is, quoniam inferior gratia esset, pecuniâq; polleret, nun-
 mos de suo, communi nomine, per centurias pronūciaret.
 Qua cognita re, optimates, quos metus ceperat, nihil nō
 ausurum eum in summo magistratu, concordij, & consen-
 tente collega, autores Bibulo fuerunt tantundē pollicen-
 di: ac pleriq; pecunias cōtulerunt, ne Catone quidem ab-
 nuente eam largitionem è Repu. fieri. Igitur cum Bibulo
 consul

consul creatus est. Eandē ob causam opera optimatibus data est, ut provinciæ futuris coss. minimi negotij, id est sylvæ, callesq; decernerentur. Quæ maxime iniuria in finctus, omnibus officijs Cn. Pōpeii affectatus est, offensus patribus, quod Mithridate rege victo, cūctātius cōfirmarentur acta sua. Pompeioq; M. Crassum reconciliauit, ueterem inimicum ex consulatu, quem summa discordia simul gesserant: ac societatem cum utroq; iniit, ne quid ageretur in Repub. quod displicuisset ulli e tribus.

Offensus patri
b⁹. p. inuisus.
Vide Appian.
lib. 2. bel. ciu.
flogamēta.

Gesta per eum in consulatu.

C A P. XX.

In Nito honore, primus omnium instituit ut tam senatus, quàm populi diurna acta ^{scriberentur} ~~conferrentur~~ & publicarentur. Antiquum etiam retulit morem, ut quo mense fasces non haberet, accensus ante eum iret, lictores ponere sequerentur. Lege autē agraria promulgata, obnuntiantem collegā armis foro expulit. Ac postero die in senatu conquestum, nec quoquam reperto, qui super tali conseruatione referre, aut cōsere aliquid auderet, qualia multa sepe in leuioribus turbis decreta erant, in eam cōegit desperationem, ut quoad potestate abiret, domo abditus nihil aliud, quàm per edicta obnuntiaret. Vnus ex eo tēpore omnia in Republica & ad arbitrium administravit: ut nonnulli urbanorum, quum quid per iocum testandi gratia signarent, non Casare, & Bibulo, sed Iulio, & Casare coss. actum scriberent, bis eundē præponentes, nomine atq; cognomine: utq; uulgò mox ferrētur hi uersus: Non Bibulo quicquam nuper, sed Casare factum est:

Nam Bibulo fieri consule nil memini.

Campum Stellatam maioribus consecratum, agrumq; ^{amatoribus}

b 4

Campa

Nihil aliud,
pro duntaxat,
more Græco,
μολογ ἀλλο

XIX.

Luceio,
pactus ut
eret, nun-
nūciaret.
ut, nihil nō
& consen-
ē pollicen
uidem ab-
um Bibulo
consul

Campanam ad subsidia Reipublicæ uectigalem relictum, diuisit extra sortē, ac uiginti millibus ciuū, quibus terni, plures uel liberi essent. Publicanos remissionem petentes, tertia mercedum parte releuauit: ac ne in locatione nouo rū uectigaliū immoderatus licitarentur, propalam mo-

Libuissent, ut, nūt. Cetera item, quæ cuiq; libuissent, dilargitus est con tradicēte nullo: ac, si conaretur quis, absterrito. M. Cato nem interpellantem extrahi curia per lictores, duciq; in carcerem iussit. Lucio Lucullo liberius resistenti tantum calumniarum metum iniecit, ut ad genua ultro sibi acci-

deret. Cicerone in iudicio quodam deploratē temporum statum, P. Clodium inimicū eius frustra iam pridē à patri bus ad plebem transire nitentem, eodem die, horaq; nona

Traducere, nō pro diuulgare, sed i diuersam partē diuersa. Vide Appia. lib. 2. bell. ciu. uil. & Cice. in Orat. contra Vatin. demonstrator. straduxit. Postremō in uniuersos diuersæ factionis indu- ctū premijs, ut se de inferēda Pōpeio nece sollicitatū à q- busdā profiteretur, productusq; pro Rostris autores ex cōpacto nominaret, sed uno, atq; altero frustra, nec sine suspitione fraudis nominatis, desperans tā præcipitis con silij euentum, interceptisse ueneno indicem creditur. ^(uic. n. uic. arn.)

Calpurniam ducit uxore, & Iuliam suam Poma peio tradit. C A P. XXI.

Sub idem tempus Calpurniam L. Pisonis filiam, suc- cessuri sibi in cōsulatu, duxit uxorem, suamq; Iuliam Cn. Pompeio collocauit, repudiato priore sponso Scru- lio Cepione, cuius uel præcipua opera paulò antē Bibulū impugauerat. Ac post nouam affinitatē, Pompeium pri mū rogare sententiā cœpit, quū Crassum soleret, essetq; cōsuetudo, ut quem ordinē interrogādi sententias cōs. Calen. Ianuarijs instituisset, eum toto anno conseruaret. De

De ordine ro gandi rū sentē tiarū uide Gel. lib. 4. cap. 10.

De

De imperio Galliarum ei concessio post consu-

latum.

LUCIO

P. SOTTIO

CAP.

XXII.

Socero igitur, generoq; suffragantibus, ex omni pro-
 suinciarum copia Gallias potissimum elegit, cuius emo-
 lumento, et opportunitate idonea sit materia triumpho-
 rum: et initio quidem Galliam cisalpinam, Illyrico adie-
 cto, lege Vatinia accepit: mox per senatum Comatam
 quoq; ueritis patribus, ne si ipsi negassent, populus et
 hanc daret. Quo gaudio elatus non temperauit, quin pau-
 cos post dies frequenti curia iactaret, inuitis, et gementi-
 bus aduersariis adeptum se que concupisset: proinde ex
 eo insultaturum omnium capitibus: ac negante quodam per-
 contumeliam facile hoc ulli scemina fore, responderit
 quasi alludens, in Assyria quoq; regnasse Semiramim, ma-
 gnamq; Asia partem Amazonas tenuisse quondam.

eadem
 reze
 gnantq;
 Asia
 partem
 Amazonas
 tenuisse
 quondam.

tantur

CAP.

XXIII.

Functus consulatu, C. Memmio, Lucioq; Domitio
 Praetoribus, de superioris anni actis referentibus, co-
 gnitionem senatui detulit: nec illo suscipiente, triduoq;
 per irritas altercationes absumpto, in prouinciam abiit:
 et statim Questor eius in praeiudicium aliquot crimini-
 bus arreptus est. Mox, et ipse a L. Antistio Tribuno
 plebis postulatus: appellato demum collegio, obtinuit
 (quum Reipublica causa abesset) reus ne fieret. Ad secu-
 ritatem ergo posterius temporis, in magno negotio habuit,
 obligare semper annuos magistratus, et e competitori-
 bus non alios adiuuare, aut ad honorem pati peruenire,
 quam qui sibi pepigissent propugnaturus absentiam suam:

causa

us

fauentibus
 prouecho
 de uonia

Tota Gallia
 in tria populo-
 rum genera di-
 uisa, Comata
 dicitur.

resuscitatus
 contumeliosus
 femina appella-
 tus est Cae-
 sar, tanquam es-
 foeminatus

dicuntur eos qui
 cum estabula
 fuerit a fertu
 dicaturis exen-
 plum quod se
 quantur

Appell. dem.
 collid est, post
 quam appella-
 uit ad reliquos
 tribunos de co-
 dem collegio.

cuius pacti non dubitavit à quibusdam iusurandum, atq;
etiam syngrapham exigere.

De Domitio minante Cæsari: & gestis per eum
in Gallia

CAP.

XXIII.

DEP. 1. 102

Sed quum L. Domitius consulatus candidatus palam
sminaretur eos. se effecturum, quod Prætor ne-
quisset, adempturumq; ei exercitus, Crassum, Põpeiumq;
in urbem provincie sue Lucam extractos, compulit, ut
detrudendi Domitij causa consulatum alterum peterent:
persecitq; utrumque, & ut in quinquennium sibi impe-
rium prorogaretur. Qua fiducia ad legiones, quas à Re-
publica acceperat, alias publico, alias priuato sumptu
addidit: unam etiã ex transalpinis cõscriptam, uocabulo
quoq; Gallico (Alauda enim appellabatur) quam discipli-
na, cultuq; Romano institutam, & ornatam, postea uni-
uersam ciuitate donauit. Nec deinde ulla belli occasione,
ne iniusti quidem, ac periculosi abstinuit, tã fœderatis,
quã infestis, ac feris gentibus ultro laceffit, adeò ut se-
natus quondam legatos ad explorandum statum Gallia-
rum mittendos decreuerit, ac nonnulli dedendum eum
hostibus censuerint. Sed prosperè decedentibus rebus, et
sepius, & plurium quã quisquam unquam dierum
supplicationes impetrauit.

Alia gesta per eum in Gallia. CAP. XXV.

Esit autem ix. annis (quibus in imperio fuit) hæc
ferè: Omnem Galliam, quæ à saltu Pyrenæo Al-
pibusq; & monte Gebenna, fluminibus Rheno, &
Rhodano continetur, patetq; circumitu ad bis & tri-
cies centum millia passuum, præter socias, ac bene meri-
tas

Cæsari

gatis cesalpin
ali. et ut dom
cius de hende
fur et crassus
non prorogare im
periu, et noua
re rogatioe in lo
uigiora tempora
proferre
peteret consula
tum

Decedentibus
reb, pro execu
tionibus, siue eue
nientibus.

1. a pro fr.

apela mus ciuitates stipendarios = que solent tributum quo tempore

C. IULIVS CAESAR.

tas ciuitates, in prouincie formam redegit, eiq; in singulis redigere re
los annos stipendij nomen imposuit. Germanos, qui trans Rhodanus in
Rhenum incolunt, primus Romanorum ponte fabricato Rhodanus in
aggessus, maximis affecit cladibus. Aggessus & Britannos in
tannos ignotos antea, superatisq; pecunias, & obsides aliud est qua
imperauit. Per tot successus, ter nec amplius, aduersum hanc in
casum expertus, in Britannia classe ui tpestatu propere regio romano

absumpta, & in Gallia ad Gergouiam legione fissa, & et ad conu
in Germanorum finibus Titurio, & Arunculeio legatis bernandam
per insidias caesis. misere pre

Mors matris, filia, & neptis eius, & alia gesta per phetum
eum.

C A P. XXVI.

Eodem temporis spatio, matrem primò, deinde filiam, nec multò post neptem amisit. Interimq; con
sternata P. Clodij caede Republica, quum senatus unum
cos. nominatimq; Cn. Pompeiũ fieri censuisset, egit cũ
Tribunis plebis collegam se Põpeio destinantibus, id po
tius ad populum ferrent, ut absentis sibi, & quandocunq;
imperij tempus expleri cõpisset, petito secũdi cõsulatus
daretur: ne ea causa maturius, & imperfecto adhuc bello
decederet. Quod ut adeptus est, altiora iam meditans, &
spei plenus, nullum largitionis, aut officiorũ in quẽquam
genus publicẽ, priuatimq; omisit. Forum de manubijs in
choauit: cuius area super 11 s. millies cõstitit. Munus po
pulo, epulũq; pronũciauit in filia memoria, quod ante eũ
nemo fecit. Quorũ ut quã maxima expectatio esset, ea
quẽ ad epulum pertinerent, quamuis macellaris oblo
cata, etiam domesticatim apparabat. Gladiatores no
tos, sicubi infestis spectatoribus dimicarẽt, ui rapiendos, reser

Aurelia Cæs
mater
Julia Cæs. filia
pompelii
uxor
Neptis Cæs.
Julia filia

xxv. (uit) hec
neo Al
no, &
& tri
ne meri
tas

Infestis, passis
uẽ hic dicitur.

reseruandosq; mandabat, Tyrones neq; in ludo, neq; per
lanistas, sed in domibus per equites Romanos, ac etiam
per senatores armorū peritos erudiebat, precibus enitens
(quod epistolis eius ostenditur) ut disciplinam singulorū
susciperēt, ipsiq; dictata exercebantur. Legionibus
stipendium in perpetuum duplicauit. Frumētum, quoties
copia esset, etiam sine modo, mensuraq; præbuit, ac singu-
la interdum mancipia, & prædia uiritim dedit.

Affinitas eius cū Pompeio reuocata, & alia gesta.

CAP. XXVII.

affinitatem

*Octauia hæc
soror Augusti
Cæs. fuit.*

*Gratuito, sine
usura.*

*in honore assumpti
sunt.*

*delos aduenda
des.*

AD retinendam autem Pōpeij necessitudinē, ac uo-
luntatem, Octauia sororis suæ neptē, quæ C. Mar-
cello nupta erat, cōditione ei detulit: sibiq; filiam eius in
matrimonium petijt, Fausto Syllæ destinatam. Omnibus
uerō circa eum, atq; etiam parte magna senatus gratui-
tō, aut leui fœnore obstrictis, ex reliquo quoq; ordinum
genere, uel inuitatos, uel spōte ad se cōmeantes uberrimo
cōgiario prosequeretur: liberos insuper, seruosq; ci-
uiusq; prout domino, patrono uel gratus quis esset. Tū reo-
rum, aut oberatorum, aut prodigæ iuuentutis subsidium
unicū, ac promptissimū erat: nisi quos grauior criminū,
uel inopiæ, luxuriæ uel uis urgeret, quàm ut subueniri pos-
set à se. His planè palàm bello ciuili opus esse dicebat.

Amicitia regum, & prouinciarum allata per
eum, cum decreto senatus contra eum facto.

CAP. XXVIII.

Nec minore studio reges, atq; prouincias per terra-
rum orbem alliciebat, alijs captiuorum milia do-
no offerens, alijs citra Senat. Pop. q; autoritatem quò
uellent,

uellent, & quoties uellent, auxilia submittēs, superq; Italiae, Galliarumq; & Hispaniarū, Asia quoq; & Graecia potentissimas urbes praecipuis operibus exornans: donec attonitis iam omnibus, & quorsum illa tenderēt reputātibus, M. Claudius Marcellus cōs. edicto praefatus de summa se Reipu. acturū, retulit ad senatū, ut ei succederetur ante tempus: quoniā bello cōfecto pax esset, ac dimitti deberet uictor exercitus, & ne absentis ratio comitijs haberetur, quādo ne plebiscito Pōpeius postea abrogasset. Acciderat autē, ut is legē de iure magistratū ferens, eo capite, quo à petitione honorū absentes submouebat, ne Caesarem quidē exciperet per obliuionem: ac mox ^{es} lege iam in as incisa, & in arariū cōdita, corrigeret errorē. Nec cōtentus Marcellus prouincias Caesari, & priuilegiū eripere, retulit etiā ut colonis, quos rogatione Vatinia Nouumcomū deduxisset, ciuitas adimeretur, quod per ambitionem, & ultra praescriptum data esset.

Prouisio Caesaris contra decretum senatus.

C A P. X X I X.

Commotus his Caesar, ac iudicans (quod saepe ex eo cauditum ferūt) difficilius se principem ciuitatis à primo ordine in secundum, quam ex secundo in nouissimum detrudi, summa ope restitit, partim per intercessores tribunos, partim per Seruium Sulpitium alterum consulem. Insequenti quoq; anno, C. Marcello, qui fratri patrueli suo Marco in consulatu successerat, eadem tentante, collegam eius Aemilium Paulum, Caiumq; Curionem uiolentissimum tribunorum ingenti mercede defensores parauit. Sed cū obstinatus omnia agi uideret, & designatos

Superq; pro
praeter, nā le-
gimus in vetu-
tissimo codi-
ce.

*in electioni-
bus consulat.*

Promulgata
lex tolli poterat: lata verò,
& in aes incisa, non.

Et ultra praescriptum
dat. et. hoc
est, plurib; ho-
minib; quā
publico decre-
to permittum
esset, ciuitas da-
ta esset

Beneficiū populi, priuilegiū, sine plebiscitū intelligit, quo obtinuerat à pop. Ro. Cæs. vt sui absentis ratio haberetur in petitione cōsularis.

gnatos etiam c o s s. è parte diuersa, senatum literis deprecatus est, ne sibi beneficium populi adimeretur: aut ut ceteri quoq; imperatores ab exercitibus discederent, confisus (ut putat) facilius se simul ad quæ libuisset ueteranos conuocaturum, quam Pōpeium novos milites. Cum aduersarijs autem pepigit, ut dimissis octo legionibus, transalpinaq; Gallia, duæ sibi legiones, et cisalpina provincia, uel etiam una legio cum Illyrico concederetur, quoad c o s. fieret.

Causæ ciuiliū bellorū Cæsaris. CAP. XXX.

Verum neq; senatu interueniēte, et aduersarijs negantibus ullam se de Repub. facturos pactionem, transyt in citeriorem Gallia: conuentibusq; peractis, Rauenne substitit, bello uindicaturus, siquid de Tribunis plebis intercedentibus pro se, grauius a senatu constitutum esset. Et ^{causa} prætextum quidem illi ciuilium armorum hoc fuit. Causas autem alias fuisse opinantur. Cn. Pompeius ita dictitabat, quod neq; opera cōsummare, quæ instituerat, neq; populi expectationem, quæ de aduentu suo fecerat, priuatis opibus explere posset, turbare omnia, ac permiscere uoluisse. Alij timuisse dicūt, ne corū, quæ primo cōsulatu aduersus auspicia, legesq; et intercessionem gessisset, rationem reddere cogeretur: quum M. Cato identidem, nec sine iureiurando, denūtiaret delaturum se nomen eius, simulac primū exercitū dimisisset: quumq; uulgò fore prædicarent, ut si priuatus redisset, Milonis exēplo circūpositis armatis causam apud iudices diceret. Quod probabilius facit Asinius Pollio, Pharsalica acie cæsos, profligatosq; aduersarios prospicientē, hæc eū ad

De Milonia,
no iudicio vi
de Cic. Asco.
Ped. et Appia.
quom

uerbū dixisse referens: Hæc uoluerunt: tantis rebus ge-
stis, C. Caesar condemnatus essem, nisi ab exercitu auxiliū
petissem. Quidā putāt captū imperij cōsuetudine, *pen ^{malis, pēlatis,}
satisq; suis & inimicorum uiribus, usum occasione ra-
piende dominationis, quā atate prima cōcupisset. Quod
existimasse uidebatur & Cicero, scribens de officijs ter-
tio libro, semper Cæsarē in ore habuisse eos in Phœnisijs
Εὐριπίδου ἄδου, ἢ τὸν ἑὸν, τὸν ἑὸν, ἢ τὸν ἑὸν,
Καλλιστοῦ ἄδου, ἢ τὸν ἑὸν, ἢ τὸν ἑὸν.

Euripidis uersus, quos sic ipse conuertit,

Nam si uiolandum est ius, imperij gratia

Violandum est: alijs rebus pietatem colas.

Progressus eius à Rauenna in Rubiconem.

C A P. XXXI.

QUm ergo sublatā Tribunorum intercessionem,
ipsoq; urbe celsisse nūtiatū est, præmissis cōfestim ^{Cæsari}
clām cohortibus, ne qua suspitio, moueretur, ^{Erat autē Ra-}
et, spectaculo publico per dissimulationē interfuit, & for- ^{uennæ, ubi lo-}
mā qua ludū gladiatorium erat ædificaturus, cōsiderauit, ^{cus educādis,}
& ex cōsuetudine cōuiuio se frequenti dedit. Dēim post ^{eruditissq; gla-}
solis occasum, mulis è proximo pistrino ad uehiculū iun- ^{ditorib' erat}
ctis, occultissimūter modico comitatu ingressus est: & ^{maxime ido-}
quum luminibus extinctis decessisset uia, diu errabūdus, ^{ne: ut ait Stra-}
tandem ad lucem duce reperto, per angustissimos trami- ^{bo, lib. 3.}
tes pedibus euasit: consecutusq; cohortes ad Rubiconem
flumen, qui provinciae eius finis erat, paulū constitit, ac ^{quis a Geo- peltita}
reputans quantum moliretur, conuersus ad proximos, ^{erat}
Etiam nunc (inquit) regredi possumus: quod si ponticu-
lum transferimus, omnia armis agenda erunt.

Ostentum

Ostentum factum apud Rubiconem Cæsari dubitanti.

C A P.

XXXII.

Cunctanti ostentum tale factum est: Quidā eximia magnitudine, & forma in proximo sedens repente apparuit arundine canens: ad quem audiendum, quum præter pastores, plurimi etiam ex stationibus milites concurrissent, interq; eos & aeneatores, rapta ab uno tuba profiliuit ad flumen: & ingēti spiritu clasicum exorsus pertendit ad alteram ripam. Tunc Cæsar, Eatur (inquit) quò deorum ostenta, & inimicorum iniquitas uocat: 14 *Et est alea, inquit.*

Ab vno, pro à quodam.

Petronius Ar. biter ait Cæs. dixisse, Iudice fortuna cadat alea.

Tranlitus Rubiconis, & eius concio.

C A P.

XXXIII.

Atque ita traiecto exercitu, adhibitis Tribu. Pleb. qui pulsati superuenerant, pro concione fidem militū stens, ac ueste à pectore discissa, inuocauit. Existimatur etiam equestres census pollicitus singulis, quod accidit opinione falsa. Nam cum in alloquēdo, exhortādoq; sepius digitū leuæ manus ostentans, adfirmaret se ad satisfaciendum omnibus, per quos dignitatē suā defensurus esset, anulum quoq; equo animo detracturū sibi, extrema concio, cui facilius erat uidere cōcionantē, quā audire, pro dicto accepit, quod uisu suspicabatur, promissumq; eius anulorum cum millibus cccc. fama distulit.

Aduentus eius in urbem, & alia gesta.

C A P.

XXXIIII.

Ordo, & summa rerum, quas dēinceps gessit, sic se habent: Picenum, Umbriam, Hetruriam occupauit: & L. Domitio, qui per tumultum successor ei nominatus,

In leuæ man? digito, qui nimo est proximus, veteres anulum gerebāt. Vide Gel. lib. 10. cap. 10.

natus, Corfinium praesidio tenebat, in deditione redacto, Hoc Lucanus lib. 2. graphicè describit. atq; dimisso, secundum superum mare Brundisium tetendit, quò coss. Pompeiusq; confugerant, quam primum transfretaturi: hos frustra per omnes moras exitu prohibere conatus, Romam iter couertit. Appellatisq; de Reputribus, ualidissimas Pompeij copias, quæ sub tribus legatis M. Petreio, et L. Afranio, & M. Varrone in Hispania erant, inuasit, professus antè inter suos, ire se ad exercitum sine duce, & inde reuersurum ad ducem sine exercitu. Et quanquam obsidione Massiliae, quæ sibi in itinere portas clauserat, sum naq; frumentariae rei penuria retardante, breui tamen omnia subegit.

Victoria eius contra Pompeium, Ptolemaum, & quosdam alios.

C A P.

XXXV.

Hinc urbe repetita, in Macedoniam transgressus, Vide Lucan. lib. 8.

Pompeium per quatuor penè menseis maximis obsessum operibus, ad extremum Pharsalico praelio fudit: & fugientem Alexandriam persecutus, ut occisum deprehendit, cum Ptolemaeo rege, à quo sibi quoque insidias tendi uidebat, bellum sanè difficillimum gessit: neq; loco, neq; tempore æquo, sed hyeme anni, & intra moenia copiosissimi, ac solertissimi hostis, inops ipse rerum omnium, atq; imparatus. Regnum Aegypti uictor Cleopatrae, fratrici; eius minori permisit: ueritus prouinciam facere, ne quandoque uiolentiorem praesidem nacta, nouarum rerum materia esset. Ab Alexandria in Syriam, & inde Pontum transijt, urgentibus de Pharnace nuntijs: quem Mithridatis Magni filium, ac tunc occasione temporum bel-
aba quila et se primo Saletis by Ptolemao

C

quam

(quoniam adfuerat) die, quatuor, quibus in cōspectū uenit. horis, una prostrigauit acie, crebrò cōmemoras Pōpeij felicitatē, cui precipua militiæ laus de tam imbelli genere hostiū cōtigisset. Dehinc Scipionē, ac iuba reliquias par

Vide Plutar. in Cæs. vita.

tiū i Africa resouētes deuicit, Pōpeij liberos i Hispania. Eius, & legatorum suorum clades.

C A P. XXXVI.

Om̄nibus ciuilibus bellis nullam cladē, nisi per legatos suos passus est: quorum C. Curio in Africa perijt, C. Antonius in Illyrico in aduersariorum deuenit potestatem, P. Dolabella classem in eodem Illyrico, Cn. Domitius Caluinus in Ponto exercitum amiserūt. Ipse prosperrime semper, ac ne ancipiti quidem unquam fortuna, præterquàm bis dimicauit. Semel ad Dyrrhachū, ubi pulsus, nō instante Pompeio, negauit eum uincere scire. Iterum in Hispania ultimo prælio, cū desperatis rebus etiā de consciscenda nece cogitauit.

Triumphus Cæsaris.

C A P. XXXVII.

Cn. & Sex. Pōpeij liberti: Cn. à Cæsariāns interfecit fuit. Sex. euasit, qui postea bella gessit aduersus Octauium Cæs.

* Lychnuchos legēdū ex vetustissimo codice suntq; hi, qui portat lucernas, qui quidē ab elephātis gestantur.

Confectis bellis, quinque triūphauit, post deuictū Scipionem quater eodem mense, sed interiectis diebus, & rursus semel post superatos Pompeij liberos. Primum & excellentissimum triumphum egit Gallicum, sequentem Alexandrinum, deinde Ponticū, huic proximū Africanum, nouissimum Hispaniensem, diuerso quenque apparatu, & instrumento. Gallici triumphi die uelabrū præteruehens, penē curru excussus est, axe defracto. Ascenditq; Capitolium ad lumina, quadraginta elephantibus dextra, atq; sinistra lychnuchos gestantibus. Pōtico triumpho inter pompæ fercula trium uerborum prætulit titulum

* cuba debelato

vicus nōnē est aue hōndō

titulum, Veni, Vidi, Vici, non acta belli significantem, sicut cateris, sed celeriter confecti notam.

De præmijs veteranis, & liberalitate populo per eum exhibitis.

CAP. XXXVIII.

Veteranis legionibus præde nomine in pedites singulos super bina ^{h s.} que initio ciuiliis tumultus numerauerat: in equites uicena quaterna millia nummum dedit. Assignauit & agros, sed non continuos, ne quis possessorum expelleretur. Populo præter frumenti denos modios, ac totidem olei libras, trecenos quoque nummos, quos pollicitus olim erat, uirum diuisit: & hoc amplius, per uicos singulos centenos pro mora. * Annuam etiam habitationem Romæ * Ex his Sue, to. uerbis apud paret, qd ciues non essent, Romæq; aut reliqua Italia negotiarètur, solitos certum recipi, pendere uel dotal, seu pensionem.

Varia spectacula per eum edita. CAP. XXXIX.

Edidit spectacula uarij generis: munus gladiatorum: ludos etiã regionatim urbe tota, & qd per omnium ^{in eam} linguarum histriones. Item Circenses, athletas, naumachia. ^{specacula quæ celebrantur facta circum arenas}

Munere in foro depugnauit Furius Leptinus stirpe prætoris, & A. Calpurnius Senator quodam actorq; causarum. ^{græcorum ad se ipse} Pyrrhicam saltauerunt Asia, Bithyniaq; principum liberi. ^{De Decio Laberio uide Macrobius, lib. 2. Saturni, c. 7. ubi dicitur, quod ubi gema sedebat, aque ductu}

Ludis Decius Laberius eques Romanus mimum suum egit: donatusq; est quingentis sestertijs, & anulo aureo. Sestertium in XIII. ex scena per solum orchestram transijt. Circensibus, spatium Circi ab utraque parte productum, & in gyrum euripo addito, quadrigas, bigasq; & equos defult

Troia, Indicrū
spectaculū qua
le sit, docet
Verg. Aen. 5.

in pugna et eorū
formam missis

In mo. coch.
def. la. quod in
imo angustior,
in summo pa-
tenter esset.

de sultorios agitauerunt nobilissimi iuuenes. Troiam lufit
turma duplex, maiorum, minorumq; puerorum. Venatio=
nes editæ per dies quinque, ac nouissimè pugna diuisa in
duas acies, quingenis peditibus, elephantis uicenis, trice=
nis equitibus hinc et inde cōmissis. Nā quò latius dimi=
ca et sublatæ metæ, inq; earū locum bina castra ex ad=
uerso constituta erant. Athletæ, stadio ad tempus extru=
cto, in regione Martij campi certauerunt per triduum.
Nauali prælio in morem cochleæ defosso lacu, biremes, ac
trirèmes, quadrirèmesq; Tyriæ, et Aegyptiæ classes, ma=
gno pugnatorū numero conflixerunt. Ad quæ omnia spe=
ctacula tantū undique confluxit hominū, ut pleriq; adue=
ne aut inter uicos, aut inter uias tabernaculis positos ma=
nerent: ac sepe præ turba elisi, exanimatiq; sint plurimi,
et in his duo senatores.

Ordinatio anni, & fastorum dierū per eū facta.

C A P. X L.

Cæs. astrolo-
gic peritissim⁹
fuit, qui nume-
rū siderū La-
tinè p̄scripsit,
ut ait Lilius,
Firmicus.
De anni corre-
rectione, & or-
dinatione uide
Macrobi. lib. 1.
Satur. c. 13. &
14. & Pli. lib.
18. c. 23.

desine le no
incipiente

Conuersus hinc ad ordinandum Reip. statum, fastos
correxerit, iam pridem uitio Pōtificū per intercalan-
di licentiam a se turbatos, ut neq; messium sericæ æstati,
neque uindemiarum autumnō competere. Annumq; ad
cursum solis accommodauit, ut trecentorum sexaginta
quinque dierū esset: et intercalario mense sublato, unus
dies quarto quoque anno intercalaretur. Quò autem ma-
gis in posterum e Calendis Ianuarijs nobis temporum
ratio congrueret, inter Nouembrem, ac Decembrem men-
sem interiecit duos alios: fuitq; is annus, quo hæc consti-
tuebantur, xv. mensium, cū intercalario, qui ex consue-
tudine in eum annum inciderat.

Senatus

Senatus, ac officiorum supplementum, & ordinatio.

CAP. XLII.

Senatum suppleuit, Patritios allegit: Praetorū, Aedilium, Questorū, minorum etiam magistratuum numerū ampliavit: nudatos opere censorio, aut sententia iudicum de ambitu cōdemnatos restituit. Comitia cū populo partitus est, ut exceptis cōsulatus competitoribus, de cetero numero candidatorū, pro parte dimidia, quos populus uellet, pronūtiarentur: pro parte altera, quos ipse dedisset. Et edebat per libellos* circū tribus missos scriptura breui: Caesar Dictator illi tribui. Commēdo uobis illū, & illū, ut uestro suffragio suā dignitatē teneāt. Admisit ad honores & proscriptorū liberos. Iudicia ad duo genera iudicū redegit, equestris ordinis, ac senatorij. Tribunos ariarios, quod erat tertiū, sustulit. Recensum populū, nec more, nec loco solito, sed uicatim per dominos insularū egit, atq; ex uiginti trecētisq; millibus accipientium frumentū ē publico, ad centum quinquaginta retraxit. Ac ne qui noui cētus recensionis causa moueri quādoq; possent, instituit, quot annis in demortuorum locū ex his qui recensiti non essent, subfortitio à Praetore fieret.

Sanctiones per eū editæ.

CAP. XLIII.

Octoginta autem ciuiū millibus in transmarinas colonias distributis, ut exhaustæ quoq; urbis frequentia suppeteret, sanxit, ne quis ciuis maior annis uiginti, minor uel decem, qui sacramento nō teneretur, plus triennio continuo Italia abesset: ne quis Senatoris filius, nisi contubernalis, aut comes magistratus, peregrē proficisceretur: ne uel hi qui pecuariam facerent, minus tertia parte

Qui sint minores, maiorēque magistratus, uide Gell. lib. 13. c. 14. Opere censorio pro functione censuræ.

* Alias, cuiq; tribui.

Tribuni, ærarij, ut ait Petrus, erant, qui publicam pecuniam questorium numerabant.

Subfortitio, pro suffectio.

Sacramēto, militari intellige, quod in annis x. extēdebat, ut tradit Plu.

1. naturales **puberum ingenuorum** inter pastores haberent. Omnesq;
Nolebat Cæsar Italiam feruis repleri. **medicinam Romæ profectos, & liberalium artium doctores,** quò libentius & ipsi urbem incolerent, & ceteri appetere, ciuitate donauit. De pecunijs mutuis, disiecta nouarum tabularum expectatione (quæ crebrò mouebatur) decreuit tandè, ut debitores creditoribus satisfaceret, per estimationem possessionum, quanti quasq; ante ciuile bellum cõparassent: **deducta summa aris alieni,** si quid usuræ nomine numeratum, aut per scriptum fuisset: qua cõditione quarta pars ferè crediti deperibat. Cũta collegia, præter antiquitus cõstituta, detraxit. Poenas facinorùm auxit: & quum locupletes eò facilius scelere se obligaret, quò magis tregis patrimonij exulabant, parricidas (ut Cicero scribit) bonis omnibus, reliquos dimidia parte multauit.

{ Labor eius in iure dicèdo, & leges per eum editæ.

CAP. XLIII.

Digressa dictur, quæ dicitur cum marito fecit.

1. uehigalia

Us laboriosissimè, ac seuerissimè dixit. Repetundarum conuictos etiam ordine senatorio mouit. Diremit nuptias Prætorij uiri, qui digressam à marito post biduum statim duxerat, quàmuis sine probri suspicionem. Peregrinarum mercium portoria instituit. Lecticarum usum, item cochyliaæ uestis, & margaritarum, nisi certis personis, & etatibus, perq; certos dies, ademit. Legem præcipuè sumptuariam exercuit, aduersus sitis circa macellum custodibus, qui obsonia cõtra uentum retineret, deportarentq; ad se, submissis nonnunquam actoribus, atq; militibus, qui si qua custodes sefellisset, iam apposita è triclinio auferret.

Festinatio eius in ornanda urbe, & imperio ampliando.

CAP. XLIIII.

Nam de

NAm de ornanda, instruendaq; urbe, item de tuēdo, ampliādoq; imperio plura, ac maiora in dies desti-
 nabat. In primis Martis templū, quantū nusquam esset
 extruere, repleto, & cōplanato lacu, in quo naumachia
 spectaculum ediderat, theatrumq; summæ magnitudinis
 Tarpeio monti accubās. Ius ciuile ad certū modum redi-
 gere, atq; ex immēsa, diffusaq; legū copia, optima quæq;
 & necessaria in paucissimos cōferre libros. Bibliothecas
 Græcas, & Latinas, quas maximas posset, publicare, da-
 ta M. Varroni cura cōparandarū, ac dirigendarū. Sicca-
 re Pontinas paludes: emittere Fuscini lacū: uiam munire,
 à mari supero per Apennini dorsum ad Tyberim usque:
 perferdere Isthmum. Dacos, qui se in Pontū, & Thraciā
 effuderant, coercere: mox Parthis inferre bellum per Ar-
 meniam minorem, nec nisi antè expertos aggredi prælio.
 Talia agentem, atq; meditantem mors præuenit: de qua
 prius, quàm dicā, ea quæ ad formam, & habitum, & cul-
 tum, & mores, nec minus quæ ad ciuilia, & bellica eius
 studia pertineant, non alienum erit summatim exponere.

Statura, & cultus corporis eius. CAP. XLV.

Fuisse traditur excelsa statura, colore cādido, tereti-
 bus membris, ore paulò pleniore, nigris, uegetisq;
 oculis, ualetudine prospera: nisi quòd tempore extremo
 repente animo linq̄i, atque etiā per somnium exterreri
 solebat. Comitiali quoque morbo bis inter res gerendas
 correptus est. Circa corporis curam morosior, ut non so-
 lum tōderetur diligēter, ac raderetur, sed uelleretur etiā
 ut quidā exprobrauerunt. Caluitij uerò deformitatē int-
 quisimè ferre, obrectatorū sepe iocis obnoxia exper-
 tus: ideoq; Comitiali morbo clarissimos viros laborasse literis proditū est Vide Crin- tum de Hon- dic. li. 25. c. 1.

quia prohibebat hic morbus fieri comitia
 quòd animi partem rationalem que longe sancti-
 ssima est violet

Destinabat, ab
 solutè, pro des-
 liberabat, con-
 scribebat.

Primus omnium
 Aristoteles, ut
 ait Strabo lib.
 15. libros con-
 gregauit, & A e-
 gypti reges hī
 bliothecæ ordi-
 nem docuit.

Laurea corona Cæs. caluiti occubitabat. ideoq; & deficientē capillū reuocare à uertice assueuerat: & ex omnibus decretis sibi à senatu populoq; honoribus, nō aliud aut recepit, aut usurpauit libentius, quā ius laureæ coronæ perpetuò gestādæ. Etiā cultu notabilē ferūt. Vsum enim lato clauo ad manus fimbriato, nec ut unquā aliter, quā super eū cingeretur, & quidē fluxiore cinctura: unde emanasse Sylle dictū constat, optimates sepius admonētis, ut male præcinctū puerum cauerēt.

Habitatio eius, & structura villarum eius.

Lucum prope Ariciam, quæ Græci Artemisium Dianæ sacrum, Latini Nemorense dixerunt.

CAP. XLVI.

Habitauit primò in Suburra modicis ædibus: post autē Pōtificatū maximū, in sacra uia domo publica. Mūditiarū, lautitiarūq; studiosissimū multi prodiderūt. Villam in Nemorense à fundamētis inchoatam, magnoq; sumptu absolutā, quia nō tota ad animū ei responderat, totā diruisse, quanquā tenuē adhuc, & obratū: in expeditionibus tessellata, & sectilia pauimēta circūtulisse.

Cupiditas eius circa gemmas, margaritas, & signa operis antiqui.

CAP. XLVII.

De margaritis Britannicis videtur de Plin. lib. 9. cap. 33. Comparare, pro emete.

Ritanniam petisse spe margaritarum, quarum amplitudinem conferentem, interdum sua manu exegisse pondus. Gemmas, toreumata, signa, tabulas operis antiqui semper animosissime comparasse: seruitia recentiora, politioraq; immenso pretio, & cuius ipsum etiam puerderet, sic ut rationibus uetaret inferri.

De conuiujs, & domestica disciplina, suorum.

De conuiujs, & domestica disciplina, suorum.

CAP. XLVIII.

Onuinatum assidue per prouincias duobus triclinijs: uno quo sagati, palliati ue, altero quo togati.

Onuinatam assidue per prouincias duobus triclinijs: uno quo sagati, palliati ue, altero quo togati.

cura

et illustrioribus prouinciarum discumberent. Domestica
 cam disciplinam in paruis, ac maioribus rebus diligenter
 adeo, seuereq; rexit, ut pistorem alium, quam sibi, panem
 conuiuis subijcientem, compedibus uinxerit: libertum gra-
 tissimum, ob adulteratam equitis Romani uxorem (quam
 uis nullo querente) capitali poena affecerit.

Adulterata
 pro adulterio
 stuprata.

Pudicitia eius prostrata apud Nicomedem regē.

C A P. XLIX.

Pudicitiae eius famam, nihil quidem praeter Nicome-
 dis contubernium laesit, graui tamen, et perenni op-
 probrio, et ad omnium conuitia exposito. Omisso Calui
 Licinij notissimos uersus:

Bithynia quicquid,

Et paeicator Caesaris unquam habuit.

Prater eo actiones Dolabellae, et Curionis patris: in qui-
 bus eum Dolabella pellicem reginae, spodam interiorē regiae
 lecticae: ac Curio stabulum Nicomedis, et Bithynicum for-
nicem dicunt. Missa etiam facio edicta Bibuli, quibus pro-
 scripsit collegam suum, Bithynicam reginam, eiq; regem
 antea fuisse cordi, nunc esse regnum. Quo tempore, ut M.
 Brutus refert, Octavius etiam quidam, ualetudine mentis li-
 berius dicax, conuentu maximo quem Pompeium regem ap-
 pellasset, ipsum reginam salutauit. Sed C. Memmius etiam ad
 cyathum, et uinum Nicomedi stetit: obiecit cum reliquis
 exoletis, pleno conuiuio, accubantibus nonnullis urbis ne-
 gotiatoribus, quorum refert nomina. Cicero uero non con-
 tentus in quibusdam epistolis scripsisse, a satellitibus cum
 in cubiculum regium eductum, in aureo lecto, ueste purpu-
 rea decubuisse, floremque: atatis a Venere orti in Bithynia

Solet eoenbia
 nus, aut eoen-
 dina in parte
 interiore lecti,
 atq; lecticae cu-
 bare, in parte
 uero exteriori
 ipse uir: idem
 C. f. Dolabel-
 spoda inter .i.
 &c appellauit
 & similia

c s contra

BIBLIOTECA DE LA
 FACULTAD DE LETRAS
 — DE —
 GRANADA

Moris fuit apud Romanos, ut milites in imperatore triumphantem iocos militares ipone dicerent. *contaminatum: quodam etiam in senatu defendenti emixe causam filiae Nicomedis, beneficiaq; regis in se commemoranti. Remoue (inquit) isthac oro, quando notum est, & quod ille tibi, & quid illi tu dederis. Gallico denique triumpho milites eius inter cetera carmina, qualia currum prosequentes ioculariter canunt, etiam uulgatissimum illud pronuntiauerunt, Gallias Caesar subegit, Nicomedes Caesarem: Ecce Caesar nunc triumphat, qui subegit Gallias, Nicomedes non triumphat, qui subegit Caesarem.*

Luxuria & libido eiusdem.

C A P. L.

Hinc Marti-
lib. 1. Obsue-
re iocos vestri
quoque ferre
etriumpho, Marc-
riam dicitis nec
pudet esse du-
cem.

*Beroal. num-
mo legendum
putat.
De hoc Cicero
loco vide Ma-
crobi. lib. 2. c. 2.

PRONUM, & sumptuosum in libidines fuisse constans opinio est, plurimasq; & illustres foeminas corruptis se, in quibus Posthumiã Seruij Sulpitij, Loliã Auli Gabiniij, Tertullã M. Craffi, etiam Cn. Pompeij Mutiam. Nam certè Pompeio & à Curionibus patre, & filio, & à multis exprobratum est, quòd cuius causa post tres liberos exegisset uxorem, & quem gemens Aegystum appellare consueisset, eius postea filia potentiae cupiditate in matrimonium recepiisset. Sed ante alias dilexit M. Lrutiã matrem Seruiliam: cui & proximo suo consulatu sexagesimo h. s. margaritam mercatus est: & bello ciuili super alias dominationes, amplissima praedia ex auctionibus hastae* minimo addixit. Quum quidem plerisque uilitatem mirantibus, facetissime Cicero, quò melius (inquit) emptum sciatis, Tertiam deducta est. Existimabatur enim Seruilia, etiam filiam suam Tertiam Caesari conciliare.

Luxuria eius in prouinciales matronas. C A. L I.

NE prouincialibus quidem matrimonij abstinuisset, uel hoc disticho apparet, iactato aequè à militibus per

per Gallicum triumphum:

Vrbani seruare uxores, mœchum caluum adducimus.

Auro in Gallia stuprum emisti: hic sumpstisti mutuum,

Luxuria eius in varias reginas. CAP. LII.

Dillexit & reginas, inter quas Eunoën Maurã Bogudis uxore: cui, maritoq; eius plura, & immensa tribuit, ut Naso scripsit: sed maxime Cleopatram: cum qua & conuiuia in primã lucem sepe protraxit, & eadem naue Thalamego penè Aethiopia tenus Aegyptũ penetrauit, nisi exercitus sequi recusasset. Quam deniq; accitam in urbẽ, nõ nisi maximis honoribus, præmijsq; auctam remisit, filiumq; natũ appellare nomine suo passus est. Quem quidẽ nonnulli Græcorum similem quoq; Cæsaris & forma, & incessu tradiderũt. M. Antonius agnitum etiam ab eo, senatui affirmavit: quæ scire C. Martiũ, & C. Oppiũ, reliquosq; Cæsaris amicos: quorum C. Oppius, quasi planè defensione, ac patrocinio res egeret, librum edidit, nõ esse Cæsaris filium, quẽ Cleopatra dicat. Helius Cinna Trib. Ple. plerisq; confessus est habuisse se scriptam, paratamq; legem, quam Cæsar ferre iussisset, quum ipse abesset, uti uxores liberorũ querendorũ causa, quas, & quot ducere uellent, liceret. Ac ne cui dubiũ omnino sit, & impudicitia eum, & adulteriorũ flagrasse infamia, Curio pater quadam eum oratione omnium mulierum uirũ, & omnium uirorum mulierem appellat.

Parfimonia eius in cibo, & potu. CA. LIII.

Vini parcissimum, ne inimici quidem negauerũt. Verbum M. Catonis est: Vnum ex omnibus Cæsarem, ad euertendam Remp. sobrium accessisse. Nam circa uictum

Ex nimio cotu caluitiũ pro uentre scribit Aristot. lib. 5. de genera. Hic sup. mu. Nã Romæ Cæfari par parã repensum est: ei? enim vxor à Clodio adulterata fuit.

Cleopatra filium suũ Cæsariõnẽ appellauit, ueluti à Cæsare nomine deriuato.

enixe
memo
& qd
ho mi
quêtes
untia
n:

L.
ostans
orruptis
uli Ga
utiam.
lio, &
res libe
um ap
tate in
Lruti
exagies
alias do
e mini
rãtib;
atis, Ter
iam filiã

CA. LI.
timuisse,
militibus
per

Indifferēs, pro eo, qui non discernit, aut curat.

Plutarch. in Cæs. vita vniuentū appellauit, quod hic Suetoni⁹ oleū conditum.

*ab ab h' em' re
b'9 quando
erat Rome
con sel*

Templa quæ dicantur, vide Gell. lib. 14. c. 10.

Etum C. Oppius adeo indifferētem docet, ut quondam ab hospite cōditū oleum, pro uiridi appositum, aspernantibus cæteris, solum etiā largius dicat appetisse, ne hospitē aut negligentia, aut rusticitatis uideretur arguere.

Rapacitas eius.

CAP. LIIII.

Abstinētiam neq; in imperijs, neq; in magistratibus præstitit. Vt enim quidam monumentis suis testati sunt, in Hispania à proconsule, & à socijs pecunias accepit emendicatas in auxilium æris alieni: & Lusitanorum quædam oppida, quâquam nec imperata detrectarēt, & aduenienti portas patefacerēt, diripuit hostiliter. In Gallia sana, templaq; deūm donis referta expilauit: urbes diruit sæpius ob prædam, quàm ob delictum: unde factum, ut auro abundaret, ternisq; millibus nummūm in libras promerciale per Italiam, prouinciasq; diuenderet. In primo consulatu tria millia pondo auri furatus è Capitolio, tantundē inaurati æris reposuit. Societates, ac regna pretio dedit: ut qui uni Ptolemæo propè sex millia talentorū suo, Pōpeijsq; nomine abstulerit, postea uerò euidentissimis rapiuis, ac sacrilegijs, & onera bellorum ciuiliū, & triumphorum, ac munerum sustinuit impendia.

Eloquentia, & ars oratoria eiusdem. CA. LV.

Eloquentia militari, qua re aut æquauit præstātissimorum gloriā, aut excessit, post accusationē Dolæ belle haud dubiè principibus patronis annumeratus est. Certè Cicero ad Brutum oratores enumerās, negat se uideri cui Cæsar debeat cedere: aitq; eum elegantem, splendidam quoq; ac etiā magnificam, ac generosam quodammodo rationem dicendi tenere: & ad Cornelium Nepo-

*Cæsar Dolæ
bellam repeti
darum accusa
uit: vide supra
c. 4. in sac
dem eloquē
tis Cæsar*

lene

tem de eodem ita scripsit: Quid? oratorū quē huic anteponeſ corum, qui nihil aliud egerunt? Quis ſentētis aut acutior, aut crebrior? Quis uerbis aut ornatior, aut elegantior? Genus eloquentiæ dūtaxat adoleſcens adhuc Strabonis Caſaris ſecutus uidetur: cuius etiā ex oratione, quæ inſcribitur pro Sardis, ad uerbū nōnulla trāſtulit in diuinationē ſua. Pronuſiaſſe autē dicitur uoce acuta, ardeti motu, geſtuq; non ſine uenūſtate. Orationes aliquas reliquit, inter quas temerē quædā ferūtur pro Q. Metello: quā nō immeritō Auguſtus exiſtimat magis ab actuarijs exceptam, male ſubſequētibus uerba dicētis, quā ab ipſo editā. Nā in quibuſdā exēplaribus inuenio, ne inſcriptā quidē pro Metello, ſed quā ſcripſit Metello, quū ex perſona Caſaris ſermo ſit Metellū, ſeq; aduerſus cōmunium obſectatorū criminatiōes purgātis. Apud milites quoq; in Hiſpania, idē Auguſtus orationē eſſe uix ipſius putat, quæ tamē duplex fertur: una quaſi priore habita prælio: altera poſteriore, quo Aſinius Pollio, ne tēpus quidē cōſonandi habuiſſe eum dicit, ſubita hoſtium incurſione.

Libri, commentaria, & epiſtolæ per eum editæ.

CAP. LVI.

Reliquit & rerum ſuarum commentarios, Gallici, ciuiliſq; belli Pompeiani. Nam Alexandrini, Africū, & Hiſpaniēſis, incertus autor eſt. Alij enim Oppiū putant, alij Hirtium: qui etiam Gallici belli nouiſſimū, imperfectū que librum ſuppleuerit. De commentarijs Caſaris Cicero in eodem libro, ſic refert: Commentarios ſcripſit ualde quidem probandos: nudi ſunt, recti, & uenūſti, omni ornatu orationis, tanquam ueſte detracta: ſed

Strabo Caſar orator fuit, quem pro ter timonio citat

Prifcian. li. 1. 1. & c. in ora tione que dicitur eſſe in aina ho hoc opi

Actuarij, ab actis, actionibus; deſcribendis velociſſimo, quæ deinde recitantur

ſunt; tanq; notarij, notæ

aculatio ne dolo be le ſi gigit: in quo iudicio ut luceſ conſell orie ſuſpica

re tractata eſt utrum

cecor om alius dolo

be lam acu ſora debere

undale car Sicut Cicero

in cau ſa In eo. lib. ſ. ad ue Brutum, &

dum diuina tioni odidit

⁊ vocamus forum forosium calamistris quo calefa fo ca
pili fiunt 46 C. SVETONII TRANCO

analah

dum uoluit alios habere parata, unde sumerent, qui uel-
lent scribere historiam, ineptis gratum fortasse fecit, qui
⁊ illa uolunt calamistris inurere, sanos quidem homines à
scribendo deterruit. De eisdem commentarijs Hirtius ita

Verba sunt
Hirtij ex præ-
fatiōe sumpta,
quã preposuit
cōmentario bel-
li Gallici.

Rescripturū,
pro denuo scri-
pturum.

prædicat: Adeò probantur omnium iudicio, ut præcepta,
non præbita facultas scriptoribus uideatur. Cuius tamen
rei maior nostra, quam reliquorum, est admiratio. Cete-
ri enim quàm bene, atq; emendatè, nos etiam quàm faci-
le, atque celeriter eos perscripserit, scimus. Pollio Asi-
nius parum diligenter, parumq; integra ueritate cõposi-
tos putat: quum Cæsar pleraq; ⁊ quæ per alios erant
gesta, temerè crediderit, ⁊ quæ per se, uel consultò, uel
etiã memoria lapsus, perperã ediderit: existimatq; rescri-
pturū, ⁊ correcturū fuisse. Reliqt ⁊ de Analogia libros
duos, et Anticatones totidè, ac præterea pœma, quod in-
scribitur, Iter. Quorū librorū primos in trãsitu Alpium,
quum ex citeriore Gallia cõuentibus peractis ad exerci-
tū rediret, sequètes sub tēpus Mundenſis prælij fecit: no-
uissimum dum ab urbe in Hispaniam ulteriorē IIII. ⁊

Tyro Cicero
nis libertus no-
tiss primus cõ-
mentus est, au-
tore Bulebio.

De notis liti-
rarū Cef. uide
Gell, lib. 17.
c. 9.

quas primū uidetur ad paginas, ⁊ formam memorialis
libelli cõuertisse, quum antea c o s s. ⁊ duces non nisi
transuersa charta scriptas mitteret. Extāt ⁊ ad Cicero-
nem: itè ad familiares domesticis de rebus, in quibus siqua
occultius perferèda erāt, per notas scripsit, id est, sic stru-
cto literarum ordine, ut nullum uerbum effici posset: quæ
si quis inuestigare, ⁊ persequi uellet, quartam elementor-
um literã, id est, d, pro a, ⁊ perinde reliquas commutet.
Ferūtur ⁊ à puero, ⁊ ab adolescentulo quædã scripta:

ut lah

tot laudes Herculis, tragœdia Oedipi: item dicta collectanea: quos omnes libellos uetuit Augustus publicari in epistola, quam breuem admodum, ac simplicem ad Pöpeiū Marcum, cui ordinandas bibliothecas delegauerat, misit.

Pueritia, & labor eius in armis. CAP. LVII.

Armorum, & equitandi peritissimus, laboris ultra fidē patiens erat: in agmine nonnunquā equo, sepius pedibus antebat, capite detecto, seu sol, seu imber esset. Longissimas uias incredibili celeritate cōfecit, expeditus meritoria rheda centena passuum millia in singulos dies, si flumina morarentur nando traiciens, uel innixus inflatis utribus, ut persepe nuntios de se praeuenerit.

Cautela, & audacia eius in expeditionibus.

CAP. LVIII.

In obeundis expeditionibus, dubium cautior ne, an audentior. Exercitū neq; per insidiosa itinera duxit unquam, nisi per speculatus locorum situs: neq; in Britaniā transiuit, nisi antē per se portus, & navigationem, & accessum ad insulā explorasset. At idē obsessione castrorum in Germania nuntiata, per stationes hostium Gallico habitu penetrauit ad suos. A Brūduasio Dyrrhachiū inter oppositas classes hyeme transmisit. Cessantibusq; copijs, quas subsequi iusserat, cum ad accersendas frustra sepe misisset, nouissimē ipse clān noctu paruulū nauigiū solus obuoluto capite conscendit: neq; aut quis esset antē detexit, aut gubernatorem cedere aduersæ tēpestati passus est, quā penē obrutus fluctibus.

Despectus prodigiorum eidem occurrentium.

CAP. LIX.

Meritoria rheda dicitur, quae dicitur fieri faciendi causa locantur.

Transmittere, pro traicere mare.
Rem hāc tunc lenter, graphiceq; scribitur can. libr. 5.

Cæfrem, atq; Alexandrū religionum pariter contemptores fuiffi: prodicit Appianus.

NE religione quidē ulla à quoquam incepto abster-
ritus unquam, uel retardatus est. Quum immolati
aufugisset hostia, profectiōnem aduersus Scipionē, & Iu-
bam non distulit. Prolapsus etiam in egressu nauis uerso
ad melius omine, Tenebre (inquit) Africa. Ad eludēdas
autem uaticinationes, quibus felix & inuictū in ea pro-
uincia fataliter Scipionū nomē ferebatur, despectiffimū
quendā ex Corneliorū genere, cui ad opprobrium uita,
Salutioni cognomen erat, secum in castris habuit.

AFRICA

Cetero auctore
Plutarcho que
dam Scipione

Præliorum assumptio locis, & temporibus inopi-
natis etiam apud suos.

CAP. LX.

ex Corneliorū
familia homi-
nē sane ab-
et expecti

PRelia non tantū destinato, sed ex occasione sume-
bat, ac sepe ab itinere statim, interdū spurciffimis
tempestatibus, quū minime quis moturū putaret: nec nisi
tempore extremo ad dimicandū cūctatior factus est, quò
sepius uiciffet, hòc minus experiendos casus opinans, ni-
hilq; se tantū acquisiturū uictoria, quātū auferre calamita-
tas possit. Nullū unquam hostem fudit, quem non castris
quoq; exueret, ita nullū spatiū perterritis dabat. Ancipi-
ti prælio equos dimitebat, & in primis suū, quò maior
permanendi necessitas imponeretur, auxilio fugæ erepto.

prima Commo-
mento Salua-
orem impie-
tis tanquā de-
cem pira po-
Abcip. præli-
vi in prælio ad-
uersus Helue-
tios: vide libr.

l. Com. Cæsar

De equo eius insigni cum pedibus propè huma-
nis.

CAP. LXI.

De Cæf. equo
vide Plin. lib.
8. ca. 42. & So-
lin. in Polyhi-
storie.

VTebatur autē equo insigni, pedibus propè huma-
nis, & in modū digitorū unguis fissis, quē natum
apud se, quum aruspices imperiū orbis terræ significare
domino pronuntiaffent, magna cura aluit, nec patientem
sefforis alterius, primus ascendit: cuius etiam instar pro-
pè Veneris genitricis postea dedicauit.

effigiem
eius

equus cui Cæsar nullum præferret Cecorem dorso ac cepit
cuius præcipuas pedes facie vestigi huiusmodi tradidit
illius equi effigiem

Virtus
hæc
Vici

illius equi effigiem ex erefactum in templo veneris

aruspices ab arua nominati sunt autem aruga si do-
to cæci mo hostia dicitur qz ab arua in qua includitur
et seruatur

Virtus eius in acie inclinata reparanda.

C A P. LXII.

Inclinatam aciem solus saepe restituit, obsistens fugientibus, retinensq; singulos, & contortis faucibus convertens in hostem: & quidem adeo plerunq; trepidos, ut aquilifer moranti cuspide sit comminatus, alius in manu detinentis reliquerit signum.

Et conto, factum est hoc in Africo bello contra Petreum. & Afranium: vide Apian. & Valer. lib. 3.

Constantia, & seueritas eius contra Cassium.

C A P. LXIII.

Non minora illa constantiae eius, imò maiora etiam indicia fuerunt: Post aciem Pharsalicam quum praemisisset in Asia copijs per angustias Hellepontis victor nauicula traiceret, L. Cassium partis aduersae cum decem rostratis naubus obuium sibi, neq; refugit, & cominus tenens, ultro ad deditioem hortatus, supplicem ad se recepit.

Apian. nō L. Cassium, sed C. Cassium fuisse scribit, q̄ postea cū Brito in Caes. contus raut.

Mira euasio eius nando. C A P. LXIII.

Alexandriae circa oppugnationem portus, eruptione hostium subita compulsus in scapha, pluribus eodem praecipitantibus cum desilisset in mare, nado per ducentos passus euasit ad proximam nauem, elata laeva, ne libelli, quos tenebat, madefierent, paludamentum mordicus trahens, ne spolio potiretur hostis.

Alij historici Alexandrinos vestem illi adē p̄tā in trophaei modum crexisse scribunt.

uestem in lita

Probatio, & disciplina eius in milites. C A. LXXV.

Militem neq; à moribus, neq; à fortuna probabat, sed tantum à uiribus: tractabatq; pari seueritate, atq; indulgentia. Non enim ubiq; ac semper, sed cum hostis in proximo esset, coërcebat: tū maximè exactor grauisissimus discipline, ut neq; itineris, neq; praelij tempus denuntiaret, sed paratum, & intentum momentis omnibus,

Milit. neq; à mo. &c. secus ipse Caes. scribit in 7. com. quem vide.

d bus,

bus, quò uellet, subito educeret. Quod etiam sine caussa plerunque faciebat, præcipuè pluuijs, & festis diebus. Ac subinle obseruandum se admonens, repente interdiu, uel nocte subtrahebat, augebatq; iter, ut serius subsequentes defatigaret.

De eodem

CAP.

LXVI.

Inba rex Mauritaniz, vt inquit Appian. partes Põpetas iuuit, & Scipioni face-
Fama uerò hostiliũ copiarũ perterritos nõ negando, minuẽdo ue, sed insuper amplificãdo, emetiendoq; confirmabat. Itaq; quũ expectatio aduẽtus lubæ terribilis esset, conuocatus ad cõcionẽ militibus, Scitote (inquit) pericissimis his diebus regẽ affuturũ cũ x. legionibus, equitibus xxx. leuis armaturæ c. millibus, elephãtis ccc. Prõinde desinant quidam querere ultra, aut opinari, mihiq; (quò cõpertũ habeo) credãt, aut quidẽ uetustissima naue impositos, quocũq; uẽto, in quas cunq; terras iubebo auebunt.

Coertio, & cultus militum eius. CAP. LXVII.

Delicta neque obseruabat omnia, neque pro modo exequabatur, sed desertorũ, ac seditiosorum & inquisitor, & punitor acerrimus, cõniuebat in ceteris. At nonnunquam post magnam pugnam, atq; uictoriam remisso officiorum munere, licentiam omnem passim lasciuendi permittebat, iactare solitus, milites suos etiam uiguentatos bene pugnare posse: nec milites, eos pro cõcione, sed blandiori nomine commilitones appellabat: habebatq; tam cultos, ut argento, & auro politis armis ornaret simul & ad speciem, & quò tenaciores eorum in prælio essent metu damni. Diligebat quoque usque ad extremum ut audita clade Tituriana barbam, capillumq; summissis, rit, nec antè dempsit, quam uindicasset. Quibus rebus

Imitatus est
 Cæf. Alexan-
 drum, qui ite-
 rus aduersus
 In- phaleras
 equorum, & ar-
 ma militum ar-
 gento decora-
 uit.

NQ.
m sine causse
is diebus. At
nterdiu, uel
subsequena

deuotissimos sibi, & fortissimos reddidit.

Amor, & fidelitas militū ad eū. C. LXVIII.

Ingresso ciuile bellum, centuriones cuiusque legionis singulos equites e uiatico suo obtulerunt, & uniuersi milites gratuitam, sine frumento, stipendioq; operam, quum tenuiorum tutelam locupletiores in se contulissent: neque in tam diurno spatio quisquā omnino desciiuit: plerique capti concessam sibi sub conditione uitam, si militare aduersus eum uellent, recusarunt. Famem, & ceteras necessitates non quum obsiderentur modò, sed etiam si alios ipsi obsiderent, tantopere tolerabant, ut Dyrrhachina munitione Pompeius, uiso genere panis ex herba (quo sustinebantur) cum feris sibi rem esse dixerit, amoueriq; ocyus, nec cuiquam ostendi iusserit, ne patientia, & pertinacia hostis, animi suorū frangeretur.

Neq; in tā diu-
utur. &c. imo
Labi-nus, cur
ius gnaua, stre
nuat; epavfus
fuerat in bello
Gallico, à C. G.
desciuit, Pom
peioq; adhæ-
sit.
Pleriq; capti
concef. &c. vi
de lib. 5. com.
de bel. ciuil.

Quanta fortitudine dimicauerint, testimonio est, quòd auderso semel apud Dyrrhachiū prælio, pœnam in se ultro depoposcerunt, ut consolandos eos magis imperator, quàm puniendos habuerit. Ceteris prælijs innumeras aduersariorum copias multis partibus ipsi pauciores facillè superauerunt. Denique una sextæ legionis cohortis præposita castello, quatuor Pompeij legiones per aliquot horas sustinuit, penè omnis confixa multitudine hostilium sagittarum, quarū c. ac xx. millia intra uallem reperta sunt. Nec mirum, si quis singulorum facta respiciat, uel Casij Scæuæ centurionis, uel C. Acilij militis, ne de pluribus referam. Scæua excusso oculo, transfixus femore, & humero, c. & xx. ictibus scuto perforato, custodia portæ commissi castelli retinuit. Acilius nauali

Vis. gen. pan-
facio de radice
appellata char-
ra, facie admix-
to: vt scriptū
est lib. 3. com.
de bello ciuil.
Plin. sentit eoa
laspna vixif-
se. quem uide
lib. 19. c. 8.

De Cynægiro
vide Iusti. li. 2.

ad Masiliâ prælio, iniecta in puppè hostium dextra, & abscissa, memorabile illud apud Græcos Cynægiri exemplum imitatus, transiit in nauë, umbone obuios agens.

Labor eius contra seditionem militarem.

C A P.

L X I X.

Seditionem per decem annos Gallicis bellis nullam omnino mouerunt, ciuilibus aliquas: sed ut celeriter ad officium redierint, nec tam indulgentia ducis, quam autoritate. Non enim cessit unquam tumultuantibus, atque etiam obuiam semper iit, & nonam quidem legionem apud Placentiam, quanquam adhuc in armis Pompeius esset, totam cum ignominia missam fecit, egreque post multas, & supplices preces, nec nisi exacta de fontibus poena, restituit.

12. seditionis
autores Cæf.
supplicio affe-
cit, inquit Ap-
pia.
Decumani, de
cimæ legionis
militēs.

Facilis reconciliatio militum iratorum. C A. L X X.

Quirites, id est
plebeios, vi-
les, contemp-
tibilis: militum ap-
pellatio hono-
riacæ erant.

Decumanos autem Romæ cum ingentibus minis, summoque etiam urbis periculo missionem, & præmia flagitantes, ardente tunc in Africa bello, neque adire cunctatus est, quanquam deterrentibus amicis, neque dimittere: sed una uoce, qua Quirites eos pro militibus appellarat, tam facile circumegit & flexit, ut ei milites esse contestim responderint: & quamuis recusantem ultro in Africam sint secuti: ac sic quoque seditionisissimum quemque & prædæ, & agri destinati tertia parte multauit.

Fides, & studium eius erga clientes. C A. L X X I.

Hiempsal,
Africanus rex.

1. tributa sanguis
tributa hem soluent

Studium, & fides erga clientes ne iuueni quidem desuerunt. Masinthan nobilem iuuenem, quem aduersus Hiempsalem regem tam enixè defendisset, ut Iuba regis filio in altercatione barbam inuaserit, stipendiarium quoque pronuntiatum, & abstrahentibus statim eripuit.

occu

occult
in His
lector

Cui

A
correp
erat, lo
Iam au
amplif
profejs
tuenda
tiam re

Od

S
Sim
Sut
cu

rescrip
tus fuit
tione p
Catulli
gmata i
die adh
rat, uti

Len

rias illa

S

Ed

Sbus

niam su

occulta uicq; apud se diu, & mox ex praetura proficiscens
in Hispaniam, inter officia statim prosequendum, fascesq;
lectorum lectica sua auexit. *Masintham*

Inter officia,
inter eos qui
officij gratia

Cultus, & dilectio amicorum eius. C. A. LXXII.

Caesarem cor
mitabantur.

Amicos tanta semper facilitate, indulgentiaq; tra-
ctauit, ut C. Oppio comitanti se per syluestre iter,
correptoq; subita ualetudine, & in diuersorio, quod unu-
erat, loco cesserit, & ipse humi, ac sub dio accubuerit.
Iam autem rerum potens, quosdam etiã infimi generis ad
amplissimos honores prouexit. Quum ob id culparetur,
profectus est palam, si grauatorum, & sicariorum ope in-
tuenda sua dignitate usus esset, talibus quoq; se parẽ gra-
tiam relaturum.

ex honorifico
quidem loco
dendum est pro
tentibus. ex
oportuno uero
egrotantibus
Caesar dixit

Odiorũ facilis remissio eiusdẽ. C. A. LXXIII.

Simultates cõtra nullos tam graues excepit unquam,
sut nõ occasione oblata libes deponeret. C. Memmij,
cuius asperrimis orationibus, nõ minore acerbitate
rescripserat, etiam suffragator mox in petitione cõsula-
tus fuit. C. Caluo post famosa epigrammata de recõcilia-
tione per amicos agenti, ultro, ac prior scripsit. Valerij
Catullũ, à quo sibi uersiculis de Mamurra perpetua sti-
gmata imposita non dissimulauerat, satisfacientem eadem
die adhibuit cœna: hospitioq; patris eius, sicut consueue-
rat, uti perseverauit.

Famosa. i. proz
brota, & inta
mix plena

sugeta h. otlesci
in famia notat
Vide epigr.
Catul. 26.

Lenitas, & mansuetudo eius in ulciscendo iniu-
rias illatas.

C. A. LXXIII.

Sed & in ulciscendo natura lenissimus. Piratas, à qui-
bus captus est, quum in deditionem redeisset (quo-
niam suffixurum se cruci antè iurauerat) iugulari prius
iussit.

De his piratis
suprà c. 4. me-
minit.

d 3 iussit.

Corn. Phag.
Syllanorū mi-
litū dux erat,
à quo Cæf.
cum inquirere
tur tanq̃ Ma-
rianus, in Sabi-
nis delitescens
duobus se ta-
lētis redemē-
tū vide supra. c. 1.

Ex fide .i. re-
sō tēstionū,
sine fraude.

Ex com. Pō-
antequā ex
amicis fierent
inimici.

Mot. ap. Her-
vide H. t. Cō-
de bel. ciuil.

iussit, deinde suffigi. Cornelio Phagite, cuius quondam nocturnas insidias eger, ac latēs ne perduceretur ad Syl- lam, uix prēmio dato euaserat, nūquam nocere sustinuit.

Philemonem à manu seruum, qui necem suā per uenenum inimicis promiserat, nō grauius, quā simplici morte pu- niuit. In P. Clodium Pompeie uxoris sue adulterum, atq; eadem de causa pollutarū ceremoniarum reum testis ci- tatus, negauit se ququā cōperisse: quāuis et mater Aure- lia, et soror Iulia, apud eosdē iudices, oīa ex fide retulisse-
sent: interrogatusq; cur igitur repudiasset uxore: quoniā, inq̃t, meos tā suspitiōe, q̃ crimine iudico carere oportere.

Moderatio, & clemētia eiusdē. CAP. LXXV.

Moderationem uerò, clementiamq; tum in admini- stratione, tū in uictoria belli ciuili admirabilem exhibuit. Denūtiante Pompeio pro hostibus se habiturū, qui Reip. defuissent, ipse medios, et neutrius partis, suo- rum sibi numero futuros pronuntiauit. Quibus autem ex commendatione Pōpeij ordines dederat, potestatem trā- seundi ad eū omnibus fecit. Motis apud Ilerdam deditio- nis cōditiōibus, quū assiduō inter utraq; partes usu, atq; cōmercio Afranius, ac Petreius deprehensos intra castra Iulianos subita pœnitētia interfecisset, admissā in se per- fidia nō sustinuit imitari. Acie Pharsalica proclamauit, ut ciuibus parceretur, deincepsq; nemini nō suorū, quem uellet unum, partis aduersæ seruare concessit: nec ulli per- rijsse, nisi in prælio reperiūtur, exceptis duntaxat Afrani- o, et Fausto, et L. Cesare iuuenē, ac ne hos quidē uoluntate ipsius interēptos putant. Quorū tamē et Afrani- us, et Faustus priores post impetratā ueniam rebellau-
runt,

rūt,
lem i
par
quib
misit
Sylla
posth
rentu
Etas c
guit, c
loque
seuera
tholai
tionem
Al

P
enim h
latum
in supe
statua
amplic
sedem
+ culum
4 deos, p
è suo no
et ded
gebit, c
+ feruul
nes fu
re Ser
di cati

rūt, & Caesaris libertis, seruisq; eius ferro, & igni crudelem in modū eneētis, bestias quoq; ad munus populi comparatas cōtrucidauerāt. Deniq; tempore extremo etiam quibus nondum ignouerat, cunctis in Italiam redire permisit, magistratusq; et imperia capere. Sed & statuas L. Syllae, atq; Pompeij à plebe disiectas, reposuit. Ac si quae posthac, aut cogitarentur grauius aduersus se, aut dicerentur, inhibere maluit, quam uindicare. Itaque & detestatas coniurationes, conuentusq; nocturnos, non ultra arguit, quam ut edicto ostenderet esse sibi notas: & acerbè loquentibus satis habuit pro cōcione denuntiare, ne persequerent. Aulicq; Cecinnae criminosisimo libro, & Pitholai carminibus maledicentissimis laceratam existimationem suam, ciuili animo tulit.

Hic Pitholus M. Vetratius Pitholus dicitur esse, cuius meminit Macrobius lib. 2. Saturn. c. 2. Ciu. an. laio tñ remissio, ac si ciuis, priuatus fuisse.

Abusus dominationis, & potestatis eiusdem.

C A P. LXXVI.

Pregrauant tamen cetera facta, dictaq; eius, ut abusus dominatione, & iure casus existimetur. Nō enim honores modò nimios recepit, ut continuum consularium perpetuum dictaturam, praefecturamq; morum, insuper praenomen imperatoris, cognomē patris patriae, statuam inter reges, suggestum in orchestra, sed & ampliora etiam humano fastigio decerni sibi passus est: sedem auream in curia, & pro tribunali thensam, & ferculum Circensi pompa, templa, aras, simulacra iuxta deos, puluinar, flaminem, lupercos, appellationē mensis è suo nomine, ac nonnullos honores ad libidinem cepit, & dedit. Tertium, & quartum consulatum titulo tenuis gessit, contentus dictaturae potestate decretae, cum con-

Pregrauant ab solute, pro pro potest sine pro pondant.

intra alio in qua sena forū sūt loca designata

thense sūt sacrae nebulacula in quibus deorum simulacra ponuntur

fercula sunt pulpita in quibus deorum simulacra ponuntur
 + podium in quibus sunt leculi qui auctore Seruio in templis con sacuerunt caeteri numine diuini

quondam
 ad Syl-
 sustinuit.
 uenenum
 morte pu-
 rum, atq;
 testis ci-
 er Aure-
 e retulit.
 quonia,
 oportere.
 L. XXV.
 in admini-
 mirabilem
 habiturū,
 artis, suo-
 autem ex
 atem trā-
 deditio-
 usu, atq;
 tra castra
 in se per-
 clamauit.
 priū, quem
 culli per-
 at Afrā-
 quidē uo-
 Afrā-
 rebellau-
 runt.

Medio tēpore
pro
Metastu,
sive interea.

Petē. ded. Hic
Caninium si-
gnat, de cuius
cōsultatu locos
Cic. & aliorū
vide apud Ma-
crob. lib. 2. Sa-
tur. c. 2, & 3.

Appta. nō cor-
sed extorū ca-
put hostie de-
fuisse, ait p di-
tū memorat.

nomem
quasi uelut
regum atq
libido p pōla
habent

Hostiis autem
aliquā. defuisse
cor aliquando
extorū caput,
testat Pl. lib.
11. ca. 37.
Sicut, & extorū
būm.
Falsis, pluri-
mis.

sulatibus simul: atq; utroq; anno binos cōsules substituit sibi in ternos nouissimos menses, ita ut medio tempore comitia nulla habuerit, præter Tribunorū, & Aedilium plebis: præfectosq; pro Prætoribus cōstituerit, qui præsentese res urbanas administrarent. Prædie autem Cal. Ianu. repentina cons. morte cessantem honorem in paucas horas petenti dedit. Eadē licētia spretō patriæ more, magistratus in plures annos ordinauit. Decē Prætorijs uiris cōsularia ornamenta tribuit. Ciuitate donatos, & quosdam è semibarbaris Gallorum recepit in curiam. Præterea monet. & publicisq; uectigalibus peculiare seruos præposuit. Triū legionū, quas Alexandria relinquebat, curā, & imperium Rufioni liberti sui filio, suo exoleto, demandauit.

Abusus, et arrogātia eiusdem. CAP. LXXVII.

NEC minoris impotentie uoces propalam edebat, ut T. Amprius scribit: nihil amplius Rempu. esse, ap- pellationem modò sine corpore, ac specie. Syllam nescisse literas, qui dictaturam deposuerit: debere homines consideratius iam loqui secum, ac pro legibus habere, quæ dicat. Eoq; arrogantiæ progressus est, ut aruspice tristitia, & sine corde exta sacro quodam nuntiante, futura diceret letiora, cum uellet, nec pro ostento ducendum, si pecudi cor defuisset.

Inciuilitas, et indignatio eiusdem.

CAP. LXXVIII.

VERUM præcipuam, & inexpressibilem sibi inuidiam hinc maximè mouit: Adeuntes se cū pluribus, honorificentissimisq; decretis uniuersos P. C. sedēs pro eade Veneris genitricis excepit. Quidam putant retentum à

Corne

Corn-
tum
tium
factū
phan-
colle-
gnati-
remp-
quico-
men

A

cio L
puli
laure
plebi
sciā
seu p
rebat
incre
etati
*ple
spon
nio
in Ca
fama
simul
curat

Cornelio Balbo, quum conaretur assurgere: alij ne conatum quidem omnino, sed etiam admonentem C. Trebatium ut assurgeret, minus familiari uultu respexisse. Idq; factum eius tantò intolerabilius est uisum, quòd ipse triūphanti, & subsellia tribunicia praterenti sibi unum è collegio Pontium Aquilam non assurrexisset, adeò indignatus sit, ut proclamauerit: Repete ergo à me Aquila rempubli. tribunus: & nec destiterit per continuos dies quicquam cuiquam nisi sub exceptione polliceri, si tamen per Pontium Aquilam licuerit.

De eodè, et regni affectatione. CAP. LXXIX.

A Diecit ad tam insignem despecti senatus contumeliam, multò arrogantius factum. Nam quòd sacrificio Latinarum reuertente eo inter immodicas, ac nouas populi acclamationes, quidam è turba statuæ eius coronam lauream candida fascia præligatam imposuisset, & Triplebis Epidius Marullus, Cæsetiusq; Flauus coronæ fasciâ detrabi, hominemq; duci in uincula iussissent, dolens seu parum prosperè motam regni mentionem, siue, ut ferebat, ereptam sibi gloriâ recusandi, tribunos grauiter increpitos potestate priuauit: neq; ex eo infamiam affectati etiam regij nominis discutere uoluit: quanquam & plebi regem se salutanti, Cæsarem se, non regem esse respondit: & Lupercalibus, pro Rostris à COS. Antonio admotum sæpius capiti suo diadema repulerit, atque in Capitolium Ioui Opt. Max. miserit. Quinetiam uaria fama percrebruit migraturum Alexadriam, uel Ilium, trās latis simul opibus imperij, exhaustisq; Italia, delectibus, et pro curatione urbis amicis permissa. Proximo autem senatu

Corn. Bal. dicitur
xisset aut, Me
mineris te esse
Cæsarem.

B colleg. s. tribunorum.

De Latinis feriis
uide Dionysii, lib. 4.

Fascia candida nihil aliud est, quam diadema, quòd regum insignem primus inuenit Liber pater.

*als, plebeio.

d s percre

Libri fatales,
sunt libri sibyl
lini.

percrebruit fama L. Cottam xv. uirum sententiam dictu
rum: ut quoniam libris fatalibus contineretur Parthos,
nisi à rege non posse uinci, Cæsar rex appellaretur.

Cōspiratorū cōiuratio in eū CAP. LXXX.

Quæ. s. senten
tia à Cotta di
cenda, fuit cau
sa, &c.

Quæ causa coniuratis maturandi fuit destinata nego
tia, ne assentiri necesse esset. Cōsilia igitur disper
sim antea habita, & quæ sepe bini, terni ue
ceperāt, in unū omnes cōtulerunt, ne populo quidem iam
presenti statu leto, sed clam, palamq; detrectate domina
tionē, atq; assertores flagitate. Peregrinis in senatū alle
ctis libellus propositus est: Bonū factū, ne quis senatori
nouo curiā monstrare uelit. & illa uulgò canebatur: Gal
los Cæsar in triumphū ducit: lidē in curia Galli braccas
deposuerūt, latum clauū sumpserunt. Q. Maximo suffe
cto, trimestriq; cōs. theatrum introeunte, quum lictor
animaduerti ex more iussisset, ab uniuersis conclamatum
est: nō esse cōsulem eū post remotos Cæsetiū, & Marullū
Tribunos. Reperta sunt proximis comitijs cōplura suffra
gia, cōs. eos declarantiū. Subscripsere quidā L. Bruti
statue, Vtinam uiueres. item ipsius Cæsaris statue:
Brutus, quia reges eiecit, cōs. primus factus est.

Bonum factū,
pro recte fiet.

Solebat tior
introeunte con
sule populum
admonere ut
animaduerte
ret, cederetq;
aduentū cōsu
li, & assurgens
cum plausu ex
siperet.

Sexaginta am
plius, pro plu
res sexaginta.
xals, Decimo.

Et ponte deij
cerent, vide Be
roal. in lib. an
not. locum hūc
explicantem.

Hic, quia cōs. eiecit, rex postremò factus est.
Conspiratū est in eum à l. x. amplius, C. Cassio, Marcoq;
& Decio Bruto principibus cōspirationis, qui primum
cunctati, utrum ne illū in cāpo per comitia tribus ad suf
fragia uocantem partibus diuisis è ponte deijcerent, atq;
exceptum trucidarēt: an in sacra uia, uel in aditu theatri
adorirentur: post quā senatus idibus Martijs in Pōpei
curiam edictus est, facile tempus, & locum pratulerunt.

Prodigia

S
Sci
deducti
uetustis
aliquat
tabula
tor Cap
Gracis
fore ut
magnis
quis fal
Balbus
greges
rat, ac
mè pal
spex S
Martij
regali
tē, uol
ibidem
& ips
litare,
imagi
mio su
Ob ha
tus an
agere

Prodigia præcedentia mortem eius.

CAP. LXXXI.

Ed *Cæsari futura cædes euidentibus prodigijs denun-*
Sciata est. Paucos ante mēses, quum in colonia Capua
deducti lege Iulia coloni ad extruendas uillas sepulchra
uetustissima disijcerent, idq; eò studiosius facerent, quòd
aliquatū uasculorū operis antiqui scrutātes reperiebāt,
tabula aenea in monumento, in quo dicebatur Capys cōdi-
tor Capuæ sepultus, inuēta est, conscripta literis, uerbisq;
Græcis hac sentētia: Quando ossa Capys detecta essent,
fore ut Iulo prognatus manu consanguineorū necaretur:
magnisq; mox Italiae cladibus uindicaretur. Cuius rei, ne
quis fabulosam, aut cōmentitiā putet, autor est Cornelius
Balbus familiarissimus Cæsaris. Proximis diebus equorū
greges, quos in traijciendo Rubicone flumine consecra-
rat, ac uagos sine custode dimiserat, cōperit pertinacissi-
mè pabulo abstinere, ubertimq; flere. Et immolantē aru-
spex Spurina monuit, cauere periculum, quod non ultra
Martias Idus proferretur. Pridie autē easdem Idus aum
regalium cū laureo ramulo Pōpeiianæ curiæ se inferen-
tē, uolucres uarij generis ex proximo nemore persecuta,
ibidem discerpsērūt. Ea uerò nocte, cui illuxit dies cædis,
et ipse sibi uisus est per quietem interdū supra nubes uo-
litare, aliàs cum Ioue dextras iūgere. Et Calpurnia uxor
imaginata est, collabi fastigiū domus, maritumq; in gre-
mio suo confodi, ac subitò cubiculi fores sponte patuerūt.
Ob hæc, simul et ob infirmam ualetudinem diu cuncta-
tus an se contineret, et quæ apud senatum proposuerat,
agere differret, tandem Decimo Bruto adhortāte ne fre-
quen: es

De his quoq;
 prodigijs uide
 Verg. I Geor.
 in fine.

Verg. Aen.
 Et Capys hic
 nomē Cāpang
 ducitur uerbis

Cæs. transitus
 Rubiconi
 equos oppo-
 suit, qui exci-
 perent impeti-
 aquarū, ut in-
 pedites fractis
 uindarū uirib;
 infra tutò tras
 irēt: hos equos
 tanquā uictor-
 rixæ, felicita-
 tisq; autores
 consecrauit,
 hoc est sacros,
 et inuictibiles
 fore uoluit.

Artem de his quentes, ac iam dudū opperietes destitueret, quinta serē
 hunc Cesar hora progressus est, libellum¹ que insidiarum indicem, ab
 confestim obuio quodam porrectum, libellis ceteris, quos sinistra
 solus perle manu tenebat, quasi mox lecturus commiscuit. Dein plu-
 se in eo emribus hostijs cassis, cū litare nō posset, introijt curiā spre-
 magna et ta religione: Spurimamq; irridens, et ut falsum arguens,
 que sua in quōd sine ulla noxa Idus Martiæ adessent: quanquam is
 ter sint conuenisse quidem eas diceret, sed non præterijse.

Cædes, et mors Cæsaris. CAP. LXXXII.

Specie officij,
 hec est tanq;
 officij, siue ho-
 norē Cæs. ex
 hil. iuri.

Cimb. Tull.
 Plur. Metellū
 Cimbrū, Ap-
 pian, Atillum
 appellat.

Cæsæ duo in
 ser coniuratos
 fuere.

Et tu fili.

* Ant. Antius,

Assidentem conspirati specie officij circūsteterunt,
 Allicoq; Cimber Tullius, qui primas partes suscepe-
 rat, quasi aliquid rogaturus propius accessit, reuenticq;
 et gestu in aliud tēpus differenti, ab utroq; humero togā
 apprehendit: dēinde clamantem, ista quidem uis est, alter
 Casca aduersum uulnerat paulum infra iugulum: Caesar
 Cascæ brachiū abreptū, graphio traiecit: conatusq; pro-
 filire, alio uulnere tardatus est. Utq; animaduertit undiq;
 se strictis pugionibus peti, toga caput obuoluit, simul sini-
 stra manu sinū ad ima crura deduxit, quōd honestius cade-
 ret, etiam inferiore corporis parte uelata: atq; ita tribus,
 et uiginti plagis cōfossus est, uno modō ad primū ictum
 gemitu sine uoce edito: et si tradiderūt quidā M. Bruto ira-
 ruenti dixisse, καί σὺ τρώου, Exanimis diffugientibus
 cunctis aliquandiu iacuit, donec lecticæ impositū depen-
 dente brachio tres seruuli domum retulerunt: nec in tot
 uulneribus, ut* Antistius medicus existimabat, letale ullū
 repertū est, nisi quod secundo loco in pectore acceperat.
 Fuerat animus cōiuratis corpus occisi in Tyberim trahere,
 bona publicare, acta rescindere, sed metu M. Antonij
 consulis,

Antius
 nera
 miser
 in py
 ram

consulis, & magistri equitum Lepidi, destiterunt.

Testamentū eius recitatū. CAP. LXXXIII.

Postulante ergo L. Pisone socero, testamentum eius aperitur, recitaturq; in Antonij domo, quod Idibus Septembribus proximis in Labicano suo fecerat, demandaueratq; uirgini Vestali maxima. Q. Tubero tradit heredem ab eo scribi solitū ex consulatu ipsius primo, usq; ad initium ciuilibus belli, Cn. Pompeium, idq; militibus pro concione recitatū: sed nouissimo testamento tres instituit heredes sororum nepotes, C. Octauium ex dodrante, & L. Pinarium, & Q. Pedium ex quadrante. Reliquos in ima cera. C. Octauii etiam in familiam, nomenq; adoptauit, plerosq; percussorum in tutoribus filij, si quis sibi nasceretur, nominauit. Decimum Brutum etiam in secundis heredibus. Populo hortos circa Tyberim publicè, & uiritim trecenos sestertios legauit.

Funereus rogos, et pompa exequiarū eius, cum lectu publico. CAP. LXXXIII.

Funere indicto, rogos extractus est in Martio campo iuxta Iulie tumulū, & pro Rostris aurata ades ad simulacrum templi Veneris genitricis collocata, intraq; lectus eburneus auro, ac purpura stratus, & ad caput trophæum cum ueste, in qua fuerat occisus. Præferenti-
si. ma
nera
miseria
in py
ram
 bus munera (quia sussepturus dies non uidebatur) præcep-
 tum est, ut omisso ordine, quibus quisq; uellet itineribus
 urbis, portaret in campum. Inter ludos cantata sunt quæ-
 dam ad miserationem, & inuidiam cædis eius accommo-
 data, ex Pacuuij Armorum iudicio.

Men' me seruasse, ut essent qui me perderent?

Et ex

Pacuuius tragediarum scriptor inclitus infertra-
 gédias illam quoq; condidit cui titulus est ar-
 mosum iudicium —

Vestal. max.
 que ceteris gra-
 te prestabat,
 et dignitate.
 De his cohere-
 dibus vide Ap-
 piolib. 3. belli
 ciuil. de J. Q.
 Pedio vide
 Pl. li. 35. c. 4

In ima cera,
 id est in vlti-
 ma parte tabu-
 læ testamentar-
 iæ: in tabulis
 enim ceratis te-
 stamenta scri-
 bebantur.

Secundi hære-
 des dicuntur,
 qui heredi in-
 futuro substit-
 tuuntur: ut ait
 Boëthius in cō-
 Topic. signū
 sabre facti
 sus in me nō
 uestem m
 qualis sorfa
 if occisus

* *Atiās, Accis.* Et ex *Electra** *Attilij* ad similitē sententiā. Laudationis loco *cos.* *Antonius* per præconē pronuntiauit *Sen. conf.* quo omnia ei diuina, simul atq; humana decreuerat. Item *iusturādum*, quo se cuncti pro salute unius astrinxerant, quibus per pauca a se uerba addidit. Lectū pro *Rostris* in *forum magistratus*, & honoribus functi detulerunt. Quē quū pars in *Capitolini Iouis cella* cremare, pars in curia *Pompeij* destinaret, repente duo quidā gladijs succincti,

Trophæ. cum ac bina iacula gestantes, ardentibus cereis succenderunt, veste. i. lignum confestimq; circumstantium turba uirgulta arida, & cum fabrefactum in formam *tro-*phæi, sustinēs sub sellijs tribunalia, quicquid prætereā ad manū aderat,

congestit: deinde tibicines, & scenici artifices uestē, quā ex instrumento triumphorum ad præsentem usum indue-

ant, detractā sibi, atq; discissam iniecere flammæ, & ue-
congest ex operanorum militum legionarij arma sua, quibus exculti
phali quo funus celebrabāt. Matronæ etiā pleræq; ornamenta sua,
um phali quo quæ gerebant, & liberorū bullas, atq; prætextas. In sum-
um phali quo mo publico luctu exterarū gentiū multitudo circulatim
um phali quo suo quæque more lamētata est, præcipueq; Iudæi, qui etiā
um phali quo noctibus continuis bustum frequentarunt. sepulchra

Honores ei mortuo per plebem collati.

CAP. LXXXV.

De Heluio **P**Lebs statim a funere ad domū *Bruti*, & *Cassij* cum
Cinna vide facibus tetendit, atq; agrè repulsa, obuium sibi *He-*
Gel. lib. 12. c. lium *Cinnam* per errorē nominis, quasi *Cornelius* esset
13. & Pet. Cri- nit, de poet. is, quē grauius pridie concionatū de *Cesare* requirebat,
Lat. 650. occidit: caputq; eius præfixum hastæ circumtulit. Postea
mar mor solidam columnam proprè xx. pedum lapidis *Numidici*
Numidici in foro statuit, scripsitq; PARENTI PATRIÆ.

in fer generosa mar mora numeratur

Apud

Apud eam longo tempore sacrificare, uota suscipere, con-
trouersias quasdam interposito per Caesarem iua eiurando
do distrahere persequerant.

*Distrahere, ꝑ
componere, se-
dare, finire.*

Sulpitio, quam suis Caesar reliquit.

C A P.

LXXXVI.

Suspicionem Caesar quibusdam suorum reliquit, neq;
uoluisse se diutius uiuere, neq; curasse quod ualetudi-
ne minus prospera uteretur: ideoq; & quae religiones mo-
nerent, & quae renūtiarent amici, neglexisse. Sunt qui pu-
tent cōsulum eū nouissimo illo senatuscon. ac iureiurādo,
etiā custodias Hispanorū cum gladijs inspectantiū se, re-
mouisse. Alij ē diuerso opinantur, insidias undiq; imminē-
tes subire semel confessum satius esse, quā cauere sem-
per. Alij ferūt dicere solitū, nō tam sua, quā reip. inter-
esse, uti saluus esset: se iam pridē potētiae gloriāq; abūde
adeptum, remp. si quid sibi eueniret, neq; quietam fore,
& aliquantō deteriore conditione ciuilia bella subiturā.

*Inspectantiū fe-
i. obseruantū.
Tales prisci la-
terones vocar-
bant, Plaut. la-
trones appel-
lat: à stipe, quā
mercedis noīe
accipiunt, sicut
patrores, ut qui
dam uolūt, etiā
dicuntur.*

Genus optatum mortis illatā per eum.

C A P.

LXXXVII.

Illud planē inter omnes ferē constitit, talem ei mortem
ipenē ex sententia obtigisse: nam & quondam cūm
apud Xenophontem legisset, Cyrum ultima ualitudine
mandasse quaedam de funere suo, aspernatus tam lentum
mortis genus, subitam sibi, celeremq; optauerat: & pridie
quā occideretur, in sermone nato super cenam apud
M. Lepidum, quisnam esset finis uitae commodissimus, re-
pentinum, inopinatumq; prætulerat.

Aetas eius, ac stella comata, & locus, ac dies mor-
tis eius.

C A P.

LXXXVIII.

Perijt

Hoc ãno. s. 56.
clarissimavirō
rū lumina pe-
rierunt, Plin.
Vergl. Scipio
Aemil. Cæs. di-
ciator.

Perijt sexto & quinquagesimo ætatis anno, atq; in
deorū numerum relatus est, non ore modò decernen-
tiū, sed & per suasiōe uulgi. Siquidē ludis, quos primò cō-
secratos ei hæres Augustus edebat, stella crinita per septē
dies cōtinuos fulsit, exorians circa undecimā horā: credi-
tumq; est animā esse Cæsaris in cœlum recepti, & hac de
causa simulacrō eius in uertice additur stella. Curiam in
qua occisus est, obstrui placuit: idusq; Martias parrici-
dium nominari, ac ne unquam eo die senatus ageretur.

Mors occisorū Cæsaris. CAP. LXXXIX.

Neq; sua mor-
I. violentia ex
trinsecus alla-
ta perierunt.

Percussorum autem serē, neq; triennio quisquam am-
plius superuixit, neq; sua morte defunctus est. Da-
mnati omnes. Alius alio casu perijt, pars naufragio, pars
prælio, nonnulli semet eodem illo pugione, quo Cæsarem
uiolauerant, interemerunt.

VIVES RVFALDO SVO S.



SVETONIVM esse acephalum, ut Curtiū,
ut aliquot orationes Ciceronis, ut nuper
etiam Tacitum, duobus potissimū argumen-
tis colligitur: tum quòd non solet gētis, ac
familie originē prætermittere Cæsaris eius, cuius uitam
exorditur: de Iulia nulla mētio: quū sit maximē illustris,
& memoratu digna: tum quòd in uetustis exemplaribus
hoc habetur initiū, Annū agens sextumdecimū, præter
misso Cæsaris nomine, ut appareat prius fuisse de illo lo-
cutum: nos igitur, quādo quidem spes nō est, quod deside-
ratur fore ut aliquando existat, ex ueterum scriptorum
lectione, quantum industria, ac studio cōsequi potuimus,

cum

eum locum studiose iuuentuti expleuimus. si quando id-
ipsum in lucem prodierit, quod Suetonius scripsit, facilis
erit tantuli mei laboris iactura. Suetonij phrasim emula-
tus sum, & obseruationis diligentiam. cui non satis fecero,
ne is haud magnum acceperit damnum exiguae chartulae,
& breuissimi temporis, quod perdiderit nostris legedis.
Si cui placuero, is satis hoc ipso nobis praestiterit: sin dis-
splicuero, ab hoc ueniam petimus audaciae. Dicamus tibi,
Hieronyme Rufalde, auditorum meorum probissimo, ac
promde charissimo. Vale, Louanij 15 21.

ADDITA SVETONIO IN VITA

C. Iulij Caesaris, per Viuem.

DE GENTE IVLIA.

Gentem Iulian pro indubitato creditur ab Iulo Ae-
neae filio manasse, qui Lauinio relicto Alba longam
condidit, in qua & regnauit. Eo mortuo, quum ad Asca-
nium Lauinia, atq; Aeneae filium Latinum redisset regnum, Vide Dionys.,
antiquit. Rom. lib. 1. & 3.
cura sacrorum, ceremoniarumq; Latinae, ac Troianae ge-
tis penes sobolem Iuli mansit, ex qua sunt Iulij. Hos cum
alijs quibusdam nobilissimis Latij familijs Tullus Hosti-
lius Romanus rex post, quam Alban diruisset, Romam
transtulit, ac in patres cooptauit. Serò ad magistratus e-
merferunt, nempe inter Patritios maiorum gentium ferè
postremi, anno v. c. altero & trecentesimo Cn. Iulio de-
cemuiro, legibus scribendis priore eiusce magistratus le-
ctione. Omnis dehinc generis honores nacta, mansit in pa-
tritiatu, & ordine senatorio, mediocribus opibus, nullo
insigniter praestanti uiro, factisq; praecularis illustrior.

e Caesarum

Cæsarum familia.

IN Iulia gente familia fuit Cæsariū, quæ ratione cognominis haud liquet, nec cui primū cōtigerit. Nam ante Cæsarem Dictatorem, patremq; eius, & auū Iulij, Cæsares fuerunt: ut ille qui Punico bello secundo à Senatu ad Crispinum cōsulem de Dictatore dicendo missus est. Cæsares uerò consuevit Romanus sermo cognominare eos, qui uel cæso matris utero, uel cum cæsarie nascerētur, uel oculis essent cæsij. Addunt quidam de elephantō in Africa occiso, quem indigenæ Cæsarem uocēt, eamq; ob causam cognomen hoc primū auo Dictatoris contigisse. Sed qui hoc tradunt, infimæ sunt aut oritatis, nempe Spartianus, & Seruius: neque enim sola illius progenies ex Iulij hoc cognomen habuit: sed alij, & ante eum multò, & cū eo gentiles illius plerique. Consules ante Dictatorem fuerunt Sex. Iulius Cæsar cū L. Martio Philippo initio belli socialis. Sequenti anno L. Cæsar cum Rutilio Lupo: nec ante hos clarus quisquam fuit Cæsarum, aut summo magistratu Romæ functus: multis post annis consulatum ex eadem familia adeptus est L. Cæsar Sext. filius, frater patruelis L. Iulij Cæsaris, qui Dictatorem progenuit. Hic ad præturam tantum peruenit, Pisis dum manè calciaretur extinctus, nullo manifesto morbo.

Scipio Africanus, inq; Plin. lib. 17. cap. 9. primus Cæsar à cæso matris utero dictus.

Plin. lib. 7. ca. 33.

Ortus Cæsaris, & educatio.

Natus est Cæsar Romæ, C. Mario, & L. Valerio Flacco cōs. ad 111. Idus Quintileis, qui mensis post eius mortem lege Antonia Iulius est ea causa dictus: educatus apud Aureliam matrem C. Cottæ filiam, et Iuliam Amitam Marij cōiugē: unde illi patritio amor plebcie

beie factionis, & odiū Syllæ. Literas Latinas, Græcāsq̃;
tum & præcepta dicendi edoctus est à M. Antonio Gni-
phone, homine Gallo, qui magno ingenio uir, ac singula-
ri memoria, præterea moribus comis, & natura facilis,
primo in ædibus L. Cesaris patris Græcam, Latinamq̃;
grammaticam, & rhetoricen docuit: hinc in suis ipsius,
multa discētū liberalitate cōsequutus, quū nūquam pa-
cisceretur de mercede. Fuit Cesar admirabili docilitate,
& ad dicēdi facultatē appositus: sermo eius Latinus, ex-
cultus est domestica cōsuetudine ab Aurelia matre, quæ
purè, ac elegāter Romanè loquebatur, ut Mutia, Lælia,
Cornelia, & alia primariæ matrone: in quarum familijs
insignes oratores extiterunt.

C. SVETONII

TRANQVILLI D.

Octavius Cesar Au-
gustus.

ENTEM Octaviam Velitris præcia *Ciuitas fuit in*
puam olim fuisse multa declarant. Nam *signis Boscoro*
& uicus celeberrima parte oppidi iam pri-
dem Octavius uocabatur, & ostendebat-
tur ara Octauio consecrata: qui bello dux
finitimo, quū fortè Marti rem diuinam faceret, nuntiata
repètè hostis incurfione, semicruda exta rapta foco pro-
secuit, atq; ita præliū ingressus, uictor redijt. Decretū
etiam publicum extabat, quo cauebatur, ut quoque anno
in posterum simili modo exta Marti redderentur, reli-
quiæq; ad Octavios referrentur.

Finitimū hel-
lum, quod cū
finitimis geri-
tur.

Profecuit. s.
partē reddidit
Marti, cui sa-
crificabat, par-
tē aduiscendū
reseruauit.

Origo



Origo profapia maiorū Octauij. CA P. II.

Inter Ro. gen.
alij hic legunt
minores gen/
irs. que autē
sint vide Lini-
lib. 1. ab urb.
Patriciatu, p
ordine, siue di-
gnitate patri-
tiorum. De pa-
tricio ordine
vide Plut. in
Rom. vita.

EA gens à Tarquinio prisco rege, inter Romanas ge-
tes allecta, in senatum mox à Seruio Tullio in pa-
tritiis trāducta, procedente tempore ad plebem se con-
tulit, ac rursus magna ui per D. Iulium in patritiatum re-
dijt. Primus ex hac magistratum populi suffragio cepit
C. Rufus. Is Quæstorius Cn. & C. procreauit. A quibus
duplex Octauiorum familia defluxit, conditione diuersa.
Siquidē Cn. & deinceps ab eo reliqui omnes functi sunt
honoribus summis. At C. eiusq; posteri, seu fortuna, seu
uoluntate, in equestri ordine constitere, usq; ad Augusti
patrem. Proauus Augusti secūdo Punico bello stipendia
in Sicilia Tribunus militū fecit, Aemilio Pappo impera-
tore. Auus municipalibus magisterijs cōtentus, abundāte
patrimonio trāquillissime senuit. Sed hæc alij. Ipse Augu-
stus nihil amplius, quā equestri familia ortū se scribit,
ueterē, ac locuplete, & in qua primus Senator pater suus
fuerit. M. Antonius libertinum ei proauum exprobrat
Restionem, ex pago Thurino, auum argentarium. Nec
quicquam ultra de paternis Augusti maioribus reperi.

Thurium oppi-
dum collocat
Plin. lib. 5, in
tertia Italiæ re-
gione: hinc Thu-
rinus, adiect.

De patre Octauij.

CAP. III.

Octauius pater à principio ætatis & re, & æstima-
tione magna fuit, ut equidem mirer hūc quoque à

De diuifori-
bus. lege Be-
roal. in Annot.
curiose q̄ sint
explicantem.

nonnullis argentariū, atque etiam inter diuifores, ope-
rasq; campestris proditum. Amplis enim innutritus opi-
bus, honores & adeptus est facile, & egregie administra-
uit. Ex prætura Macedoniā sortitus, fugitiuos, residuam

De Spartaco
lege Appia, et

Spartaci, & Catilinæ manum, Thurinum agrum tenen-
tes in itinere deleuit, negotio sibi in senatu extra ordinē

diuifores dicebantur qui pecunias tribuim ^{in fers supra ad po.} in excedendis res
magistratis diui debant

o per as caprotes, illi significant ^{qui} in ca po Manlio candi
datis in ger u ebant

dato. Prouincie præfuit non minore iustitia, quam fortitudine. Namq; Bessis, ac Thracibus magno pralio fuis, ita socios tractauit, ut epistole M. T. Ciceronis extent, quibus Q. fratrē eodem tēpore parū secunda fama pro cōsulatū Asiæ administrantē hortatur, & monet, imitetur in promerendis socijs uicinum suum Octauium.

Mors patris Octauij, & de filijs eius.

CAP. IIII.

DEcedens Macedonia prius, quam confiteri se cādi datum consulatus posset, morte obijt repētina, superstitibus liberis, Octauia maiore, quam ex Ancharia, & Octauia minore, itē Augusto, quos ex Accia tulerat. Accia M. Accio Balbo, & Iulia sorore C. Cæsaris, genita est. Balbus paterna stirpe Aricinus, multis in familia senatorijs imaginibus, à matre Magnū Pompeiū arctissimō contingebat gradu, functusq; honore præturæ inter xx. uiros, agrum Campanum plebi Iulia lege diuisit. Verū idem Antonius despiciens etiam maternam Augusti originem, proauum eius Afri generis fuisse, & modō unguentariam tabernam, modō pistrinum Aricie exercuisse, obijcit. Casius quidem Parmensis quadā epistola, non tantū ut pistoris, sed etiam ut nummularij nepotem, sic taxat Augustum: Materna tibi farina siquidē ex crudissimo Aricie pistrino, hanc pinsit manibus colybo de coloratis Nerulonenfis mensarius.

Tēpus & locus natiuitatis Octauij. CAP. V.

Natus est Augustus, M. T. Cicerone, & Antonio
C O S S. I X. Calend. Octobris, paulō ante solis exortum, regione palatij, ad capita bubula, ubi nunc sa-

e 3 crarium

Plut. in Crassi
vita.
Cic. ep. 2. lib.
1. ad Q. frat.

Mos fuit Ro,
vt imagines
maiorū i atrio
colerēt: & vt
ait Plī. expref
si cera vultus
nebātur arma
rijs, vt essent
imagines, quæ
comitarent gē
tilitia funera.
Vnde Marius
ignobilis ho,
mo, & nouus,
apud Gall. in,
quit se imagi
nes non habe
re, nec posse
imagines suo
rum maiorum
ostentare.

De Cassio Par
men. lege Cri.
de poët. Lat.
lib. 3.

Apud anti-
quos, infantes
(vt ait Aug. li.
ciuit. dei. 4. et
Macro. lib. 1.
Satur. c. 12.)
partu editi nõ
prius vocẽ ede-
bant, quã ter-
rã attigissent.
Opemq; deam
inuocabant, vt
nascentib; opẽ
ferret, exci-
piens eos sinu
terre.

sacristam:
i. peccatum:

crarium habetur, aliquanto post, quã excessit, cõstituitum. Nam ut Senatus actis continetur, cum C. Lectorius adolescens patritij generis, in deprecanda grauiore adulterij poena, preter etatem, atque natales hoc quoque partibus conscriptis allegaret, se esse possessorem, ac uelut edituum soli, quod primum D. Augustus nascens attigisset, peteretq; donari quasi proprio suo, ac peculiari deo, decretum est, ut ea pars domus consecraretur.

Locus ubi nutritus fuit.

CAP. VI.

NVirimentorum eius ostenditur adhuc locus in aui-
to suburbano iuxta Velitras permodicus, & celle
penuarie instar, tenetq; uicinitatem opinio, tanquam &
natus ibi sit. Huc introire nisi necessariò, & caste religio
est, cõcepta opinione ueteri, quasi temerè ad eũtibus hor-
ror quidam, & metus obijciatur: sed & mox confirma-
ta est. Nam cum possessor uille nouus seu fortè, seu ten-
tandi causa cubitum se eò contulisset, euenit ut post pau-
cissimas noctis horas exturbatus inde subita ui, & incer-
ta, penè semianimis cūstrato simul ante fores inueniretur.

Nomina, & cognomina eius, cū causis ipsorum.

CAP. VII.

Infanti cognomen Thurino inditum est in memoriam
maiorum originis, uel quòd in regione Thurina, re-
cens eo nato, pater Octauius aduersus fugitiuos prosperè
rem gesserat. Thurinum cognominatum satis certa pro-
batione tradiderim, nactus puerilem imagunculam eius
aream ueterem, ferreis, ac penè iam exolescentibus literis
hoc nomine inscriptã, quæ dono à me principi data inter
cubiculares colitur. Sed & à M. Antonio in epistolis per

Aduers. fugit.
Spartaci, &
Catilnæ reli-
quias.
Principi. s.
Adriano.

contu

contumeliam sepe Thurinus appellatur: & ipse nihil amplius quam mirari se rescribit, pro opprobrio nomē prius sibi obijci. Postea C. Cæsaris, & deinde Augusti cognomē assumpsit: alterum testamento maioris auunculi, alterum Munatij Planci sentētia, cū quibusdam censentibus Romulum appellari oportere, quasi & ipsum conditorem urbis, praevaluisset ut Augustus potius uocaretur, non tantum nouo, sed etiam ampliore cognomine, quod loca quoque religiosa, & in quibus auguratō quid consecratur, augusta dicantur, ab auctu, uel ab auium gestu, gustu ue, sicut etiam Ennius docet scribens:

Augusto augurio post quam inclita condita Roma est.

Breuis descriptio totius uitae, & gestorum eius.

C A P.

VIII.

Quadrimum patrem amisit, duodecimū annū agens Quaiam Iuliā defunctā pro cōcione laudauit. Quadriēnio post uirili toga sumpta, militariibus donis triūpho Cæsaris Africano donatus est: quāquam expers belli propter etatē. Profectū mox auunculū in Hispanias aduersus Cnei Pōpeij liberos, uix tū firmus à graui ualeudine, per infestas hostibus uias paucissimis comitibus, naufragio etiā factō, subsequutus magnopere demeruit, approbata citō etiā morū indole super itineris industriam. Cæsar post receptas Hispanias expeditionem in Dacos, & inde in Parthos destināte, præmissus Apolloniam, studijs uacauit. Utq; primum occisum cum, herademq; se comperit, diu cunctatus an proximas legiones imploraret, id quidē consilium ut præceps, immaturū omisit. Caterum urbe repetita, hereditatem adijt dubitante

Vide Serui in illud. i. Aeneid. Cana fides, & uesta, Remo cū fratre Quirin?

Militaria dona, sunt armilæ, hastæ, torques, phaleræ, coronæ, & alia id genus, quibus milites donari cōsueuerunt. quem egit cesar de cuius in Africa Cipiōne tuba et latone

Epiri ciuitate optimis olim in his fabam leg. 69

Aca

tante matre, uirico uerò Martio Philippo consulari multum dissuadente. Atq; ab eo tempore exercitibus cōparatis primum cum M. Antonio, Marcoq; Lepido, de in tantum cum Antonio per duodecim ferè annos, nouissimè per quatuor & x l. solus rempubli. tenuit.

Quinque bella ciuilia per eum gesta.

C A P. IX.

Proposita uita eius uelut summa, partes singillatim neq; per tempora, sed per species exequar, quò distinctius demonstrari, cognosciq; possint. Bella ciuilia quinque gessit, Mutinense, Philippense, Perusium, Siculum, Actiacum. Ex quibus primum, ac nouissimum aduersus M. Antonium: secundum aduersum Brutum, & Casium: tertium aduersum L. Antonium triumuiui fratrem: quartum aduersus Sextum Pompeium Cn. Pompeij filium. Omnium bellorum initium, & causam hinc sumpsit, nihil conuenientius ducens, quam necem auunculi iudicare, tueriq; acta.

Bellum Mtinense, & alia gesta eiusdem.

C A P. X.

Confestim ut Appollonia redijt, Brutum, Casiumq; etiam nec opinantes, & quia prauisum periculum subterfugerant, legibus aggredi, reosq; cædis absentes deferre statuit. Ludos autem uictoriæ Cesaris non audentibus facere, quibus obtigerat id munus, ipse edidit. Et quò constantius cætera quoq; exequeretur, in locum Tribu. plebis fortè demortui candidatum petitoem se ostendit, quāquam patritius, necdum senator. Sed aduersante conatibus suis M. Antonio consule, quem uel præcipuum adiuto

Appollonia ciuitas est Epiri, quondam Corinthiorū colonia: ubi Augustus menses sex tantū moratus est: his temporibus Valonia nominatur.

adiutorem sperauerat, ac ne publicum quidem, & transfugitium ulla in re sibi sine pactione grauissima mercedis impertiēte, ad optimates se cōtulit: quibus eum inuisum sentiebat, maximè quòd D. Brutum obsessum Mutinae, prouincia à Cesare data, & per senatum confirmata, expellere armis niteretur. Hortantibus itaque nonnullis, percussores ei subornauit. Hac fraude deprehensa, periculum inuicem metuens, ueteranos simul in suum, ac reipublicae auxilium quāta potuit largitione, cōtraxit. Iussuq; comparato exercitui pro Praetore praesse, & cum Hirtio, ac Pansa, qui consulatū, susceperāt, D. Bruto opem ferre, demandatum bellum tertio mense confecit duobus praelijs: priore Antonius eum fugisse scribit, ac sine paludamento, equoq; post biduum demum apparuisse: sequenti satis constat non modò ducis, sed etiam militis functum munere, atque in media dimicatione, aquilifero legionis suae grauiter saucio, aquilā humeris subiisse, diuq; portasse.

De eodem, & morte consulum.

C A P.

X I.

Hoc bello cū Hirtius in acie, Pansaq; paulò post ex uulnere periissent, rumor increbruit, ambos opera eius occisos, ut Antonio fugato, reipublicae cōsorbata solus uictores exercitus occuparet. Pansa quidem adeò suspecta mors fuit, ut Glyco medicus custoditus sit, quasi uenentū uulneri indidisset. Adijcit his Aquilius Niger, alterum è cōsibus Hirtium in pugna tumultu ab ipso interemptum.

Secunda optimatum per eum deserta.

C A P.

X I I.

e s

Sed

Publicū. f. ut
consulem.

Plutar. lege de
his copiose
scribēt in Au-
to. vita.

Perstratum fuit
multis, ut ait
Appi. Hirtium
ab Augusto in
interceptū, qd
ei cadenti pri-
mus omniū ad
fuit.

Eius. f. Augu-
sti.

Glyconis me-
minit Brutus
ad Cl. scribēs.
Lege ep. c. lii.
ep. Clad Bru-

Pro parti. An
tonij, & Lepi
di.

Al. se puer. vt
Brut. lege ep.
16. & 17. libr.
ep. Cic. ad Bru
tum.

Al. orn. vt Ci
cero in Phil. 5.
Tollen. q. i. ac.
lege ep. 20. lib.
11. ep. fa. Cice.
De bello Phi
lip. lege Appi.
et Plut. in Bru
ti vita.

Sed ut cognouit Antonium post fugam à M. Lepido
receptum, cæterosq; duces, & exercitus consentire
pro partibus, causam optimatum sine cunctatione de
seruit, ad prætextum mutatae uoluntatis dicta, factaq; quo
rundam calumniatus, quasi alij se puerum, alij ornandum,
tollendumq; iactassent, ne aut sibi, aut ueteranis par gra
tiareferretur. Et quò magis pœnitentiam prioris sectæ
approbaret, Nursinos grandi pecunia, & quam pendere
nequirent, multatos, extorres egit oppido: quòd Muti
nensi acie interemptorum ciuium tumulto publicè extru
cto adscripserunt, pro libertate eos occubuisse.

Bellum Philippense, & imperium eius Antonio
dimissum.

C A P. XIII.

Inita cum Antonio, & Lepido societate, Philippense
quoq; bellum, quanquam inualidus, atq; æger duplici
prelio transegit: quorum priore castris exutus, uix ad
Antonij cornu fuga euaserat: nec successum uictoriae mo
deratus est, sed capite Bruti Romam misso, ut statua Cæ
saris summitteretur, in splēdidissimum quenq; captiuum,
non sine uerborum contumelia seuijt. Vt quidem uni sup
pliciter sepulturam precanti respondisse dicatur, iam istam
in uolucrum potestate fore. Alios patrem & filium pro
uita roganteis sortiri, uel dimicare iussisse, ut alterutri
concederetur, ac spectasse utrunque morientem, cum pa
tre, qui se obtulerat, occiso, filius quoq; uoluntaria occu
bisset nece. Quare cæteri, & in his M. Fauonius ille
Catonis æmulus, cum catenati producerentur, imperato
re Antonio honorificè salutato, hunc fœdissimo conuitio
coram profciderunt. Partibus post uictoriam officijs, cum

An

Antonius Orientem ordinandum, ipse ueteranos in Italiam reducendos, & municipalibus agris collocandos recepisset: neq; ueteranorum, neq; possessorum gratiam tenuit: alteris pelli se, alteris non pro spe meritorum tractari querentibus.

Bellum Perusinum.

CAP. XIII.

Quo tempore L. Antonium fiducia cōsulatus, quem gerebat, ac fraternæ potentia, res nouas molientem cōfugere Perusiam coëgit, & ad deditiōne fame cōpulit, non tamen sine magnis suis & ante bellū, & in bello discriminibus. Nam cum spectaculo ludorum gregarium militem in XIIII. ordinibus sedentem excitari per apparitorē iussisset, rumore ab obretractatoribus dilato, quasi eundem mox discrutiatum necasset, minimū abfuit, quin periret concursu, & indignatione turbæ militaris. Saluti fuit, quod qui desiderabatur, repente comparuit incolomis, ac sine iniuria. Circa Perusinum autem murum sacrificans, penē interceptus est à manu gladiatorum, quæ oppido eruperat.

Pœna inflicta captiuis in bello Perusino. c. xv.

Perusia capta, in plurimos animaduertit, orare ueniam, uel excusare se conātibus una uoce occurrēs, moriendum esse. Scribunt quidam trecentos ex deditiis electos utriusq; ordinis, ad arā diuo Iulio extructā, idibus Martijs hostiarum more mactatos. Extiterunt qui tradērent, consultō cum ad arma isse, ut occulti aduersarij, & quos metus magis, quàm uoluntas cōtineret, facultate L. Antonij ducis præbita, detegerētur: deuictisq; his, & cōfiscatis, promissa ueteranis præmia soluerentur.

De Perusino bello lege Ap. pi. Perusia, caput olim Hætruræ fuit.

De forma deditiōnis, qualis sit, lege Liui. lib. I. ab urb. de deditiōne Collatiæ.

Dilato rumore, pro diuulgato.

Cōsultō, data opera, de cōmposito, sic em scripētū colligebatur ex uctisq; uetustæ scripturæ.

Bel

Bellum Sicu-
lum in Sextū
Pōpeium Pō-
peij Magni fi-
lium: quod ab
Appi. describi-
tur.

Myl. & Nau-
loch. Sicilię op-
pida.

Dei, Neptunū

In pompa Cir-
cēsi simulacra
deorū fereban-
tur.

Bellum Siculū, et alia gesta eius. CAP. XVI.
Bellum Siculum inchoauit in primis, sed diu traxit
intermissum sepius, modò reparandarum clasium
causa, quas tempestatibus duplici naufragio, & quidem
per aestatem amiserat, modò pace facta, flagitate populo
ob interclusos commeatus, famemq; ingrauescentem, do-
nec nauibus ex integro fabricatis, ac xxx. seruorum mil-
libus manumissis, & ad remum datis, portum Iulium
apud Baias, immisso in Lucrinum, & Auernum lacū ma-
ri, effecit. In quo cum hyeme tota copias exercuisset,
Pompeium Inter Mylas, & Naulochum superauit, sub
horam pugne tam arcto repente somno deuictus, ut ad-
dandum signum ab amicis excitaretur: unde prebitam
Antonio materiam putem exprobrandi, ne rectis quidem
oculis eum aspicere potuisset instructam aciem: uerū su-
pinum, cælum intuentē stupidum cubuisse, nec prius sur-
rexisse, ac militibus in conspectum uenisse, quam à M.
Agrippa fugate sint hostiū naues. Alij dictum, factumq;
eius criminantur, quasi clasibus tempestate perditis ex-
clamauerit, etiam inuito Neptuno uictoriam se adeptu-
rum. Ac die Circensium proximo solenni pompæ simula-
crum dei detraxit: nec temere plura, ac maiora pericu-
la ullo alio bello adiit. Traiecto in Sicilia exercitu, cum
partem reliquam copiarum continenti repeteret, oppres-
sus ex improviso à Demochare, & Apolophane prese-
ctis Pompeij, uno demum nauigio ægerrimè effugit. Itē
cum præter Locros Rhegium pedibus iret, & prospectis
birenibus Pompeianis terram legentibus, suas ratus, de-
scendisset ad littus, penè exceptus est. Tunc etiam per de-
uios

uios tramites refugientem, seruus Aemilij Pauli comitis eius, dolens proscriptum olim ab eo patrem Paulum, & quasi occasione ultionis oblata, interficere conatus est. Post Pompeij fugam, collegarum alterum M. Lepidum, quem ex Africa in auxilium euocarat, superbiētē x x legionum fiducia, summasq; sibi partes terrore, ac minis vindicantē, spoliavit exercitu: supplicemq; cōcessa uita, Cerceijs in perpetuum relegauit. M. Antonij societatem semper dubiam, & incertam, reconciliationibusq; uarijs male focillatam abruptit tandem. Et quo magis degenerasse eum à ciuili more approbaret, testamentum, quod is Romæ etiam de Cleopatrae liberis inter heredes nuncupatis reliquerat, aperiendum, recitandumq; pro cōcione curauit. Remisit tamen hosti iudicato necessitudines, amicisq; omnes, atq; inter alios C. Sossium, & T. Domitium tunc adhuc c o s s. Bononiēsibus quoq; publicè, quòd in Antoniorum clientela antiquitus erant, gratiā fecit coniuurandi cum tota Italia pro partibus suis. Nec multò post nauali prælio apud Actium uicit, in serum dimicatione protracta, ut in naui uictor pernoctauerit.

Bellum Actiacum, et Alexandrinum, cum eius in Antoniū, et Cleopatram uictoria. CA. XVIII.

AB Actio cum Samum insulam in hyberna se recepisset, turbatus nuntijs de seditione militum præmia, & missionem poscentium, quos ex omni numero confecta uictoria Brundisium præmiserat, repetit Italiam, tempestate in traiectu bis conflictatus, primò inter promontoria Peloponnesi, atque Aetoliae, rursus circa montes Ceraunios, utrobique parte Liburnicarum demersa, simulq;

De cōiuncto-
nibus ciuiliū,
& patronorū,
quæ nihil di-
stant à necessi-
tudinibus pro-
pinquorū, &
quæ admodum
clitentes patro-
nis succurre-
bāt, & cōtra,
scribit abudē
Dionysii, li. 2.

Gratiam fecit
cōiurandi, pro
permissis cōiur-
rare.
In serum, pro
in uesperam,

Recepit se Sa-
mū insulam,
absq; præposi-
tione,

simulq; eius, in qua uehebatur, fuis armamentis, & gubernaculo diffracto. Nec amplius quam septem & xx. dies, donec desideria militum ordinarentur, Brundusij commoratus, Asiae Syriaeq; circuitu Aegyptum petit. Ob-

Plut. lege in Antio. vita.

sessaq; Alexandria, quod Antonius cum Cleopatra consergerat, breui potitus est. Et Antonium quidem seras conditiones pacis tentatam, ad mortem adegit, uiditq; mortuum. Cleopatram, quam seruatam triumpho magnopere cupie-

De Psyllis, & Marfis lege Plin. li. 7. c. 2. et Cri. de hon. disc. lib. 1. c. 5. et Corn. Cels. lib. 5.

bat, etiam Psyllos admouit, qui uenenum, ac uirus exugeret, quod perijsse morsu aspidis putabatur. Ambobus communi sepulturae honorem tribuit, ac tumulum ab ipsis inchoatum perfici iussit. Antonium iuuenem maiorem de duobus Fulvia genitis, simulacro diui Iulij, ad quod post multas, & ueritas preces confugerat, abreptum interemit. Item Caesarionem, quem ex Cesare patre Cleopatra coecepisse praedicabat, retractum e fuga supplicio affecit. Reliquos Antonij, reginaeq; communes liberos, non secus, ac necessitudine iunctos sibi, & conseruauit, & mox pro conditione cuiusq; sustinuit, ac fouit.

Caesarionem huius meminit supra in Cels. 6. 52.

Gesta per eum in Aegypto. CAP. XVIII.

Conditorium, monumento, rum repositorium dicitur.

PER idem tempus conditorium, & corpus Magni Alexandri, cum prolatum e penetrali subiecisset oculis, corona aurea imposita, ac floribus aspersis ueneratus est: consultusq; num & Ptolemaeum inspicere uellet, regem ait se uoluisse uidere, non mortuos. Aegyptum in prouincia formam redactam, ut feraciorem, habilitatem que annonae urticae redderet, fossas omnes, in quas Nilus exaestuauit, oblimatas longa uetustate, militari opere deterfit. Quoq; Actiacae uictoriae memoria celebrator,

& in

et in posterum esset, urbem Nicopolim apud Actiū con-
didit: ludosq; illic quinquennales constituit, et ampliato
ueteri Apollinis tēplo, locū castrorū, quibus fuerat usus,
exornatū naualibus spolijs Neptuno, ac Marti cōsecrauit.

Ludi Actiavo
cabātur, Actio
Appollini con-
secrati.

Coniurationes, & conspirationes contra eum.

CAP.

XIX.

Tvmultus post haec, ac etiam rerum nouarum ini-
tia, coniurationesq; complures prius, quā inuale-
scerēt, indicio detectas compressit, et alias alio tempore:

Lepidi iuuenis, deinde Varronis Muranae, et Fannij Ce-
pionis, mox M. * Egnatij, exim Plauti Rufi, Lucijq; Pauli
progeneri sui, ac praeter has L. Andasij falsarum tabula-

* alias, Genas-
ti, exim Planci.
Progener, ge-
neri pater.

rum rei, ac neq; atate, neq; corpore integri, Themasi
Epicardi ex gente Parthica Hybridae, ad extremū Tele-
phi mulieris serui nomenclatoris. Nam ne ultimae quidem
fortis hominum conspiratione, et periculo caruit. Andasius,
atq; Epicardus Iuliam filiam, et Agrippā nepotē
ex insulis, quibus continebantur, rapere: ad extremū Te-
lephus, quasi debita sibi fato dominatione, et ipsum, et
Senatū adgredi destinauerant. Quinetiam quondam iu-
xta cubiculum eius lixa quidā ex Illyrico exercitu iani-
toribus deceptis noctu deprehensus est, cultro uenatorio
cinctus, impos ne mentis, an simulata dementia, incertū.
Nihil enim exprimi questione potuit.

Epicardus hy-
brida fuit, nā
patrem habuit
Romanum, ma-
trem verō ex
gente Partho-
rum.

Bella externa per eum gesta. CAP. XX.

Externa bella duo omnino per se gessit, Dalmaticū
adolescens adhuc: et Antonio deuicto, Catabricum.
Dalmatico etiam uulnera excepit, una acie dextrū genu
lapide ictus, altera autem et crus, et utrunq; brachium
ruina

ruina pontis consauciatus. Reliqua per legatos admini-
strauit, ut tamē quibusdam Pannonicis, atq; Germanicis
aut interueniret, aut non longē abesset, Rauennam, uel
Mediolanum, uel Aquileiam usq; ab urbe progrediens.

Prouinciæ per eum domitæ, et item aliæ in amici-
tiam receptæ.

C A P.

XXI.

Domuit autem partim ductu, partim auspicijs suis
Cantabriam, Aquitaniam, Pannoniam, Dalmatiã,
cum Illyrico omni: item Rhetiam, & Vindelicos, ac Sa-
lassos gētes Alpinas coercuit, & Dacorum incursiones,

De Suetis le-
ge Cæf. lib. c. 6.
4.
Alias it. nat.
lege Flor. libr.
154. & reliq;
sequentibus
vsq; ad finem.

tribus eorum ducibus cum magna copia caesis: Germa-
nosq; ultra Albi fluium summouit: ex quibus Sueuos,
& Sicambros dedentes se traduxit in Galliam, atque in
proximis Rheno agris collocauit. Alias itē nationes ma-
le quietas, ad obsequium redegit. Nec ulli genti sine iu-
stis, & necessarijs causis bellum intulit. Tantumq; ab-

fuit à cupiditate quoquo modo imperium, uel bellicam
gloriam augendi, ut quorundam Barbarorum principes
in æde Martis Vltoris iurare coegerit, mansuros se in si-
de, ac pace, quam peterent: à quibusdam uerò nouum ge-
nus obsidum foeminas exigere tentauerit, quòd negligē-
re marium pignora sentiebat: & tamen potestatem sem-
per omnibus fecit, quoties uellent, obsides recipiendi.

Multatus est
poena, pro pu-
niji.
Sub lege 1. cer-
ta conditione.

Neque aut crebrius, aut perfidiosius rebellantes grauiorē
unquam multatus est poena, quam ut captiuos sub le-
ge uenundaret, ne in uicina regione seruirent, ne ue in-
tra tricesimum annum liberarentur. Quauirtutis, mo-
derationisq; fama Indos etiam, ac Scythas, auditu mo-
dò cognitos pellexit ad amicitiam suam, populiq; Ro-
mani

mani ultro per legatos petendam. Parthi quoque Armeniam iudicanti facile cesserunt, & signa militaria, quae M. Crasso, & M. Antonio ademercant, reposcenti reddiderunt, obfidesq; insuper obtulerunt: denique pluribus quondam de regno concertantibus, non nisi ab ipso, electum comprobauerunt.

Plutar. lege in vita Cras. & Anto.

Quodam, pro quodâ tēpore

Ianus per eum clausus: nec non triumphi, & orationes eius.

C A P.

XXII.

IANUM Quirinum semel atque iterum à condita urbe ante memoriam suam clausum, in multo breuiore temporis spatio terra, mariq; pace parta, ter clausit. Bis orans ingressus est urbē, post Philippense, & rursus post Siculum bellum. Curules triumphos treis egit, Dalmaticum, Aetiaticum, Alexandrinum, continuo triduo omnes.

Iani templum clausum primò à Numa rege. Scđo post primū bellum Pun. M. Attilio et T. Mātio coss. Ter deinde ab Augusto clausus; qua de re lege

De duabus cladibus eidē illatis. C A P. XXIII.

GRAUES ignominias, cladesq; duas omnino, nec alibi quam in Germania, accepit, Lolianam, & Varianam: sed Lolianam maioris infamiae, quam detrimenti, Varianam penē exitiabilem, tribus legionibus cum duce, legatisq; & auxilijs omnibus cæsis. Hac nuntiata, excubias per urbem indixit, ne quis tumultus existeret: & praesidibus prouinciarū prorogauit imperiū, ut & à peritis, & assuetis socij continerentur. Vouit & magnos ludos Ioui Opt. Max. si temp. in meliorem statum uertisset: quod factum Cimbrico, Marsicoq; bello erat. Adeo namq; consternatum ferunt, ut per continuos menses barba, capilloq; summissio, caput interdum foribus illideret, uociferans: Quintili Vare, legiones redde: diemq; cladis quotannis moestum habuerit, ac lugubrem.

Oros. lib. 6. ca. 20. De Iano, eiusq; templo lege Macrobi. lib. 1. Satur. ca. 20.

Magni ludij
Romani ludij
ludij circensej
(idem)

examinata

f

Disciplina

Hæste aliquæ
subijcere, est eū
tāquam seruū
in auctione vē
dere.

Dicitur immi-
nere emptioni,
qui quasi quo-
dam calore lici-
tationis istæ,
immoderatius
licetur.

Citra cō. eme-
rit. i. stipēdijs,
alijsq; præmijs
quæ emeriti et
sent, non reddi-
tis.

Disciplina eius circa rē militarē. C A P. XXIII.
In re militari & cōmutauit multa, & instituit: atque
etiam ad antiquū morē nōnulla reuocauit: disciplinam
seuerissimē rexit, ne legatorū quidē cuiquā, nisi grauatē,
hybernīsq; demum mensibus permisit uxorē interuifere.
Equitē Ro. quōd duobus filijs adolescentibus causa detre-
tandi sacramēti pollices amputasset, ipsum, bonaq; sub-
iecit hæste: quē tamen, quōd imminere emptioni publica
nos uidebat, liberto suo addixit, ut relegatū in agros pro
libero esse sineret. Decimā legionē cōtumacius parentem
cū ignominia totā dimisit. Itē alias immodestē missionem
postulātes, citra cōmoda emeritorū præmiorū exautorā-
uit: cohortes, si quæ cessissent loco, decimatas hordeo pa-
uit. Centuriones statione deserta itidē, ut manipulares ca-
pitali animaduersione punijt: pro cætero delictorum ge-
nere uarijs ignominijs affecit, ut stare per totum diem iu-
beret ante prætorijū, interdum tunicatos, discinctosq; nō
nunquam cum decempedis, uel etiam cespitē portantes.

Gesta eius circa rem militarem. C A P. XXV.

Neq; post bella ciuilia, aut in concione, aut per edi-
ctum ullos militum cōmitones appellabat, sed mi-
lites: ac ne à filijs quidem, aut priuignis suis imperio præ-
ditis aliter appellari passus est, ambitiosius id existimās,
quā aut ratio militaris, aut temporum quies, aut sua, do-
musq; sue maiestas postularet. Libertino milite præter-
quam Romæ incendiorum causa, & si tumultus in gra-
uiore anona metueretur, bis usus est: semel ad præsidijū
coloniārum Illyricum contingentium: iterum ad tute-
lam ripæ Rheni fluminis: eosq; seruos adhuc uiris, foemi-
nisq;

Non erat liber-
tinus legitimus
miles, ingenui
enim sunt mili-
tes scribendi.
abano quæ si
nōi alimonia

sensus est Augustus opaleniorib; indixit
denuciari q; ut seruos profauctatorib; sibi
darent. quib; manu missis in militia uteretur

Donaria p̄uid luculentos scriptores p̄o ipsis do
nis accipiunt. Macrobius li. 3. his namē f̄elices
corone D. OCTAVIUS AVGV. breuis 83 Commodus

nisq; pecuniosioribus indictos, ac sine mora manumissos,
sub priore vexillo habuit, neq; aut commixtos cum inge-
nuit, aut eodem modo armatos. Dona militaria aliquatō
facilius phaleras, & torques, quicquid auro, argentoq;
constaret, quā uallares, ac murales coronas, que hono-
re præcellerent, dabat: has quā parcissime, & sine am-
bitione, ac sepe etiam caligatis tribuit. M. Agrippam in
Sicilia post naualem uictoriam caruleo vexillo donauit.
Solos triumphales, quanquā & socios expeditionum, &
participes uictoriarum suarum, nuquam donis imper-
tendos putauit: quod ipsi quoq; ius habuissent tribuendi
ea, quibus uellent. Nil autem minus in imperfecto duce,
quā festinationem, temeritatemq; conuenire arbitra-
tur. Crebrō itaque illa iactabat:

Σπεύδε βραδέως, ἀσφαλὲς γὰρ ἐστὶ ἀμείνων ἢ βρα-
δύς σπᾶτυλάτης.

Et, Sat celeriter fieri, quicquid fiat satis bene. Prælium
quidem, aut bellū suscipiendū omnino negabat, nisi cū
maior emolumentū spes, quā dāni metus ostenderetur.
Nam minima commoda nō minimo sectātes discrimine,
similes aiebat esse aureo hamo piscantibus, cuius abrupti
dammum nulla captura pensari posset.

De consulatibus, & alijs gestis per eum.

CAP. XXVI.

M Agistratus, atque honores, & ante tempus, &
quosdam noui generis, perpetuosq; cepit. Consu-
latum uigesimo etatis anno inuasit, admotis hostiliter ad
urbem legionibus, missisq; qui sibi nomine exercitus de-
poscerēt: cū quidem cunctante Senatu, Cornelius Cen-
turio

f a turio

Sub prio-
ver
xii. in prima
acie, in qua ha
stati erant.

Sine amb. i. nō
habita ratione
dignitatis, aut
p̄sonæ, sed vir
tutis, merito
dabat, quam ob
finiuit cōtra b.
Pon p̄ eum
Caligatus mi-
les i. gregarij
& inimice con-
ditionis, à cali-
ga, calciamēto
militari.

Id est. festina-
lentē, cautus
em est melior
quā temera-
rius impator
Lege Gell li
Ioc. li. Catom
ana illa scen
fentia sad
scifo si sat
bene —

Lege cautum turio princeps legationis, reiecto sagulo ostendens gladij
 erat apud Ro- capulum, non dubitasset in curia dicere, Hic faciet, si uos
 manos, vt ait non feceritis. Secundum consulatū post 1 x. annos, tertium
 Liuij. lib. 7. et Cic. lib. 3. de anno interiecto gessit, sequentes usq; ad undecimū conti-
 Legi. nequis nuauit. Multisq; mox cum deferreretur, recusatis, duodeci-
 eundem magi mum magno, id est, septemdecim annorum interuallo, &
 stratū intra. 10 rursus tertiūdecimū biēnio post ultro petijt, ut C. & Lu-
 annos caperet: cuius Augustus cū filios amplissimo præditus magistratu, suo quēq; ty-
 præuaricator rucinio deduceret in forum. Quinq; medios consulatus à
 fuit, Multisq; & c. f. sexto ad undecimū annuos gessit. Cæteros autem sex, aut
 consularibus. nouē, aut sex, aut quatuor, aut tribus mensibus, secundū

C. & Luc. fil. p adoptionē & sensus est, Augustum pe-
 tijsse. 12. et. 13. consulatum vt cōsul filios co-
 mitaretur ma- ximo honore in forū ad au-
 spicandā elo- quentiam sum-
 pta toga pura: maiorem natu
 in. 12. minorē
 in. 13.

uerò paucissimis horis. Nam die Calendarū Ianuarij, cū
 manē pro æde Capitolini Iouis paululū curuli sella præ-
 sedisset, honore abiit, suffecto alio in locum suum. Nec
 omnes Romæ, sed quartum consulatum in Asia, quintum
 in insula Samo, octauum, & nonum Tarracone inijt.

Gesta per eum in officijs triumuiratus, & tribu-
 nitia potestatis.

C A P. XXVII.

Triumuiratum reipub. constituendæ per decem an-
 nos administrauit: in quo restitit quidē aliquandiu
 collegis, ne qua fieret proscription, sed inceptam utroque
 acerbius exercuit. Namq; illis in multorū sepe personam
 per gratiā, & preces exorabilibus, solus magnopere con-
 tendit, ne cui parceretur: proscripsitq; etiā C. Toranū
 tutorem suum, eundemq; collegā patris sui Octauij in ædi-
 litate. Iunius Saturninus hoc amplius tradit, cū peracta
 proscriptione, M. Lepidus in Senatu excusasset præteri-
 ta, & spem clemētiæ in posterum fecisset, quoniam satis
pœnarum exactū esset, hūc è diuerso professum, ita mo-
 dum

dum se proscribendi statuisse, ut omnia sibi reliquerit li-
 bera: in cuius tamen pertinacia penitentiam, postea T.
 Iunium Philopœmenem, quod patronū suū proscriptum
 celasse olim diceretur, equestri dignitate decoravit. In
 eadem hac potestate multiplici flagrauit inuidia: nam &
 Pinarium equitem Ro. cū cōcionante se admissa turba
 paganorum apud milites subscribere quædam animaduer-
 tisset, curiosum, ac speculatore ratus, corā se confodi im-
 peravit. Et Tedium Afrum cos. designatū, quia factū
 quoddam suū maligno sermone carpsisset, tantis perter-
 ruit minis, ut is se præcipitauerit. Et Quintū Gallū Præ-
 torē, in officio salutationis, tabellas duplices ueste tectas
 tenentē, suspicatus gladiū oculere, nec quicquā statim,
 ne aliud inueniretur, ausus inquirere, paulo post per Cen-
 turiones, & milites raptū è tribunali, seruilē in modum
 torisit: ac fatentem nihil, iussit occidi, prius oculis eius sua
 manu effosis: quæ tamē scribit colloquio petito insidiatū
 sibi, coniectumq; à se in custodiā, deinde urbe interdicta
 dimissum, naufragio, uel latronū insidijs periisse. Tribu-
 nitiam potestatē perpetuā recepit: in quo semel atq; iterū
 per singula lustra collegam sibi cooptauit. Recepit &
 morū, legumq; regimen æquē perpetuum: quo iure, quan-
 quam sine censuræ honore, censum tamen populi ter egit:
 primum, ac tertium cum collega, medium solus.

Cogitatio resignandi imperiū, & ornatus urbis.

CAP. XXVIII.

DE reddendâ repub. bis cogitauit: primò post op-
 pressum statim Antoniū, memor obiectū ab eo sibi
 sæpius, quasi per ipsum staret, ne redderetur: ac rufus

Reliq. lib. I. vt
 sibi adhuc lice-
 ret, quos vel
 ler, proscribere
 re.

Paganus et mi-
 les opponun-
 tur: nā qui non
 militat, etiam
 si vrbanus sit,
 paganus dicitur.

Seruil. in mod.
 i. crudeliter, et
 foedè, velut
 m̄cipiū quod
 dam.

Legē Dona-
 tum in Vergil.
 vita.

De Augusti tædio diurnæ uale tudinis, cū etiā magistratibus, ac Sena-
 ualitudine in- natu domū accitis, rationaliū imperij tradidit. Sed repu-
 fra dicitur. tans, & se priuatū non sine periculo fore, & illā plurimum
 arbitrio temerè cōmitti, in retinenda perseuerauit, dubiū

Quam volun- euentu meliore, an uolūtate: quā uolūtate cū præfident
 tate: cū mox identidē præ se ferret, quodā etiā edicto his uerbis testa-
 præcesserit uo- tus est: Ita mihi saluam, ac sospitem Remp. sistere in sua
 lūtate, quod in Rutino repre- sede liceat, atq; eius rei fructum percipere, quem peto, ut
 hēdit Hiero. optimi status autor dicar, & moriens ut ferā mecū spem,
 nymus. Sic & mansura in uestigio suo fundamenta reip. quæ iecero: se-
 Cico. locus est libro. 3. ep. cit' que ipse se compotem uoti, nisus omni modo, ne quem
 ad Q. frat. ep. 3. Diem scio noui status pœniteret. Urbem nanq; pro maiestate impe-
 esse nullū, quo rij ornatam, & inundationibus, incēdijsq; obnoxia, exco-
 die non dicam luit adeo, ut iure sit gloriatus, marmoream se relinquere,
 pro reo, &c. quā lateritiā accepisset. Tutam uerò, quantum prouideri
 humana ratione potuit, etiam in posterum præstitit.

Opera publica per eum, & alios instructa.

CAP. XXXIX.

Iouis cogno- P ublica opera plurima extruxit, ex quibus uel præ-
 mina lege a' cipua, forū cum æde Martis ultoris, templū Apolli-
 pud Plin. li. 2. nis in palatio, ædem Tonātis Iouis in Capitolio. Fori ex-
 c. 34. truēdi causa fuit hominū, & iudiciorū multitudo, quæ ui-
 debatur, non sufficientibus duobus, etiam tertio indigere.

Publica iudi- Itaq; festinātius, necdum perfecta Martis æde, publicatū
 cia, ut repetū, est, cautumq; ut separatim in eo publica iudicia, & sorti-
 darū, ambitio, tiones iudicium fierēt. Aedem Marti bello Philippēsi pro-
 læsæ manifesta ultione paterna suscepto uouerat. Sanxit ergo ut de bel-
 tis. lis, triūphisq; hic cōsuleretur Senatus, prouincias cū im-
 de excepit cō- perio petaturi, hinc deducerētur, quiq; uictores rediisset,
 si fuit hic

huc

huc insignia triumphorū inferrent. Templū Apollinis in ea parte palatinae domus excitavit, quam fulmine ictam desiderari à deo aruspices pronūtiarant. Addita porticus cū bibliotheca Latina, Græcāq; quo loco iam senior saepe etiam Senatum habuit, decuriasq; iudiciū recognovit. Tonanti Iovi edē cōsecravit liberatus periculo, cum expeditione Cātabrica per nocturnū iter lecticam eius fulgur perstrinxisset, seruumq; præluentem exanimasset. Quaedam etiā opera sub nomine alieno, nepotum scilicet, uxoris, sororisq; fecit, ut porticum, basilicamq; Lucij et Caij. item porticus Liviæ, et Octaviæ, theatrumq; Marcelli. Sed et ceteros principes viros saepe hortatus est, ut pro facultate quisq; monumētis uel nouis, uel refectis, et excultis urbem adornarent: multaq; à multis exstructa sunt, sicut à Martio Philippo ædes Herculis Musarum: à Lucio Cornificio ædes Dianæ: ab Asinio Pollio ne atrium Libertatis: à Munatio Planco ædes Saturni: à Cornelio Balbo theatrum: à Statilio Tauro amphitheatrum: à M. uerò Agrippa complura, et egregia.

De diuisione urbis, templisq; & vijs per eum institutis, item & Tyberi ampliatis. C A P. XXX.

Spatiū urbis in regiones, uicosq; diuisit, instituitq; ut Sillas annui magistratus sortitō tueretur, hos magistrati è plebe cuiusq; uiciniæ electi. Aduersus incēdia excubias nocturnas, uigilesq; cōmētus est: ad coercēdas inundationes, alueū Tyberis laxauit, ac repurgauit, cōpletum olim ruderibus, et edificiorū prolapsionibus coartatū. Quod aut̄ facilius undiq; urbs adiretur, desumpta sibi Flaminiua Arimmo tenuis muniēda, reliquas triumphalibus uiris

De pompa triumphorū, et insignibus, lege Plur. in uita Aemilij, & Ioseph. de bel. Iud. lib. 7. c. 24.

Præluere dicitur, q̄ præcedit cū lumine, quam parauit aduersus Constantinos

ex uelut reuocatus

Musarum ges Herculis defensione eget, & Herculis uirtus Musarum uoce ornanda ē. Extructa est igit̄ ædes Herculis Musarū, fide defensoris,

Sortitō. i. sorte ductū.

Las crecientes, laxationem et capaciorē fecit rudera sunt facta a saxa cōfusa et framēta edificiorū

amphitheatrum / Dicitur quod fiebat ad uocandū spectaculum / Roma diuisa fuit in quatuor decim regionibus et in uicos supra mille aut ferè plurimū hinc
Deci Ter. aut quatuor

*manu b. p. ex manubiali pecunia sternendas distribuit. Aedes sacras
nam dicitur a metustate collapsas, aut incendio absumptas restitit, easq;
que redalta est & ceteras opulentissimis donis adornauit, utpote qui in
ex manu b. p. cella Capitolini Iouis xvi. millia pondo auri, gemmasq;
hac ex hostili ac margaritas quingentes h. s. una donatione contulerit.
pæda diuedita*

Gesta per eum in Pontificatu maximo.

C A P.

XXXI.

Postquam uero Pontificatum maximum, quem nunquam
dicunt, qui cō
tinent fata po
puloꝝ: quales
erāt. 10. Sibylla
rum, quos fata
les historici ap
pellant: qualia
etiā fuerunt vō
lumina Martij
vatis.
Sub al. Ap. be
fi. i. fulcimento
flagit.

uiuo Lepido auferre sustinuerat, mortuo demum su
cepit: quicquid fatidicorum librorum Græci, Latiniq; ge
neris, nullis, uel parū idoneis autoribus, uulgò ferebatur,
supra duo millia contracta undiq; cremauit, ac solos reti
nuit Sibyllinos, hos quoq; delectu habito, cōdiditq; duo
bus forulis auratis sub Palatini Apollinis basi. Annum à
diuo Iulio ordinarum, sed postea negligētia conturbatum,
atq; confusum, rursus ad pristinam rationem redegit: in
cuius ordinationem Sextilem mensē è suo cognomine
nuncupauit, magis quam Septembrem, quo erat natus:
quia hoc sibi & primus cōsulatus, & insignes uictoriæ
obtigissent. Sacerdotum & numerum, & dignitatem, sed

De Vestalibꝫ, & comoda auxit, præcipue Vestalium uirginum: cumq; in
demortuæ locum aliam capi oporteret, ambiretq; multi,
& quomodo
capiantur, &
cur capi dican
tur, lege Gel
li. libr. 1. ca. 12.
copiosius Dio
nyf. lib. 2. Ro.
antiq.

ne filias in sortē darent, adiurauit, si cuiusquam neptium
suarū cōpeteret etas, oblaturū se fuisse eā. Nonnulla etiā
ex antiquis ceremonijs paulatim abolita restituit: ut Sa
lutis augurium, Diale flaminium, sacrum Lupercale, ludos se
culares, & cōpitalitios. Lupercalibus uetuit currere im

De Salutis au
gurio, lege Po
lit. Miscel. 6. 13

berbes. Itē secularibus ludis iuuenes utriusq; sexus prohi
buit ullū nocturnum spectaculum frequentare, nisi cum
aliquo

aliquo maiore natu propinquorum. Compitales Lares Flores qui ver
ornare bis anno instituit uernis floribus, & æstiuis. Pro= vi, & qui æsti-
ximū à dijs immortalibus honorē memoria ducum præsti ui, lege Plin,
tit, qui imperium populi Romani ex minimo maximum lib. 21. cap. 11.
reddidissent. Itaq; & opera cuiusq; manentibus titulis re-
stituit, & statuas omniū triumphali effigie in utraq; fori
sui porticu dedicauit. Professus est edictō cōmentū id se,
ut ad illorū uelut exēplar, & ipse dū uiueret, & inseque-
tium atatū principes exigerētur à ciuibus. Pōpeij quoq;
statuam cōtra theatri eius regiā marmoreo Iano suppo-
suit translata in curia, in qua C. Cæsar fuerat occisus.

Correctio eius, & reformatio abusuū, & ex-
cessuum.

C A P. XXXII.

PLeraq; pessimi exempli correxit, quæ in perniciem
publicam, aut ex cōsuetudine, licentiaq; bellorū ciui-
lium durauerāt, aut per pacem etiam extiterant. Nam &
grassatorū plurimi palām se ferebāt succincti ferro, quasi
tuēdi sui causa, & rapti per agros uiatores sine discrimi-
ne, liberi, seruiq; ergastulis possessorū supprimebātur. Et
plurimæ factiones titulo collegij noui, ad nullius nō faci-
noris societate coibant. Igitur grassatores dispositis per
opportuna loca stationibus inhibuit: ergastula recogno-
uit: collegia præter antiqua, & legitima dissoluit: tabulas
ueterū ararij debitorū, uel præcipuā calūniandi materiā
exussit: loca in urbe publica iuris ambigui possessoribus
adiudicauit: diurnorum reorum, & ex quorū sordibus
nihil aliud quàm uoluptas inimicis quæreretur, nomina
aboluit, cōditione proposita, ut si quē quis repetere uel-
let, par periculū pœnæ subiret. Ne quod autē maleficiū,
Se fr. ebi. ostē
tabāt, & in pro-
pagulo grassa-
bantur.
Diurni rei
dicuntur, quo-
rum causa in
longum tēpus
protrahuntur,
cū neq; absol-
uātur, neq; da-
mnetur.
Reorum mos
erat, ut ueslem
sordidā induer-
rēt in publicū,
capillum, bar-
bamq; summit-
terent, essentq;
in squalore, ut
ita facilius mi-
sericordiā mo-
uerent, & abso-
lutionem impe-
trarent.

f s nego

Cicero in epistola ad quintum fratrem sic ait ad iu-
genda etiam est facilitas in audiendo lenitas in discerendo
in salis facti 90 ondo. SVETONII TRANQ.

ad disputandum negotium uel impunitate uel mora elaberetur, triginta an-
diligentia plius dies, qui honorarijs ludis occupabatur, actui rerum

Actui rerum, pro accommodauit. Ad tres iudicium decurias, quartam addixit ex
agendis rebus: inferiore cense, quae ducentariorum uocaretur, iudicareturque
sive actioni, de leuioribus summis. Iudices a tricesimo etatis anno alle-
gatur, id est, quinquennio maturius, quam solebant. At ple-
risque iudicandi munus detrectantibus, uix coeessit, ut sin-
gulis decurijs per uices annua uacatio esset, et ut solite

Prætor apud Ro. in prætura ludos exhibe-
bas, qui ab honore prætoris honorarij dice-
bantur: ut prætorium ius, hono-
rarij nomen-
nabatur.

Cer. pat. &c. reum aperte negare docuit. Includebantur in culeo cum fonte, simia, serpente, & gallinaceus: dein mari submergebantur.

fabula in ter media que posset dici in nostra abi noce do

Retractauit, emendauit ab alijs antea la-
tas, perhinet ad eos qui mu-
lebricia patiuntur

Cap. XXXIII. Ipse ius dixit asiduè, et in noctem nonnunquam: si pa-
rum corpore ualeret, lectica pro tribunali collocata:
uel etiam domi cubans. Dixit autem ius non diligentia mo-
do summa, sed et lenitate: siquidem manifesti parricidij
reum, ne culeo insueretur, quod non nisi confessi afficien-
batur hac poena, ita fertur interrogasse: Certè patrem tuum
non occidisti? Et cum de falso testamento ageretur, omnesque
signatores lege Cornelia tenerentur, non tantum duas ta-
bellas damnatoriæ, et absolutoriam simul cognoscentibus
dedit, sed tertiam quoque, qua ignosceretur ijs, quos fraude
ad signandum, uel errore inductos constitisset. Appellatio-
nes quotannis urbanorum quidem litigatorum Prætori dele-
gauit urbano: at prouincialium consularibus uiris, quos
singulos cuiusque prouinciæ negotijs præposuisset.

De legibus per eum sancitis, & alijs retractatis.

Cap. XXXIIII. Egess retractauit, et quasdam ex integro sanxit, ut
sumptuariam, et de impudicitia, de ambitu

ambitu, de maritandis ordinibus. Hanc cū aliquātō quā
 ceteras seuerius emendasset, præ tumultu recusantium
 perferre non potuit, nisi adempta demum, lenitā ue parte
 pænarum, & uacatione triennij data, auctisq; præmijs.
 Sic quoq; abolitionē eius publico spectaculo pertinaciter
 postulante equite, accitos Germanici liberos, receptosq;
 partim ad se, partim in patris gremium ostētauit, manu,
 uultuq; significās, ne grauarentur imitari iuuenis exem-
 plum. Cumq; etiā immaturitate sponsarum, & matrimo-
 niorum crebra mutatione uim legis eludi sentiret, tēpus
 sponsas habendi coarctauit, diuortijs modum imposuit.

Reformatio Senatus, & modus cōueniendi eiusdē.

C A P. X X X V.

Senatorū affluentem numerum de formi, & incondita
 Sturba (erant enim super mille, & quidam indignifi-
 mi, & post necem Cæsaris per gratiā, & præmiū allekti,
 quos abortiuus uulgus uocabat) ad modū pristinum, &
 splendorē redegit duabus lectionibus. Prima ipsorum ar-
 bitratu, quo uir uirum legit. Secunda suo, & Agrippæ,
 quo tempore æstimatur lorica sub ueste munitus, ferroq;
 cinctus præsedisse, decem ualentissimis senatorij ordinis
 amicis sellam suā circumstātibus. Cordus Cremutius scri-
 bit, ne admissum quidē tunc quēquam senatorum, nisi so-
 lum, & prætentato sinu. Quosdam ad excusandi se uere-
 cundiam compulit, seruauitq; etiā excusantibus insigne
 uestis, & spectandi in orchestra, epulandiq; publicē ius.
 Quo autē electi, probatiq; & religiosus, & minore mo-
 lestia senatoria munera fungeretur, sanxit ut prius, quā
 cōsideret quisquā, ture, ac mero supplicaret apud aram

Vac. trien. da. }
 à militia, ut q;
 dam uolūt. ali;
 verò uacatio;
 nē à c. nubio
 intelligunt.

Proposita etiā
 Ro. præmia. ijs
 qui ex præferi
 pro legis uxo;
 rem ducerent.
 qui a duobus an f
 spon. s. s. u. i. x. o.
 Germanicus adu.
 Drusi Augustim
 priuign. h. lius
 erat, qui ex
 Agrippina M.
 Agrippæ h. lia
 nouem liberos
 tulerat.

Abortiuus, fœ-
 tus est imper-
 ctus, & infors
 mis.

ut in curia
 sed etet in
 eius sela sanator

Voluit Augu- eius dei, in cuius templo coiretur, & ne plus quàm bis in
 stus senatores mēse legitimus Senatus ageretur, Calēdis scilicet, & Idie
 oēs p̄ duos mē- bus, ne ue Septēbri, Octobri ue mēse ullos adesse alios ne
 ses feriari, præ- cessesse esset, quàm sorte ductos, p̄ quorū nūcrū decreta cōfi
 ter eos, q̄bus ci posset, sibiq; instituit cōsilia sortiri semestria, cū q̄bus
 fors obtigisset de negotijs ad frequentē Senatū referēdis antē tractaret.
 vt adesse debe-
 rent.
 Conf. semest. Sententias de maiore negotio non more, neq; ordine, sed
 i. consiliarios prout libuisset, prærogabat, ut p̄inde quisq; animū intē
 sex mensium. De ordine ro- deret, ac si censendum magis, quàm assentiendum esset.
 gandarū sentē-
 tiarū in sena-
 tu, vide Gell.
 lib. 4. c. 10. ne

De eodem. CAP. XXXVI.

continua tio
beniua pora
in solen hiantim
Avtor & aliarū rerū fuit, in queis, ne acta Senatus
 publicaretur: ne magistratus deposito honore sta-
 tim in prouincias mitterentur: ut proconsulibus ad mu-
 Centumuir. los, & tabernacula, que publicē locari solebāt, certa pe-
 hast. i. Augu- cunia constitueretur, ut cura ararij à Quæstoribus urba-
 stus, 10. viros nis ad Prætorios, Prætores ue trāsiret: ut centumuir alem
 instituit, q̄ co- hastam, quam Quæstura functi consueuerant cogere, de-
 gerent centūui-
 rale hastam, i.
 centūuiros ha-
 centūuiros ha-
 sta posita (nam
 cētum iudices
 hasta in suo fo-
 ro posita iudi-
 cabant) cōgre-
 garent: quod
 prius fuerat of-
 ficiū quæstorio-
 rum. Vnde cen-
 tumuirale iudi-
 ciū dictū, lege
 Sex. Pōpli. 3.
 Quę iura in cē-
 tūuiralib⁹ cau-
 sis versarentur
 docet Cic. in
 l. de Orat,

Officia per eū excogitata. CAP. XXXVII.
 Voq; plures partē administrādæ Reipublicæ ca-
Quæ perēt, noua officia excogitauit: Curā operū pu-
 blicorū, uiarū, & aquarū aluei Tyberis, fr̄umētī populo
 diuidēdi, præfecturā urbis, triūuiratū legēdi Senatus, &
 alterum recognoscendi turmas equitū, quotiescunq; opus
 esset. Censores creari desitos lōgo interuallo creauit, nu-
 merū Prætorū auxit. Exegit etiā, ut quoties cōsulatus si-
 bi daretur, binos pro singulis collegas haberet, nec obti-
 nuit, reclamātibus cūctis, satis maiestatem eius imminui,
 quòd honorem cum non solus, sed cum altero gereret.

Bellica

Volentius maximus in cap. in Zib. ad de iure
triumphandi scribit legē captū fuisse ne cui
D. OCTAVIUS AVGV. triumphus de

Bellica uirtus per eum honorata.

CAP. XXXVIII.

Nec parcior in bellica uirtute honoranda. Super tri-
ginta ducibus iustos triumphos, & aliquantō plu-
ribus triumphalia ornāmēta decernenda curauit. Liberis
Senatorum, quō celerius reipu. assuescerent, protinus uir-
rilem togam, latum clauum inducere, & curiæ interesse
permisit: militiamq; auspiciantibus non tribunatum modō
legionum, sed & præfecturas alarum dedit. At ne quis
expers castrorum esset, binos plerunq; laticlauos præpo-
suit singulis alis. Equitum turmas frequenter recogno-
uit, post longam intercapedinē reducto more transuectio-
nis: sed neq; detrabi quēquam in transuectō ab accusa-
tore passus est, quod fieri solebat. Et sentio, uel aliqua cor-
poris labe insignibus permisit, præmissō in ordine equo,
ad respondendum quoties citarētur, pedibus uenire: mox
reddendi equi gratiā fecit eis, qui maiores annorū quinq;
& quadraginta retinere eum nollent.

Ratio uitæ exacta per eum ab vnoquoq; equite
Romano.

CAP. XXXIX.

Impetratisq; à Senatoribus decem adiutoribus, unum-
quēq; equitum rationem uitæ reddere coëgit, atq; ex
improbatis alios poena, alios ignominia notauit, plures
admonitione, sed uaria. Leuissimum genus admonitionis
fuit traditio coram pugillarum, quos taciti, & ibidem
statim legerent. Notauitq; aliquos, quōd pecunias leuio-
ribus usuris mutuati, grauiore fœnore collocassent.

Quædam eius ordinationes circa Rempubicā,

CAP. XL.

Comitijs

De tribunis
militariibus lo
quitur, quoru
duo fuisse ge
nera tradit Pe
dia, quem lege
in Verr. inter
pretatione.

Frumentatio
nes, donatio
nes sunt frumē
tarix: de quib?
lege Pedian.

Fuit Augustus
duarū tribuū,
Fabie, & Sca
pitie, tanquam
natus in alte
ra, mox infer
tus in alteram:
cūm natus fo
ret i gēte Octa
uia, & p̄ ado
ptionē infer?
Iulie familie.

Vllo liber. ge.
Nā liberrino
rum status est
triolex: lege
Iustin. lib. 1.
Iustin. tit. de li
bertin.

Comitijs tribunitijs si deessent candidati, Senatores
Cex equitibus Romanis creauit, ita ut potestate tras
acta, in utro uellent ordine maneret. Cū aut pleriq; equi
tum, attrito bellis ciuilibus patrimonio, spectare ludos ē
quatuordecim nō auderēt metu pœnæ theatralis, pronū
tiauit nō teneri ea, qbus ipsis, parentibus ue equester cen
sus unquam fuisset. Pop. Rom. censum uicatim egit: ac ne
plebs frumentationū causa frequētius à negotijs auocare
tur, ter in annū quaternū mensiū tesseras dare destina
uit, sed desiderati cōsuetudinē ueterē concessit rursus, ut
sui cuiusq; mēsis acciperet. Comitiorū quoq; pristinū ius
reduxit, ac multiplici pœna coërcito ambitu. Fabianis,
& Scaptiēsibus tribulibus suis die comitorum, ne quid à
quoquā candidato desiderarent, singula millia nūmū à se
diuidebat. Magni prætere à existimans syncerum, atq; ab
omni colluione peregrini, ac seruilis sanguinis incorru
ptū seruare populū, & ciuitatē Romanā parcissimē de
dit, & manumittēdi modū terminauit. Tyberio pro cliē
te Græco petēti rescripsit, nō aliter se daturum, quā si
presens sibi persuasisset, quā iustas petēdi causas habe
ret. Et Liuiæ pro quodā tributario Gallo rogāti, ciuita
tem negauit, immunitatē obtulit, affirmās se facilius pas
surū fisco detrabi aliqd, quā ciuitatis Romanæ uulgari
honore. Seruos nō cōtentus multis difficultatibus à liber
tate iusta remouisse, cū & de numero, & de cōditioe, ac
differētia eorū, qui manumitterētur, curiosē cauisset, hoc
quoq; adiecit, ne uinctus unquā, tortus ue quis ullo liber
tatis genere ciuitatē adipisceretur. Etiā habitū, uestitūq;
pristinū reducere studuit. Ac uisa quondā pro cōcione
pullato

pullatorum turba, indignabundus, & clamitans, En, ait, Romanos rerum dominos, gentemq; togatam.

Ex lib. 1. Aen. Verg.

Negotium ad libus dedit, ne quem posthac paterentur in foro, circo' ue, nisi positis lacernis, togatum consistere.

Liberalitas eiusdem.

C A P.

X L I.

Liberalitatem omnibus ordinibus per occasiones frequenter exhibuit. Nam & inuecta urbi Alexandrino triumpho regia gaza, tantam copiam nummariae rei effecit, ut foenore diminuto, plurimum agrorum pretijs accesserit. Et postea quoties ex damnatorum bonis pecunia superflueret, usum eius gratuitum ijs, qui cauere in duplum possent, ad certum tempus indulxit. Senatorum censum ampliauit, ac pro octingentorum millium summa duodecies h. s. taxaui, suppleuitq; non habentibus. Congiaria populo frequenter dedit, sed diuersa ferè summae, modo quadringenos, modo tricenos, nonnunquam ducenos, quinque quagenosq; nummos, ac ne minores quidem pueros praeterijt, quamuis non nisi ab undecimo aetatis anno accipere consueissent. Frumentum quoq; in annonae difficultatibus saepe leuissimo, interdum nullo pretio uiritim admensus est, tesserasq; nummarias duplicauit.

Lege Orosii. lib. 7. ca. 17.

Gratuitum. i. sine foenore.

Congiarium, Imperatoris est donatio, quae fit populo.

Ad mensus est, pro dedit mensurando.

Seueritas eius in reprimendis populi voluptatibus indiscretis.

C A P.

X L I I.

Sed ut salubrem magis, quam ambitiosum principem scires, querentem de inopia, & caritate uini populum seuerissima coercuit uoce, satis prouisum a genero suo Agrippa, perductis pluribus aquis, ne homines sitiarent. Eidem populo promissum quidem congiarium repescenti, bonae fidei se esse respōdit. Non promissum autem flagi

flagi

flagitanti, turpitudinem, & impudentiã edicto exprobrauit, affirmavitq; non daturũ se, quamuis dare destinarat. Nec minore grauitate, atq; cõstãtia, cũ proposito cõgiorio multos manumissos, insertosq; ciuiũ numero cõperisset, negauit accepturos, quibus pmissũ nõ esset. Ceterisq; minus quã promisserat, dedit, ut destinata summa sufficeret. Magna uerò quõdã sterilitate, ac difficili remedio, cũ uenalitiã, & lanistarũ familias, peregrinosq; omnes, exceptis medicis, & præceptoribus, partemq; seruitiorũ urbe expulisset, ut tadẽ annona cõualuit, impetũ se cepisse scribit frumẽtationes publicas in perpetuũ abolẽdi, qd̃ earũ fiducia cultura agrorũ cessarat, neq; tamẽ pseuerasse, quia certũ haberet posse per ambitionẽ quãdoq; restitui. Atq; ita post hanc rẽ temperauit, ut nõ minore aratorum, ac negotiantium, quã populi rationẽ deduceret.

Spectacula varij generis per eum edita.

C A P.

XLIII.

Per ambit. tanquam secuturi principes uelut ambitiosi, & popularis auge captatores, essent restituri frumẽtationes.

Quimhiang
7. libro inquit
ter reficit am
mus ac reparat
uarietas ipsa
siuid in abis
quo uari etale
reficitur
Septa, loca erant in campo Martio iclusa tabularis, in quibus stans populus Rom. suffragia ferre cõsueuerat.

Spectaculorum & assiduitate, & uarietate, atq; magnificẽtia omnes anteceffit: fecisse ludos se ait suo nomine quater, pro alijs magistratibus, qui aut abessent, aut non sufficerent, ter & uicies. Fecitq; nonnunquam uicatum, ac pluribus scenis per omnium linguarum histriones, non in foro modò, nec in amphitheatro, sed in circo, & in septis, & aliquando nihil præter uenationem edidit. Athletas exstructis in campo Martio sedilibus ligneis, item nauale prælium circa Tyberim cauato solo, in quo nunc Caesarum nemus est. Quibus diebus custodes in urbe disposuit, ne raritate remanentium grassatoribus obnoxia esset. In circo aurigas, cursoresq;

& con

& confectores ferarum, & nonnunquam ex nobilissima
 iuuentute produxit. Sed & Troia ludum edidit frequen-
 tissimè magnorū, minorū uel puerorum delectu, prisca,
 decoriq; moris existimans claræ stirpis indolem sic nota-
 scere. In hoc ludicro Caium Nonium Asprenatem lapsu
 debilitatum, aureo torque donauit, passusq; est ipsum, po-
 sterosq; Torquati ferre cognomē. Mox finem fecit talia
 edendi, Asinio Pollione oratore grauitè, inuidiosq; in
 curia quæsto Assernini nepotis sui casum, qui & ipse
 crus effregerat. Ad scenicas quoq; & gladiatorias ope-
 ras & equitibus Romanis aliquando usus est: uerū prius,
 quàm Senatusconsulto interdiceretur, postea nihil sanè
 præterquam adolescentulū Lucium honestè natum exhi-
 buit, tantū ut ostenderet, quòd erat bipedali minor, libra-
 rum septendecim, ac uocis immēsæ. Quodam autem mu-
 neris die, Parthorum obsides tunc primū missos, per are-
 nam mediam ad spectaculum induxit, superq; se subsel-
 lio secundo collocauit. Solebat etiam citra spectaculorū
 diēs, si quando quid inusitatum, dignumq; cognitu adue-
 ctum esset, id extra ordinem quolibet loco publicare, ut
 rhinocerotem apud septa, tigrim in scena, anguem quin-
 quaginta cubitorum pro comitio. Accidit uotiuus Circen-
 sibus, ut correptus ualetudine, lectica cubans, thensas de-
 duceret. Rursus commissione ludorum, quibus theatrum
 Marcelli dedicabat, euenit, ut laxatis sellæ curulis compa-
 gibus caderet supinus. Nepotum quoq; suorum munere,
 cum consternatum ruinæ metu populum retinere, & con-
 firmare nullo modo posset, transijt è loco suo, atq; in ea
 parte consedit, quæ suspecta maximè erat. Spectandi con-
 fusissimum

Torques au-
 reus, genere ma-
 sculino,

Beroaldus le-
 git Bfernini.

Crus effregit.
 Sic eleganter à
 maiorib; vsur-
 patum. potius
 quàm sibi fre-
 gerat.

Filij, nepo-
 tes; Phraatis
 Parthorum re-
 gis obsides An-
 gusto dati fue-
 runt.

sa era ue hi
 cula g mor
 an a g onpa
 efese Bomf
 Spectaculo

fuissimum, ac solutissimū morem correxit, ordinavitq; motus iniuria Senatoris, quem Puteolis per celeberrimos ludos confessu frequenti nemo receperat.

Ordo subfelliorū in spectaculis. CAP. XLIIII.

* Aps. spectacu
li.
Senat. vacat. t.
à nullo occupā
tus pateret.

In togis albis
spectare moris
fuit.

Solenne, pro
solitum.

Ex super. loc.
i. ex remotissi
ma theatri par
te.

Contra tribu
nil. pro è regio
ne tribunalis.

Athlete nudi
certabant.

Pontif. lud.
quos ipse pon
tifex pro pon
tificatu susce
pro exhibuit.

Et puluinari, è
religioso loco,
ad quem locū,
ut Festus do
cet, Circensib;
ludis deferebā
tur sacra.

Facto igitur decreto patrum, ut quoties quidam spectā dum usquam publicè ederetur, primus subfelliorū or do uacaret Senatoribus. Romæ legatos liberarum, socia rumq; gentium uetuit in orchestra considerare, cum quos dam etiam liberti generis mitti deprehēdisset. Militem secreuit à populo. Maritis è plebe proprios ordines assi gnauit, prætextatis cuneum suū, & proximum pædago gis: sanxitq; ne quis pullatorū media cauea sederet. Fœ minis ne gladiatores quidem, quos promiscuè spectari so lēne olim erat, nisi ex superiore loco spectare cōcessit. So lis uirginibus Vestalibus locum in theatro separatim, & contra Prætoris tribunal dedit. Athletarū uerò spectacu lo muliëbrem sexum omnem adeò submouit, ut pontifica libus ludis pugilum par postulatam distulerit in sequen tis diei matutinum tempus, edixeritq; muliëres ante ho ram quintam uenire in theatrum non placere.

Loca, & tempus vnde ipse spectacula cernebat.

C A P. XLV.

Ipse Circenses ex amicorum ferè, libertorumq; cenae culis spectabat, interdum è puluinari. Et quidem cum coniuge, ac liberis sedens, spectaculo plurimas horas, aliquando totos dies aderat, petita uenia, commenda tisq; qui suam uicem præsidendo fungerentur. Verum quoties adesset, nihil præterea agebat, seu uitandi rumo ris causa, quo patrem Casarem uulgò reprehensum com memorat

memorabat, quòd inter spectandum epistolis, libellisq; legendis, ac rescribendis uacaret: seu studio spectandi, ac uoluptate, qua teneri se neq; dissimulauit unquam, & saepe ingenue professus est. Itaq; corollaria, & præmia alienis quoq; muneribus, ac ludis, & crebra, & grandia de suo offerebat. Nulliq; Græco certamini interfuit, quo nõ pro merito certantium quenque honorauerit. Spectauit autem studiosimè pugiles, & maxime Latinos, non legitimos, atq; ordinarios modò, quos etiã cõmittere cū Græcis solebat, sed & cateruarios oppidanos inter angustias uicorum pugnâtes temerè, ac sine arte. Vniuersum deniq; genus, operas aliquas publico spectaculo præbentiũ, etiã cura sua dignatus est. Athletis & cõseruauit priuilegia, & ampliauit. Gladiatores sine missione edi prohibuit. Cõertionẽ in histriones, magistratibus in omni tẽpore, & loco, lege uetere permissã ademit, præterquã ludos, & scenam: nec tamẽ eo minus aut xycticorũ certationes, aut gladiatorũ pugnas; seuerissimè semper exegit. Nã histrionũ licentiã adeo cõpescuit, ut Stephanionẽ Togatarium, cui in puerilem habitum circuntõsam matronam ministrasse compererat, per trina theatra uirgis casum relegauerit: Hylam pantomimum, querente Prætore, in atrio domus sue nemine excluso, flagellis uerberauerit: Et Pyladẽ urbe, atq; Italia submouerit, quòd spectatorem, à quo exhibebatur, demonstrasset digito, conspicuumq; fecisset.

Ordinatio Italiæ facta per eũ. CAP. XLVI.

AD hunc modum urbe, urbanisq; rebus administratis, Italiam duodetriginta coloniarum numero deductarum ab se frequentauit, operibusq; ac uestigalibus publicis

Noluit Augustus gladiatores exhiberi ad gladiatorũ exercendam, nisi missione pro premio proposita. i. nisi conditione proposita, ut si uictor euaderet, liber, si uisus esset: qua missione impetrata, uirga donabatur, quæ dicitur, rudis.

De Xysticis sive Beroal, in Annot. l. cum hunc explicantem.

Seuer. seniores. uoluit Augustus ad perfectũ, atq; præscriptũ pugnas absoluit.

Circ. ten. m. Cratheã M. thridatis uxore quæ maritũ fugiens eũ secuta est.

Decuriones, publicis plurifariam instruxit, etiam iure, ac dignatione in municipijs, & colonijs ta-
 urbi quodammodo pro parte aliqua adequavit, excogitales erant, quales Romæ senato genere suffragiorum, quæ de magistratibus urbicis
 Decuriones colonici, in sua quisq; colonia ferrent, & sub
 quodam initio diem comitorum ob signata Romam mitteret. Ac necubi
 cum colonie aut honestorum deficeret copia, aut multitudinis soboles,
 deducerentur, decima pars eorum, qui deduce-
 rentur, consilij publica cuiusque oppidi ordinabat: at ijs qui è plebe regio-
 publici gratia nes sibi reuisenti, filios, filias ue approbarent, singula num-
 conscribi solita sit, morum millia per singulos diuidebat.

Approbatet. i. **O**rdinatio aliarum prouinciarum. CAP. XLVII.
 graui testimo- **P**rouincias ualidiores, & quas annuis magistra-
 nio ostenderet esse sibi filios, tuum imperijs regi nec facile, nec tutum erat, ipse
 filiasue ingen- suscepit, ceteras proconsulibus sortitò permisit, & ta-
 nurè precreat. men nonnullas commutauit interdum, atque ex utroque
 Reg. sib. reuis. nō solum vr- genere plerasq; sepius adiit. Urbium quasdam foedera-
 bis Romæ, que tas, sed ad exitium licentia præcipites, libertate priuauit.
 diuisa erat in **A**lias aut ære alieno laborantes leuauit, aut terræ motu
 regiones. 14. subuersas denuo condidit, aut merita erga populum Ro-
 sed aliarum quo manum allegates, Latinitate, uel ciuitate donauit. Nō est
 que ciuitatū: (ut opinor) prouincia, excepta duntaxat Africa, & Sar-
 Italia em diuisa erat in regio dinia, quam non adierit. In has fugato Sexto Pompeio,
 nes. It. ex de- traicere ex Sicilia apparantem, continuæ, & immodicæ
 scriptione ipsius Augusti. tempestates inhibuerunt. Nec mox occasio, aut causa
 Prouin. validæ. traiciendi fuit.

Ordinatio regnorum. CAP. XLVIII.
 &c. de totius imperij diuisione per Augustum, vide Strabo, in calce opis sui. **R**egna, quibus belli iure potitus est, præter pauca,
 Latinitas, ius aut iisdem, quibus ademerat, reddidit: aut alienige-
 Latij: vt ciuitas, ius urbis. nis contribuit. Reges, socios etiam inter semetipsos ne-
 Mox, p. deide, cessitudi

cessitudinibus mutuis iūxit, promptissimus affinitatis cuiusque, atque amicitie conciliator, et fautor: nec aliter universos, quam membra, partesque imperij curæ habuit. Rectorem quoque solitus apponere etate parvis, ac mente lapsis, donec adolescerent, aut resipiscerent, ac plurimorum liberos, et educavit simul cum suis, et instituit.

Mente lapsa,
mente capti.

Ordinatio legionū, & militum. CAP. LXIX.

EX militaribus copijs legiones, et auxilia provinciarum distribuit. Classē Miseni, et alteram Ravenne ad tutelam superi, et inferi maris collocavit. Certum numerum partim in urbis, partim in sui custodiam allegit, dimissa Calaguritanorum manu, quam usque ad deictum Antonium: Item Germanorum, quam usque ad cladem Varianam, inter armigeros circa se habuerat. Neque tamen unquam plures, quam tres cohortes in urbe esse passus est, easque sine castris, reliquas in hyberna, et æstiva circa finitima oppida dimittere assuerat. Quicquid autem ubique militum esset, ad certam stipendiorum, premiorumque formulam astrinxit, de finitibus pro gradu cuiusque, et temporibus militie, et commodis missionum, ne aut etate, aut inopia post missionē sollicitari ad res novas possent. Utque perpetuò, ac sine difficultate, sumptus ad tuendos eos, prosequendosque suppeteret, ærarium militare cum uestigalibus novis constituit. Et quò celerius, ac sub manu annuntiari, cognoscique posset, quid in provincia quaque gereretur, iuvenes primò modicis intervallis per militares vias, dehinc uehicularum disposuit: commodius id visum est, ut qui à loco eisdem perferunt literas, interrogari quoque si quid res exigant, possint.

Ravenna Adriæ,
Miseno Tyr-
rheno adiacet.
Plinius quo-
tempore perijt,
preerat' classē
Misenenſis.

Armigeri, fa-
tellites, qui ar-
mis accincti ei-
latera stipare
cōsueverant.

Sub manu
pro prompte.
Tales sunt in
Gallia vereda-
rij à rege dispo-
siti p modicis
intervalla, vt
citissime poss-
sint literas per-
ferre.

Sigilla eius, & datæ, quibus in epistolis utebatur.

CAP. L.

Plin. lege nat.
histo. li. 37. c. 1.

IN diplomatibus, libellisq; & epistolis signandis, initio sphinge usus est, mox imagine Magni Alexandri, nouissimè sua, Dioscoridis manu sculpta, qua signare insecti quoq; principes perseuerauerunt. Ad epistolas oēs horarum quoq; momenta, nec diei modò, sed & noctis, quibus datæ significarentur, addebat.

Clementia: & seueritas eiusdem. CAP. LI.

Clementiæ, ciuilitatisq; eius multa, & magna documenta sunt. Ne enumerem quot, & quos diuersarū partium uenia, & incolumitate donatos, principem etiã in ciuitate locum tenere passus sit, Iunium Nouatum, & Cassium Patauinum è plebe homines, alterū pecunia, alterum leui exilio punire satis habuit: cum ille Agrippæ iuuenis nomine, asperrimam de eo epistolam in uulgus edidisset: hic conuiuio pleno proclamasset, neque uotum sibi, neq; animum deesse confodiendi eum. Quadam uerò cognitione cum Aemilio Aeliano Cordubensi inter cetera crimina uel maxime obijceretur, quòd male opinari de Cesare soleret, conuersus ad accusatorē, commotoq; similis: Velim, inquit, hoc mihi probes: faciã, sciat Aelianus & me linguam habere: plura enim de eo loquar. Nec quicquam ultra, aut statim, aut postea inquisiuit. Tyberio quoque de eadem re sedulo uolentius apud se per epistolam conquerenti, ita rescripsit: Aetati tuæ, mi Tyberius, noli in hac re indulgere, & nimium indignari quenquam esse, qui de me male loquatur. Satis est enim, si hoc habemus, ne quis nobis male facere possit.

Cum ille Agrippis Augusti erat nepos ex Agrippa & Iulio, qui ob sortidū ingenium relegatus fuit.

Iuuenilis etas sanguis calore ex-citans, ad uindictã ppen-sa est, litiumq; & rixarū auda-

Honores

Honores ei collati, & spreti per eū. CAP. LII.

Templa quamuis sciret etiam proconsulibus decerni solere, in nulla tamen prouincia nisi communisuo Romæq; nomine recepit. Nam in urbe quidem pertinacissimè abstinuit hoc honore, atque etiam argentearum statuas olim sibi positas conflauit omnes: ex quibus aureas cortinas Apollini Palatino dedicauit. Dictaturam magnam offerente populo, genu nixus, deiecta ab humeris toga, nudo pectore, deprecatus est.

De eodem, & ciuilibus gestis eiusdē. CAP. LIII.

Domini appellationem, ut maledictum, & opprobrium semper exhorruit. Cum spectante eo ludos, pronunciatum esset à mimo, ô dominum æquum, & bonum, & uniuersi quasi de ipso dictum exultantes comprobassent, statim manu, uultuq; indecoras adulationes repressit, & insequenti die grauissimè corripuit edicto, dominumq; se posthac appellari ne à liberis quidem, aut nepotibus suis uel serio, uel ioco passus est, atq; huiusmodi blanditias etiam inter ipsos prohibuit. Non temerè urbe, oppido uel ullo egressus, aut quoquam ingressus est, nisi uespere, aut noctu, ne quem officij causa inquietaret. In consulatu pedibus ferè, extra consulatum sepe ad aperta sella per publicum incessit. Promiscuis salutationibus admittebat & plebem, tanta comitate aduentum desideria excipiens, ut quendam ioco corripuerit, quòd sic sibi libellum porrigere dubitaret, quasi elephāto stipem. Die Senatus nunquam patres, nisi in curia, salutauit, & quidem sedentes, ac nominatim singulos, nullo submouente, & discedens eo modo sedentibus singulis uale

Com. suo Ro. que nom. ut scilicet templa nomen Augusti et Romæ habere in inscriptis, pariterq; dicitur genio Augusti, & maiestati urbis Romæ.

Corripuit, pro castigauit.

Inter ipsos, id est ne mutuo se quidem dominos appellarent.

In consulatu, id est consul esset.

Quasi elephāto stipem. legem Marcob. lib. 2. Stat. tur. capit. 4. & Quin. lib. 6. c. 4.

Off. cum mult.
mut. i. ex equo
cū multis, offi-
cijs certauit.

Di. cuius. sol.
quales sunt, na-
tales, aut nu-
ptiales.

dicebat. Officia cū multis mutuo exercuit, nec prius dies cuiusque solennes frequentare desijt, quam grandior iam natu, & in turba quondam sponsaliorum die vexatus.

Gallum Terrinium Senatorem minus sibi familiarem, sed captum repente oculis, & ob id inedia mori destinātem, præsens consolando reuocauit ad uitam.

Patientia eius in contradictores. CAP. LIIII.

IN Senatu ūrba facienti dictū est, non intellexi: & ab alio, contradicerem tibi, si locū haberem. Interdum ob immodicas altercationes disceptantiū ē curia per iram se proripienti quidā ingesserunt, licere oportere Senatoribus de republica loqui. Antistius Labeo Senatus lectione cū triumuirū legeret, Marcū Lepidū, hostē olim eius, & tunc exulātem legit: interrogatusq; ab eo, an essent alij digniores, suum quemq; iudicium habere respondit. Nec ideo libertas, aut contumacia fraudi cuiquam fuit.

De Antistio
Labeone legē
Gell. lib. 13. c. 2.
10. & 12. et 11.

Titulus est
apud iuricon-
sultos lib. pan-
dect. 40. de in-
iur. & famos.
libel.

Libelli famosi contra cum facti. CAP. LV.

ETiam sparsos de se in curia famosos libellos nec expauit, & magna cura redarguit. Ac ne requisitis quidem autoribus id modò censuit, cognoscendum posthac de ijs, qui libellos, aut carmina ad infamiam cuius-
pia in sub alieno nomine edant.

Requirere au-
tores, p. exigē-
re, siue postea,
66

Moderatio, & ciuilitas eiusdem in agendo.

CAP.

LVI.

IOcis quoque quorundam inuidiosis, aut petulantibus lacepsitus, contradixit edicto. Et tamen de inhibenda testamentorum licentia, ne Senatus quicquam constitueret, intercessit. Quoties magistratum comitijs interesset, tribus cum candidatis suis circuibat, supplicabatq;

more

more solenni. Ferebat & ipse suffragiū in tribu, ut unus ē populo. Testem se in iudicijs & interrogari, & refelli æquissimo animo patiebatur. Forum angustius fecit, non ausus extorquere possessoribus proximas domos. Nunquam filios suos populo commendauit, ut non adijceret, si merebuntur. Eisdem pretextatis adhuc assurrectum ab uniuersis in theatro, & à stantibus plausum, grauissimè questus est. Amicos ita magnos, & potentes in ciuitate esse uoluit, ut tamen pari iure essent, quo ceteri, legibusq; iudicarijs æquè tenerentur. Cum Asprenas Nonius arctius ei iunctus, causam ueneficij accusante Casio Seuero diceret, cōsuluit Senatū, quid officij sui putaret: cūctari enim se, ne si superesset, eriperet legibus reum: sin deesset, destituere, ac prædamnare amicum existimaretur. Et cōsentientibus uniuersis, sedit in subsellijs per aliquot horas, uerū tacitus, ac ne laudatione quidem iudiciali data. Affuit & clientibus, sicut scuturio cuidam, euocato quondam suo, qui postulabatur iniuriarum. Vnum omnino ē reorum numero, ac ne eum quidem, nisi precibus, eripuit, exorato coram iudicibus accusatore; Castritiū, per quem de coniuratione Muræne cognouerat.

Dilectio Romanorum ad eum. CAP. LVII.

Pro quibus meritis quantopere dilectus sit, facile est aestimare. Omitto Senatusconsulta, quæ possunt uideri uel necessitate expressa, uel uerecundia. Equites Romani natalem eius sponte, atq; consensu biduo semper celebrarunt. Omnes ordines in lacum Curtij quotannis exuoto pro salute eius stipem iaciebant. Item Calendis Ianuarijs strenam in Capitolio etiā absenti: ex qua summa

De Asprenate, & Casio Seuero uide Plin. lib. 35. capi. 12.

De Augustio uide in Casio tege Macro. lib. 2. Satur. capi. 4.

Cunctari, dubitare.

Superesse, pro adesse, hoc est, patrocinari: uide de Gell. lib. 10. cap. 2.

Moris fuit Romanos laudare amicos reos in iudicio, ut ita ab solutione facilius ipetrarēt: ut ait Plur. in Pomp. uita.

Qui dicantur euocati, quid quæ sit euocatio, uide Serui. in principijs 6. Aen.

aginaldo,

Apol. Sand. sic
dictus est à vi-
co, cuius memi-
nit Gel. lib. 18.
cap. 4.

Io. Trag. à vico
in quo tragœdi
diuersabantur:
vel fortè ab ha-
bitu, quòd tra-
gœdi amictu,
eius simulacrū
ornatum esset.

pretiosissima deorum simulacra mercatus, uicatim de-
dicabat, ut Apollinem Sandaliarium, & Iouem Tragœ-
dum, aliq; in restitutionem Palatinæ domus incendio
absumptæ. Veterani, decuriæ, tribus, atq; etiam singilla-
tim è cætero genere hominum libentes, ac pro facultate
quisque pecunias contulerunt, delibante tantummodo eo
summarum acervos, neque ex quoquam plus denario au-
ferente. Reuertentem ex prouincia non solum faustis o-
minibus, sed & modulatis carminibus prosequabantur.
Observatum etiam est, ne quoties introiret urbem, sup-
plicium de quoquam sumeretur.

Honor eidem collatus per Senatum, populumq;
Romanum.

C A P. LVIII.

Tradit Plin.
lib. 7. ca. 30. pa-
tris patriæ ap-
pellationem à
Cicerone ini-
tiū sumpsisse.
Defluxit dein-
de ad imperato-
res qui digni
habebantur.

Idem in 1. cap.

Hoc idem tra-
dunt Appia. &
Plut. in Cicer.
vita.

PATris patriæ cognomen uniuersi repentino, maxi-
moq; consensu detulerunt ei. Prima plebs, legatione
Antium missa: dein quia non recipiebat, sineunti Romæ
spectacula frequens, & laureata: mox in curia Senatus,
neq; decreto, neq; acclamatione, sed per Valerium Mess-
salam id mandantibus cunctis: Quod bonum, inquit, fau-
stumq; sit tibi, domiq; tuæ, Cæsar Auguste (Sic enim
nos perpetuam felicitatem reipublicæ, & lata huic pre-
cari existimamus) Senatus te cõsentiens cum populo Ro-
mano, consalutat patriæ patrem. Cui lachrymans respon-
dit Augustus his uerbis (ipsa enim sicut Messalæ posui)
Compos factus uotorum meorum, patres C. quid habeo
aliud deos immortales precari, quàm ut hunc consensum
uestrum ad ultimum uitæ sinem mihi perferre liceat?

Honores eidem collati per singulares ciues Ro-
manos.

C A P. LIX.

Medico

MEdico Antonio Musæ, cuius opera ex ancipiti morbo conualuerat, statuam, ære collato, iuxta signum Aesculapij statuerunt. Nonnulli patrum familiarum testamento cauerunt, ut ab hæredibus suis prælato titulo, uictimæ in Capitolium duceretur, uotumq; pro se solueretur, quòd superstitem Augustum reliquissent. Quædam Italiæ ciuitates diem, quo primû ad se uenisset, initium anni fecerunt. Prouinciarum pleræq; super templa, & aras, ludos quoque quinquennales penè oppidatim constituerunt.

Antonij Musæ meminit Plin. lib. 19. c. 8. & lib. 29. c. 1. & lib. 30. c. 13.

Prælat. tit. i. ante lara inscriptione, quæ significaret causam sacrificij illius. Super templa & uictia.

Honor ei collatus.

CAP. LX.

REges amici, atq; socij, & singuli in suo quisque regno, Cesareas urbes condiderunt. Et cuncti simul ad eî Iouis Olympici Athenis antiquitus inchoatâ, perficere communi sumptu destinauerunt, genioq; eius dedicare: ac sepe regnis relictis, non Romæ modò, sed prouincias peragrati quotidiana officia togati, ac sine regio insigni, more clientium præstiterunt.

Interior, & familiaris uita eiused. CAP. LXI.

Quoniam qualis in imperijs, ac magistratibus, regedaq; per terrarû orbè pace, belloq; republica fuerit, exposui: referâ nûc interiorè, ac familiaritatem eius uitam, quibusq; moribus, atq; fortuna, domi, & inter suos egerit, a iuuenta usq; ad supremum uitæ diem. Matrem amisit in primo consulatu, sororem Octauiam quinquagesimum, & quartû agens ætatis annum. Vtriq; cum præcipua officia uiuæ præstitisset, etiam defunctæ honores maximos tribuit.

Vide Appian & Plut. in Antonij uita.

Sponsa, & uxores eius.

CAP. LXII.

Sponsam

BIBLIOTECA DE LA
FACULTAD DE LETRAS
- DE -
GRANADA

De Fulvia lege
Appi. li. 5. bel.
ciuil. & Plut.
in vita Anto.

SPonsam habuerat adolescens Publij Seruilij Isaurici filiam, sed recõciliatus post primam discordiam Antonio, ex postulantibus utriusque militibus, ut & necessitudine aliqua iungeretur, priuignam eius, Claudiam Fulviae ex Publico Clodio filiam duxit uxorem uixdum nubilem. At similtate cum Fulvia socru exorta, dimisit intam adhuc, & uirginem. Mox Scriboniam in matrimonium accepit, nuptam antè duobus cõsularibus, & ex altero etiam matrem. Cum hac etiam diuortium fecit, per-tasus, ut scribit, morum peruersitatem eius, ac statim Liuiam Drusillam matrimonio Tyberij Neronis, & quidẽ pregnantem abduxit, dilexitq; , ac probauit unice, ac perseueranter.

De filia Iulia, & matrimonijs eius.

CAP. LXIII.

* Alias, nupti

Alter. Marcel.
i. alteram ex
duabus Octa-
uiae filiabus,
q̄s ex C. Mar-
cello fuerat eni-
ca.

EX Scribonia Iuliam, ex Liuia nihil liberorum tulit, cum maximè cuperet. Infans, qui cõceptus erat, immaturus est editus. Iuliam primùm Marcello Octauiæ sororis suæ filio, tantumq; pueritiam egresso, deinde ut is obiit, Marco Agrippæ* nuptui dedit, exorata sorore, ut sibi genero cederet. Nam tunc Agrippa alteram Marcellarum habebat, & ex ea liberos. Hoc quoque defuncto, multis, ac diu etiam ex equestri ordine circumspectis cõditionibus, Tyberium priuignũ suũ elegit, coëgitq; pregnantẽ uxore, & ex qua iam pater erat, dimittere. Marcus Antonius scribit, primùm cum Antonio filio suo de-sspondisse Iuliam, dein Cotisoni Getarũ regi, quo tẽpore sibi quoq; inuicem filiam regis in matrimonium petiisset.

De nepotibus eius ex Iulia. CAP. LXIII.

Nepotes

Nepotes ex Agrippa, & Iulia tres habuit, Caium, Lucium, & Agrippam: neptes duas, Iuliam, & Agrippinam. Iuliam Lucio Paulo Cēforis filio, Agrippinam Germanico sororis suę nepoti collocavit. Caium, & Lucium adoptavit domi, per assem & libram emptos à patre Agrippa, tenerosq; adhuc ad curam Reipublicę admouit, & consules designatos circum prouincias, exercitusq; dimisit. Filiam, & neptes ita instituit, ut etiam lanificio assuesceret, uetaretq; loq, aut agere quicquā, nisi propalam, & quod in diurnos cōmentarios referretur. Extraneorum quidem coctu aded̄ prohibuit, ut Lucio Tucinio claro, decoroq; iuueni scripserit, quondam parum modestē fecisse eum, quod filiam suam Baias salutatam uenisset. Nepotes & literas, & natate, aliāq; rudimenta per se plerunq; docuit, ac nihil æquē laborauit, quā ut imitarentur chirographum suum. Neque cœnauit unā, nisi in imo lecto assiderent: neq; iter fecit, nisi ut uehiculo anteirent, aut circā adequitarent.

Infortunium eius circa sobolem descendentium,

C A P.

L X V.

Sed latum eum, atque fidentē & sobole, & disciplinā domus, fortuna destituit. Iulias filiam, & neptem omnibus probris contaminatas relegauit. Caium, & Lucium in duo de uiginti mensium spatium amisit ambos, Caio in Lycia, Lucio Masilia defunctis. Tertium nepotem Agrippam, simulq; priuignum Tyberium adoptauit in foro, lege curiata. Ex quibus Agrippam breui ob ingenium sordidum, ac ferox abdicauit, seposuitq; Surrentum. Aliquantō autem patientius mortem, quā dedecora suorum

Adopt. domi per as. & lib. vide Boeth. in 3. cōm. Topi. cor. & Bud. in annot. in Pan. de cās.

Refert Curti rem apud Per fas sordidam, ignominiosā, que fuisse tantificiū, existimātes nihil turpius, quā forminas admouere lance manū. Imita. chiro. l. ut dici solet, manum suam in scribendo.

Ex quæstori-
bus, quæ sunt,
qui candidati
principis dicuntur,
qui epistolæ eius in senatu
legebantur.

De Iulie im-
pudicitia præ-
ter hæc vide
Corn. Tac. lib.
1. & Macro-
bi. Satur. 2. c. 5

Transportavit
in insulam, pro
deportavit.
* Aliàs, loci,

Vtinam, vtinam
sine vxore, &
sine liberis mo-
ri liceret.

ra suorum tulit. Nā Caij, Lucijq; casu non adeò fractus.
De filia, absens, ac libello per Quæstorem recitato notum
Senatui fecit, abstinuitq; cōgressu hominum diu præ pudore,
etiam de necanda deliberauit. Certè cum sub idem
tempus una ex conscijs liberta Fæde nomine, suspendio
uitam finisset, maluisse se ait Fædes patrè fuisse. Relegata
et usum vini, omnemq; delictiorem cultum ademit, neq;
adiri à quoquam libero, seruoq; nisi se cōsulto permisit:
et ita ut certior fieret, qua is atate, qua statura, quo colore
esset, etiam quibus corporis notis, uel cicatricibus.
Post quinquēniū demū ex insula in continentem lenioribusq;
paulò cōditionibus transtulit eam. Nam ut omnino
reuocaret, exorari nullo modo potuit. Deprecanti sepe
populo Romano, et pertinacius instanti, tales filias, talesq;
cōiuges pro cōcione imprecatus est. Ex nepte Iulia
post damnationem editum infantem agnoscere, aliq; uetuit.
Agrippam nihilo tractabiliorem, imò in dies amentiorē,
in insulam transportauit, sepsitq; in super custodia militū.
Cauit etiam Senatuscōsulto, ut eodem loco in perpetuum
contineretur, atq; ad omnem, et eius, et Iuliarum mentionem
ingemiscens, proclamare etiam solebat:
Αἰὲν ὄφρα λου ἀγαμὸς τ' ἐμυλναὶ ἀγονὸς τ' ἀπολῆδῃ.
Nec aliter eas appellare, quam treis uomicas, aut tria
carcinomata sua.

Receptio, & cultus amicitiarum eius.

CAP. LXVI.

Amicitias neq; facile admisit, et cōstantissimè retinuit.
Et nō tantū uirtutes, ac merita cuiusq; dignè
prosecutus, sed uitia quoq; et delicta duntaxat modica
perpeffus.

perpessus. Neq; enim temerè ex omni numero in amicitia eius afflicti reperiuntur, præter Saluidenium Rufum, quem ad consulatum usq; & Cornelium Gallū, quem ad præfecturā Aegypti, ex infima utrumq; fortuna prouexerat.

Quorum alterum res nouas molientem, damnandum Senatui tradidit: Alteri ob ingratum, & maleuolū animū, domo, & prouincijs suis interdixit. Sed Gallo quoq; & accusatorum denūtiationibus, & Senatu cōsultis ad necem compulso, laudauit quidem pietatem tāt opere pro se indignantium: Ceterū & illachrymauit, & uicem suā conquestus est, quòd sibi soli non liceret, amicis quatenus uellet irasci. Reliqui potentia, atq; opibus ad finem uitæ suæ cuiusq; ordinis principes floruerunt, quanquam & offensis interuenientibus. Desiderauit enim nōnunquam, ne de pluribus referam, & Marci Agrippe patientiā, & Meccenatis taciturnitatem: cū ille ex leui rigoris suspicionē, & quòd Marcellus sibi anteferretur, Mitylenas se, relictis omnibus, contulisset: & hic secretū de comperita Murenæ cōiuratione, uxori Terentiæ prodidisset. Exegit & ipse inuicem ab amicis beneuolentiā mutuam, tam à defunctis, quàm à uiuis. Nam quāuis minime appeteret hereditates, ut qui nunquam ex ignoti testamēto capere quicquā sustinuerit, inique dolore dissimulato, si parcius, aut citra honorem uerborum: neq; gaudio, si gratè, pieq; quis se persecutus fuisset. Legata, uel partes hereditatū, & à quibuscunq; parētibus relicta sibi, aut statim liberis eorū concedere, aut si pupillari ætate essent, die uirilis togæ, uel nuptiarū, cum incremento restituere cōsueuerat.

Seueritas

De Cornelio Gallo lege Crinitum de poët. Lat. lib. 3. c. 13. De Meccenate lege Crini. li. 3. de poët. Lat. c. 45. de eius uxore Senec. lib. de mō. guber. & in epi. moral.

Aurelio Victori, & Entropio cum Sueto. nō conuenit: nam Meccenatē ob taciturnitatē, Agrippam ob patiētiā, & modestiamq; Augusto perplacuisse scribūt.

Seueritas, & clementia eius erga liberos.

CAP.

LXVII.

Pendendi æris mos antiquissimus fuit: nam cum graue esset, in usu apud pædici oportuit, non numerari: qui igitur patroni, aut domini æs dispendebant, dispensatores ab initio sunt dicti.

Pro epist. prod. i. demonstrata cuidam, cuius intererat eam inspicere.

Patronus, dominusq; nõ minus seuerus, quàm facilis, & clemens. Multos liberos in honore, & usu maximo habuit: ut Licinium Enceladum, aliosq;. Cosinium seruum grauissimè de se opinatè, non ultra quàm cõpeditibus coërcuit. Diomedem dispensatorè, à quo simul ambulatè, incurrenti repente fero apro per metum obiectus est, maluit timiditatis arguere, quàm noxæ, remq; nõ minimi periculi, quia tamen fraus aberat, in iocū uertit. Idè Proculum ex acceptissimis libertis mori coëgit, cõpeditū adulterare matronas. Thallo à manu, quòd pro epistola prodita denarios quingètos accepisset, crura effregit. Pædagogū, ministrosq; Caij filij per occasionè ualitudinis, mortisq; eius superbè, auareq; in prouincia grassatos, oneratis graui pòdere ceruicibus, precipitauit in flumè.

Infamia dedecorum primæ iuuentutis eius.

CAP.

LXVIII.

Prima iuuenta uariorū dedecorum infamiam subiit. Sextus Pompeius eū ut effœminatū insectatus est. Marcus Antonius adoptionem auunculi stupro meritum. Item Lucius Marci frater, quasi pudicitiam delibatam à Cesare, Aulo etiam Hirtio in Hispania ccc. millibus nummum substrauerit, solitusq; sit crura suburere nuce ardenti, quo mollior pilus surgeret. Sed & populus quondam uniuersus ludorum die & accepit in contumeliam eius, & assensu maximo comprobauit uersum in scena pronuntiatum de Gallo matris deūm tympanizante: Vides ne, ut cinædus orbem digito temperat?

Adulteriū

Adulteria, & libido eiusdem.

C A P.

LXIX.

Adulteria quidem exercuisse, ne amici quidē negāt, excusantes sanē non libidine, sed ratione cōmissa, quò facilius consilia aduersariorum, per cuiusq; mulieres exquireret. *M. Antonius super festinatās Liviæ nuptias, obiecit & facinorā consularem ē triclīnio uiro coram in cubiculum abductam, rursus in conuiuium rubentibus auriculis, incōptiore capillo reductā: & dimissam Scriboniam, quia liberius doluisset nimiam potentiā pellicis: & conditione quæstas per amicos, qui matres familiaris, & adultas atate uirgines denudarēt, atq; pspicerēt, tanquā Thorānio māgone uendēte. Scribit etiā ad ipsum hoc familiariter adhuc, necdū plenē inimicus, aut hostis: Quid te mutauit? quòd reginam in eo? uxor mea est. Nūc cœpi, an abhinc annos nouem? tu dēinde solā Drusillam inis? ita ualeas, uti tu hanc epistolam cūm leges, nō inieris Tertullā, aut Terentillā, aut Rufillam, aut Saluiam Citi-*

sceniam, aut omnes. An neresert ubi, & in quam arrigas?

De cœna eius, et discumbentibus in apparatu deorum.

C A P. LXX.

Cœna quoque eius secretior in fabulis fuit, quæ uulgò *συνεσπασμένη* uocabatur, in qua deorum, deorumq; habitu discubuisse conuiuas, & ipsum pro Apolline ornatum, non Antonij modò epistole singulorum nomina amarissimè enumerantis exprobrant, sed & sine autore notissimi uersus:

Cūm primum istorum conduxit mensa choragum,

Sexq; deos uidit Mallia, sexq; deas:

Impia dum Phœbi Cæsar mendacia ludit,

Super festinatās, pro p̄teritas, pro p̄teritas, Rubentes auricule sunt in forma patratę timidinis signū. Hinc Iuuenal. Saty. 11. Vexatasq; comas, vultumq; auręq; calentem. I hor. nij huius meminit Plin. lib. 7. c. 12. Macrobi. Sat. 11. 2. ca. 4. Turo, nō appellat. In fabulis esse, eū esse in ore vulgi, quotiā dicitur: rumoribus.

συνεσπασμένη deos.

1. 12. deorum. Allusum est ad 12. deos, qui seclēti dicuntur, quorū sex sūt mares, & totidem feminae. Nā Augustus sub Apollinis habitu in cœna in secretiore loco insituta discubere solebat inter 12. catamitos sub habitu deorū, & 12. puellas, sub habitu deorum.

Dum



Dum noua diuorum cœnat adulteria,
Omnia se à terris tunc numina declinarunt,

Fugit & Auratos Iuppiter ipse thronos.

Auxit cœnæ rumorē summa tūc in ciuitate penuria, ac fa-
mes, Acclamatūq; est postridie, frumentū omne deos co-
medisse, & Casarem planè esse Appollinē, sed Tortorē:

Tortorē, qđ
populum fame
torqueret. Co-
lebat & Ro-
mæ Iupiter
pœdator.

quo cognomine is deus quadam in parte urbis colebatur.
Nota pretiosæ supellectilis eius, & aleæ lusus
per eum dilectus.

C A P.

L X X I.

NOtatus est & ut pretiosæ supellectilis, Corint hio
rumq; præcupidus, & aleæ indulgens. Nam & pro
scriptionis tempore ad statuam eius adscriptum est:

Pater argentarius, ego Corintharius.

Corinthiorū
substantiæ: di-
xit, pro uasis
ex ære Corin-
thio 'fabrefa-
ctis. De ære Co-
rinthio lege
Plin. lib. 34. c.
2.

cū existimaretur quosdam propter uasa Corinthia in-
ter proscriptos curasse referendos. Et deinde bello Sici-
liensi epigramma uulgatum est:

Pōst quā bis classe uictus naues perdidit,

Aliquando ut uincat, ludit assidue alea.

Ex quibus siue criminibus, siue maledictis insaniam im-
pudicitie facillimè refutauit, & presentis, & posteræ
uitæ castitate. Item lautitiarum inuidiā, cū & Alexan-
dria capta, nihil sibi præter unum myrrhinum calicem,
ex instrumento regio retinuerit, & mox uasa aurea assi-
duissimi usus conflauerit omnia. Circa libidines hæsit.
Postea quoque (ut ferunt) ad uitandas uirgines prom-
ptior, quæ sibi undique etiam ab uxore conquireretur.
Aleæ rumorem nullo modo expauit, lusiťq; simpliciter,
& palam oblectamēti causa etiam senex, ac præterquam
Decembri mense, alijs quoque festis, profectisq; diebus:

nec

nec i
nauis
nitium
& h
aut s
in me
rem i
quatr
dies,
clamo
tum,
tractu
mine,
runqu
retinu
hoc m
esseret
singul
uel tal

I N c
Iac si
Roma
Calu
adibus
conspic
rum co
mento

nec id dubium est autographa quadam epistola: Cæ- Autographa
epi. i. propria
ipius Augusti
manu scripta,
Yeport.
sensiliter.
nau (ait) mi Tybericum iisdem. Accesserūt conuiuæ Vi-
nitius, & Syluius pater. Inter cœnam lusimus De Quinquas
trijs. lege Ouf.
lib. 3. Fast.
& heri, & hodie. Talis enim iactatis, ut quisque canem,
aut senionem miserat, in singulos talos singulos denarios
in medium cõferebat: quos tollebat uniuersos, qui Vene-
rem iecerat. Et rursus alijs literis: Nos, mi Tyberi, quin-
quatrijs satis iucundè egimus. Lusimus enim per omnes
dies, forūmq; aleatorium calcemimus. Frater tuus magnis
clamoribus rem gessit, Ad summā tamen perdidit nō mul-
tum, sed ex magnis detrimētis præter spem paulatim re-
tractus est. Ego perdidit uiginti millia nummū meo no-
mine, sed cū effusè in lusu liberalis fuissē, ut soleo ple-
runque. Nam si quas manus remisī cuiq; exegissē: aut
retinuissē, quod cuiq; donauī, uicissē uel L. millia. Sed
hoc malo. Benignitas enim mea me ad cœlestem gloriam
effēret. Scribit ad filiam: Misit tibi denarios c c l. quos
singulis conuiuīs dederam, si uellent inter se inter cœnam
uel talis, uel par impar ludere.

Continentia, & habitationes eiufdem.

CAP. LXXII.

IN cæteris partibus uitæ continentissimū fuisse cõstat,
Iac sine suspitione ullius uitij. Habitauit primo iuxta
Romanum forum supra scalas anularias, in domo, quæ
Calui oratoris fuerat, postea in palatio, sed nihilominus
ædibus modicis Hortensianis, & neq; laxitate, neq; cultu
conspicuis: ut in quibus porticus breues essent Albana-
rum columnarū, & sine marmore ullo, aut insigni pau-
mento conclauia. At per annos amplius x l. eodem cubi-
culo.

Par imp. lud.
Ludus est pue-
rilis, qui nucis-
bus, aut digi-
tis, aut id gen⁹
alijs rebus for-
let fieri.

Alba. col. i. ex
vicino quæsi-
tarū, et iccirco
vilitatis pretij.

h 2 culo

medico 10. in portu edomg emi renouat

Syracusus inquit Philippus ex. Epistimo ideo ab Augusto
116 C. SVETONII TRANQ.

re parte domo
sece crorem
uoca sus ep
Syrac
affligi incōmo
no hyemis: qd
perperā inter
pretas est Be
roaldus. Hanc
uocē in Sallu
tio notauit Se
neca.
* Al. Lanuū.
Syrac in saxo
urbis in Sicilia

Gravabatur,
p fastidiebat,
egre ferebat.
ma omni
Notabiles res
dixit, in bonā
partē, pro in
signes
Instrumenti, s.
domestici: nā
supellex nihil
aliud est, quā
domesticū pa
triffami. instru
mentum.
Residuos le
ctos dixit, pro
relictos.
his homini pri
Forensia, n. g.
uer. plu. sunt
vestimēta, qui
bus i foro, aut
foris, i. extra
domum vteba
ternatur. rum

ulo hyeme, et astate mansit, quamvis parum salubrem
valetudini suae urbē hyeme experiretur, assidueq; in urbe
hyemaret. Siquādo quid secretō, aut sine interpellatione
agere proposuisset, erat illi locus in edito singularis, quē
Syracusas, et *τεχνοφυου* uocabat. Huc transibat, aut in
alicuius libertinorum suburbānū. Aeger autē in domo
Meccenatis cubabat. Ex secessibus praecipue frequētauit
maritima, insulasq; Campania, aut proxima urbi oppi
da, * Lanuuium, Praeneste, Tibur, ubi etiā in porticibus
Herculis tēpli persepe ius dixit. Ampla, et operosa pra
toria grauabatur, et neptis quidem suae Iuliae profuse ab
ea extracta etiam diruit ad solum. Sua uerō, quamvis mo
dica, non tam statuarum, tabularumq; pictarum ornatu,
quā *xystis*, et nemoribus excoluit, rebusq; uetustate, ac
raritate notabilibus, qualia sunt Capreis immaniū bellua
rum, ferarumq; mēbra praegrandia, quae dicuntur gigan
tum ossa, et arma heroum.

De parsimonia, supellectili, & uestimentis eius.
CAP. LXXIII.

Instrumenti eius, et supellectilis parsimonia apparet
etiam nunc residuis lectis, atque mensis, quorum ple
raque uix priuatae elegantiae sint. Nec toro quidem cub
uisse aiunt, nisi humili, et modicē instrato. Veste nō te
merē alia, quā domestica, usus est, ab uxore, et sorore,
et filia, neptibusq; confecta. Togis neque restrictis, neq;
fufis. Clauo nec lato, nec angusto. Calceamentis altiuscu
lis, ut procerior, quā erat, uideretur. Et forensia autem,
et calceos nunquā non intra cubiculum habuit ad subia
tos, repentinusq; casus parata.

Texvō
φυου

duilio geyca est que significat artis proudu Con
tione fanqua, et locus in tū dicitur
naxp qd cogi fundare Augusto causa
supēditare, loca enim secreta plurimo
possunt ueritate in genia

caeta
dine
C
Messa
tum a
tem, p
inuita
tor su
inibat
incipē
digress
sime, s
mitate
submis
histrion
bat, ac
Ce

F
cu
do aliā
rum, et
teres re
et spō
tulis ob
rerum
uendita
uel exp
seu iact

causa absolute ueferes cenā a pella uere conuiuus recto o.
dine dicitur cum bonis laute eiusdemque opulis accipiebant

D. OCTAVIUS AVGV. 117

Conuiuia, & cenæ eiusdem. CAP. LXXIII.

Conuiuabatur assidue, nec unquam nisi recta, non sine magno ordinum, hominumq; delectu. Valerius Messala tradidit, neminem unquam libertinorum adhibendum ab eo cenæ, excepto Mena, sed asserto in ingenuitate, post proditam Sexti Pompeij classem. Ipse scribit inuitasse se quendam, in cuius uilla maneret, qui spiculator suus olim fuisset. Conuiuia nonnunquam, & serius inibat, & maturius relinquebat, cum conuua, & cenare inciperent prius, quam ille discumberet, & permanerent digresso eo. Cenam ternis ferculis, aut, cum abundantissimè, senis præbebat, ut non nimio sumptu, ita summa comitate. Nam & ad communionem sermonis tacentes, uel submissim fabulantes prouocabat, & aut acroamata, & histriones, aut etiam triuiales ex circo ludios interponebat, ac frequentissimè aretalogos.

Celebratio festorum, & solennium dierum.

CAP. LXXV.

Festos, & solennes dies profusissimè, nonnunquam ideo aliàs libuisset, modò munera diuidebat, uestem, & aurum, & argentum, modò nummos omnīs notæ, etiam ueteres regiones, ac peregrinos, interdum nihil præter cilicia, & spogias, & rutabula, & sorsices, atq; alia id genus tutilis obscuris, & ambiguis. Solebat & inæqualissimarū rerum sortes, & auersas tabularum picturas in conuiuio uenditare, incertoq; casu spem mercantium uel frustrari, uel explere, ita ut per singulos lectos licitatio fieret, et seu iactura, seu lucrum communicaretur.

Menas hic ab Appi in bello Siculo Mendorus dicitur, apud quem de eo multa. *ditto*
solito
non
fulgetius
ciades aut ferulū signica re missum carniū. *sum*
pricola

Cōmunio sermonis, pro cōmuni confabulatione. *apellane*
uent
et
Confitebantur Romæ in Circo, qui ex inspectione marinus, aut frontis, aut ex interpretatione somniorum diuinabant.

qui
reges
romand

In singulis lectis participes erant lucri. si fors bene ceci diler: uel dāni, si male,

h 3 Cibi

Cibi eius, & comedendi horæ. CA. LXXVI.

Cibi (nam ne hoc quidem omiserim) minimi erat, atq; vulgari ferè. Secundarium panē, & pisciculos mitos, & caseum bubulum manu pressum, & ficos uirides biferas maxime appetebat. Vescaturq; & ante coenam, quocūq; tēpore, & loco, quo stomachus desiderasset. Verba ipsius ex epistolis sunt: Nos in esse do panē, & pabnulas gustauimus. Et iterū: Dū lectica ex regia domū redeo, panis unctā cum paucis acimis uue duracinae comedi. Et rursus: Ne Iudeus quidem, mi Tyberi, tam diligēter sabbatis ieiunium seruat, quā ego hodie seruauī, qui in balneo demū post horā primā noctis duas buccas māducaui prius, quā ungi inciperem. Ex hac obseruantia nonnunquā uel ante initum, uel post dimissum conuiuium solus cœnabat, cum pleno conuiuio nihil tangeret.

Ficos biferas nouē dixi, pro fructu arboris bifere.

Atque Physici illū Bellē ualētū, cui nulla est prandendi hora cōstituta, sed illi uenter sit ueluti solarium,

Numa Pōpuli habitauit in regia, quæ erat iuxta eadē Vestra, & adhuc ita appellatur.

Inuitauit se maxime, & multum bibit.

Parfimonia eius in potu. CA. LXXVII.

Vini quoque natura parcissimus erat. Non amplius ter bibere eum solitum super cœnā in castris apud Mutinā, Cornelius Nepos tradit. Postea quoties largissime se inuitaret, senos sextātes non excessit: aut si excessisset, reiciebat. Et maxime delectatus est Rhetico, neq; temerè interdium bibit. Pro potionē sumebat perfusum aqua frigida panem, aut cucumeris frustū, uel lactucula thyrsum, aut recens, aridum uel pomum succi uinosioris.

Quid post cibū agebat. CA. LXXVIII.

Post cibum meridianum ita ut uestitus, calceatusq; erat, reiectis pedibus paulisper cōquiescebat, opposita ad oculos manu. A cœna se in lecticulam lucubratoriā recipiebat. Ibi donec residua diurni actus, aut omnia

aut

aut
man
plur
dem
exper
eueni
tis, re
Nec
Matu
causa
facere
mane
cos de
condo
St.

F
& in
ribus
modò
quid, a
tacitus
Gallia
molliti
simula
tiū pro
etiam
Gaude

aut ex maxima parte conficeret, ad multam noctem per^{per} manebat. In lectum inde transgressus, non amplius cum plurimum quam septem horas dormiebat, ac ne eas quidem continuas, sed ut in illo tēporis spatio ter, aut quater expergisceretur. Si interruptum somnum recuperare (ut euenit) non posset, lectoribus, aut fabulatoribus accersitis, resumebat, producebatq; ultra primam sæpe lucem. Nec in tenebris uigilauit unquam, nisi absidente aliquo. Matutina uigilia offēdebatur, ac si uel officij, uel sacri causa maturius uigilandum esset, ne id contra cōmodum faceret, in proximo cuiuscunq; domesticorum cœnaculo manebat. Sic quoq; sæpe indigens somni, & dum per uicos deportaretur, & deposita lectica inter aliquas moras condormiebat.

Cf plurimū,
p ad summū,

Fabulator, p
collocutore.

Prima lux, p
summum diu
culum.

Statura corporis, et membrorum eius. 3

C A P.

L X X I X.

Forma fuit eximia, & per omnes ætatis gradus uenustissima: quanquam & omnis lenocinij negligēs, & in capite comendo tam incuriosus, ut raptim cōpluribus simul tonsoribus operam daret, ac modò tonderet, modò raderet barbam: eoq; ipso tempore aut legeret aliquid, aut etiam scriberet. Vultu erat uel in sermone, uel tacitus adeò trāquillo, serenoq; ut quidam è primoribus Galliarum, confessus sit inter suos, eo se inhibitum, ac remollitū, quo minus ut destinarat, in transitu Alpium per simulationem colloquij propius admissus, in præcipitiū propelleret. Oculos habuit claros, ac nitidos, quibus etiam existimari uolebat inesse quiddam diuini uigoris. Gaudebatq; si qui sibi acrius contuenti, quasi ad fulgo-

Remollitus,
aut remolitus,
ex uetusto exē
plari, pro pla
catus, aut re
tardatus, siue à
conatu reuoca
tus.

De Augusti
oculis uide Au
reli. Victo. &
Plin. lib. 11. c.
37.

h 4 rem

Tradit Aristo.
in problem. ra
ros dentes, præ
longos digitos,
plumbeum co
lorē, pluresq;
in manu incisu
ras non perpe
tuas, breuis vi
tæ signa esse:
quod Aristote
lem credidisse
miratur Plin.
quem his de re
bus lege li. 11.
cap. 52.

rem solis uultū submitteret: sed in senecta sinistro minus uidit. Dentes raros, & exiguos, & scabros. Capillum leuiter inflexum, & sufflauum, supercilia coniuncta, mediocres aures, nasum & à summo eminentiorem, & ab imo deductiorem. Colorem inter aquilum, candidumq; staturam breuem, quam tamen Iulius Marathus libertus etiam in memoriam eius quinque pedum, & dodrantis fuisse tradit, sed quæ commoditate, & equitate membro rum occuleretur, ut non nisi ex comparatione astâtis alia cuius procerioris intelligi posset.

Maculæ, & membra inualida corporis eius.

CAP.

LXXX.

Corpore traditur maculoso, dispersis per pectus, atq; aliu genitiuis notis in modū, & ordinē, ac numerum stellarū celestis Vrse: sed & callis quibusdam ex prurigine corporis, assiduoq; & uehementi strigilis usu, plurifariam* contractis, ad impetiginis formam. Coxendice, & femore, & crure sinistro, non perinde ualebat, ut sepe etiam inde claudicaret: sed remedio arenarum, atq; arundinum confirmabatur. Dextra quoq; manus digitū salutarem, tam imbecillū interdum sentiebat, ut torpētē, contractumq; frigore, uix cornei circuli supplemento scripturæ admoneret. Questus est & de uesica, cuius dolore, calculis demum per urinam eiectis leuabatur.

Atq; arūdi. cō.
Arundinem lu
xatis coxendi
cibus utilē esse
docet Cato de
re rust. ca. 160,
et Plin. li. 24.
cap. II.

Dig. salut. i.
indicem.

Infirmitates eiusdem.

CAP.

LXXXI.

Graues, & periculosas ualetudines per omnē uitam aliquot expertus est, præcipuē Cantabria domitacium etiam distillationibus iecinore uitato, ad desperationem reductus, contrariam, & ancipitem rationem medendi ne

di necessario subijt: quia calida fomenta non proderant, frigidis curari coactus, autore Antonio Musa. Quasdam Natalis Augusti fuit erat, 23. dies Septembris & annuversarias, ac tempore certo recurrentes experiebatur. Nam sub natalem suam plerunq; languebat, & initio ueris precordiorum inflammatione tentabatur, Austriis autem tempestatibus grauedine. Quare quassato corpore, neq; frigora, neq; aestus facile tolerabat.

Cultus corporis eius in via, & itinere.

CAP. LXXXII.

Hyme quaternis cum pingui toga tunicis, & subu- Ping. tog. i. to
cula, & thorace laneo, & feminalibus, & tibiali- ga crasi pāni.
bus muniebatur Aestate apertis cubiculi foribus, ac saepe in perystilo saliente aqua, atq; etiā uentilante aliquo cubabat. Solis uerò ne hyberni quidem patiens. Domi quoq; non nisi petasatus sub dio spatibatur. Irimera lectica, & noctibus ferè, eaq; lèta, ac minuta faciebat, ut Præneste, uel Tibur biduo procederet. Ac si quò peruenire mari posset, potius nauigabat. Verum tantā infirmitatē magna cura tuebatur, in primis lauādi raritate. Vngebatur etiam saepius, sudabat ad flammā: deinde perfundebatur egelida aqua, uel sole multo* calefacta. At quoties neruorum causa, marinis, Albulisq; calidis utendum esset, cōtentus hoc erat, ut insidens ligneo folio, quod ipse Hispanico uerbo duretem uocabat, manus, ac pedes alternis iactaret.

† a's. tepefacta
Albulæ aquæ
sulphureæ in
agro Tiburtis
no.

Exercitia eiusdem

CAP. LXXXIII.

Exercitationes campestres equorum, & armorum statim post ciuilia bella omisit, & ad pilam primò, folliculumq; transijt: mox nihil aliud quàm uectabatur, & deambulabat: ita ut in extremis spatijs subsultim de- Subsultim. i.
lentiore saltu,
ac saepius ite-
rato.

h s curre

*afs, Sestici-
 la, aut xyffo.
 *afs, occella-
 eis.
 *afs, facilitate

curreret* festertio uel lodicula inuolutus. Animi laxandi
 causa, modò piscabatur hamo, modò talis, aut* oscillis,
 nucibusq; ludebat cū pueris minutis, quos* facie, & gar-
 rulitate amabiles undiq; conquirebat, præcipuè Mauros,
 & Syros. Nam pumilos, atq; distortos, & omnis generis
 eiusdem, ut ludibria naturæ, maliq; ominis abhorrebat.

Eloquentia eius, & ars oratoria.

C A P.

LXXXIII.

Eloquentiam, studiaq; liberalia ab etate prima cupi-
 de, & laboriosissime exercuit. Mutinensi bello, in
 tanta mole rerum, & legisse, & scripsisse, & declamasse
 quotidie traditur. Nam deinceps, neq; in Senatu, neque
 apud populū, neq; apud milites locutus est unquam, nisi
 meditata, & composita oratione: quamuis non deficeret
 ad subita extemporali facultate. Ac ne periculum memo-
 riæ adiret, aut in ediscendo tempus absumeret, instituit re-
 citare omnia. Sermones quoque cum singulis, atq; etiam
 cum Liuia sua grauiiores, non nisi in scriptis, & è libello
 habebat, ne plus, minus uel loqueretur ex tempore. Pro-
 nuntiabat dulci, & proprio quodam oris sono, dabatq;
 assiduè phonasco operam: sed nonnunquā, infirmatis fau-
 cibus, præconis uoce ad populum concionatus est.

Libri, & opuscula per eū edita, C A P. LXXXV.

Multa uarij generis prosa oratione composuit: ex
 quibus nonnulla in cœtu familiarium, uelut in au-
 ditorio recitauit: sicut rescripta Bruto de Catone. Quæ
 uolumina cū iam senior ex magna parte legisset, fatiga-
 tus, Tyberio tradidit perlegēda. Itē hortationes ad philo-
 sophiā, & aliqua de uita sua, quam tredecim libris Cātæ-
 brico

Brat Cato
 Bruti auuncu-
 lus.

Ad subita. i. ad
 subitariam, tu
 multuariamq;
 elocutionē, ut
 cum quid ex
 tempore agen-
 dum est.

brico tenus bello, nec ultrà exposuit. Poëtica summatim In spō, incubi, respondit se
attigit. Vnus liber extat scriptus ab eo hexametris uerfi- Aiace, tragœ-
bus, cuius & argumētū, & titulus est, Sicilia. Extat al- diā suā spōgia
ter aequè modicus epigrāmātū, quæ ferè tempore balnei delevisse. Nā
meditabatur. Nā tragœdiā magno impetu exorsus, non quæ improbā
succedente stylo aboluit: quærentibusq; amicis quidnam tur, spōgia de-
Aiæ ageret, respōdit Aiace suū in spōgiā incubuisse. leri solent, quæ
ob hoc à pris-
cis, deletilis di-
cīa est. Allusie
autem ad Aiæ
cis exitū, quæ
furentē in gla-
diam incubuif
se constat.

Stylus, et genus eloquendi eiusdem.

C A P. L X X X V I.

Genus eloquendi secutus est elegās, & temperatum, Guitatis sententiā inaptis, atq; inconcinnitate, & recōditorum uerborum, ut ipse dicit, fœtoribus. Præci-
puamq; curam duxit, sensum animi quā apertissime ex-
primere. Quod quò facilius efficeret, aut necubi lecto-
rem, uel auditorem obturbaret, ac moraretur, neque præ-
positiones uerbis addere, neq; coniunctiones sæpius ite-
rare dubitauit, quæ detractæ afferūt aliqd obscuritatis,
etsi gratiā augent. Cacozelos, & antiquarios, ut diuerso
genere uitiosos, pari fastidio spreuit. Exagitabat nōnun-
quam in primis Mecœnatem suum, cuius myrobrecheis
(ut ait) cincinnos usquequaq; persequitur, & imitan-
do per iocū irridet. Sed nec Tyberio parcat, & exoletas
interdū, & recōditas uoces aucupāti. Marcū quidē An-
toniū ut insanū increpat, quasi ea scribentē, quæ mirētur
potius homines, quā intelligāt. Dēinde ludens malū, &
inconstans in eligēdo genere dicēdi ingeniū eius, addidit
hæc: Tuq; dubitas Cimberne Annius, an * Verrius Flac-
cus imitādi sint tibi? ita ut uerbis, quæ Crispus Sallustius
excerpsit ex originibus Catonis, ut aris? an potius Asia-
ticorum

Myrobre-
cheis, id est, vi-
guento delibus
tos.

De Aug. i Me
corn. vide Ma
crob. lib. 2. Sa
tur. c. 4.

* At. Verani⁹.

ticorum oratorum inanibus sententijs: uerborum uolubilitas in nostrū sermonē transferenda? Et quadam epistola Agrippinæ neptis ingenium collaudans, Sed opus est, inquit, dare te operam, ne molestē scribas, aut loquaris.

Vsurpatio quorundam sermonum eiusdem.

CAP. LXXXVII.

Quotidiano sermone quædā frequētius, & notabiliter usurpasse eum, literæ ipsius autographæ ostentant. In quibus idēdem cū aliquos nunquā soluturos significare uult, ad calendas Græcas soluturos ait. Et cū hortatur serēda esse præsentia qualiacūq; sint, cōtenti simus hoc Catone. Et ad exprimendam festinatæ rei uelocitatem, uelocius quā asparagi coquātur. Pōnit βλαξ Græcè asiduè & pro stulto blaceolū: & pro pullo pulleiaceū: & pro cerito uacerrosū: & uapidè sese habere, pro male: & betizare pro languere, quod uulgò lachanizare dicitur. Itē simus pro sumus: & domos genitiuo casu singulari pro domus. Nec unquā aliter hæc duo, ne quis mēdam magis, quā cōsuetudinem putet. Notauī & in chi-rographo eius ulla præcipuè non diuidere uerba, nec ab extrema parte uersuum abūdantes literas in alterū trāsferre, sed ibidem statim subiicit, circunducitq;.

Orthographia, & modus scribendi eiusdem.

CAP. LXXXVIII.

Oρθογραφiam, id est, formulam, rationemq; scribendi à grāmaticis institutam, non ad eò custodit, ac uidetur eorum sequi potius opinionem, qui perinde scribendum, ac loquendum existiment. Nam quòd sepe nō literas modò, sed syllabas aut permutat, aut præterit, communis

Ad cal. Græc. vide Chil. B. ras.

Con. si. hoc Cat. i. præsent. i. statu, qualis cunq; sit. vide Macrobi. li. 2. Sat. c. 4.

βλαξ Græcè stupidus dicit, & stolidus: hic blaceolus.

Pro pul. pulle. ea ferè forma, qua à gallina, gallinace: quò nomen, & ad auem, & ad puerū catamitum referri potest: nam tales antiquitus puli dicebantur.

Betizare, à beta, lāguida est, & flaccida herba.

Vacerrosū, à uacerra: Ceterum à Cere, re.

communis hominum error est. Nec ego id notare, nisi mihi mirum uideretur, tradidisse aliquos, legato eū consulari successorē dedisse, ut rudi, & indocto, cuius manu ixi pro ipsi scriptum animaduernerit. Quoties autem per notas scribit, b, pro a: c, pro b, ac deinceps eadem ratione sequentes literas ponit. Pro x. autem, duplex aa.

X enim nō p
ps, sed cs, aut
gs ponitur.

Peritia eius, & vsus Græcarum literarū, cū benigna audientia aliorum. CAP. LXXIX.

NE Græcarum quidem disciplinarum leuiore studio tenebatur, in quibus, & ipsis præstabat largiter, magistro dicendi usus Appollodoro Pergameno, quē iam grandem natu Apolloniam quoque secum ab urbe iuuenis adhuc eduxerat. Deinde etiam eruditione uaria repletus, Sperarci philosophi, filiorūq; eius Dionysij, & Nicanoris contubernium inijt: non tamen ut aut loqueretur expedite, aut componere aliquid auderet. Nā & si quid res exigeret, Latine formabat, uertendūq; alij dabat. Sed planè poëmatū quoq; non imperitus, delectabatur etiam comœdia ueteri, & sepe eā exhibuit publicis spectaculis. In euoluēdis utriusq; linguæ autoribus, nihil æquè sequebatur, quàm præcepta, & exēpla publicè, uel priuatim salubria. Eaq; ad uerbū excepta, aut ad domesticos, aut ad exercitiū, prouinciarūq; rectores, aut ad urbis magistratus plerūq; mittebat, prout quiq; monitione indigerent. Etiam libros totos & Senatui recitauit, & populo notos per edictum sepe fecit: ut orationes Q. Metelli de prole augēda, & Rutilij de modo ædificiorū, quò magis persuaderet, utraq; rem nō à se primò animaduersam, sed antiquis iam tunc curæ fuisse. Ingenia seculi sui omnibus

De Apollodoro Pergameno uide Strabo. lib. 13.

De Q. Metelli oratione lege Gel. lib. 1. c. 6.

Multi apud Ro. de architectura, et modo ædificiorū scripserunt, inter quos excellit Vitru. ante autem Vitru. scripsit Rutilius.

modis

Commissionibus. i. poetarum modis fuit. Recitantes & benigne, & patienter audivit: nec tantum carmina, & historias, sed & orationes, & dialogos. Componi tamem aliquid de se, nisi & serio, et a praestantissimis, offendeatur. Admonebatque Praetores, ne parerentur nomen suum commissionibus obsolescere

Observatio religionum eius. CAP. XC.

Cur Augustus circa religiones talem accepimus: Tonitrua, et fulgura paulo infirmius expauescebat, ut semper, et ubique pellem vituli marini circumferret pro remedio, atque ad omnem maioris tempestatis suspicionem in abditum, et concameratum locum se reciperet, consternatus olim per nocturnum iter transcurso fulguris, ut supra diximus.

Observatio somniorum eius. CAP. XCI.

Cur Augustus somnio acie quamvis statuisset non egredi tabernaculum propter valetudinem, egressus est tamen, medici somnio monitus, cessitque res prosperere, quando captis castris, lectica eius, quasi ibi cubans remansisset, concursu hostium confossa, atque lacerata est. ipse per omne uer plurima, et formidolosissima, et uana, et irrita uidebat, reliquo tempore rariora, et minus uana. Cum dedicatam in

Capitolio aedem Tonanti Ioui assidue frequentaret, somniauit queri Capitolinum Iouem cultores sibi abduci, seque respondisse, Tonantem pro ianitore ei appositum, ideoque mox tintinnabulis fastigium aedis redimiuit, quod ea ferè ianuis dependebat. Ex nocturno visu etiam stipem quotannis die certo emendicabat a populo, cauam manum asses porrigentibus praebens.

Observatio auspicioꝝ eius. CAP. XCII.

Auspicia

Cur Augustus tonante coelo abdita peteret, & pellem marini vituli circumferret, lege Pli. li. 2. c. 3.

Philipp. acie: vide P. iut. in vita Brutii.

Auspicia, & omina quædam pro certissimis obseruabat. Si manè sibi calceus perperam, ac sinister pro dextero induceretur, ut dirum. Si terra, mari ue ingrediente se longinquam profectioem, fortè rorasset, ut lætum, maturiq; & prosperi reditus. Sed & ostentis præcipuè mouebatur. Enatam inter iuncturas lapidum ante domum suam palmam, in compluuium deorum penatium transtulit, utq; coalesceret magnopere curauit. Apud insulam Capreas, ueterrimæ ilicis demissos iam ad terrã, languentesq; ramos conualuisse aduentu suo, adeò letatus est, ut eas cum republica Neapolitanorum permutauerit. Aenaria data. Obseruabat & dies quosdã, ne aut postridie* nundinas quoquam proficisceretur, aut nonis quicquam rei seriæ inchoaret: nihil in hoc quidem aliud deuitans, ut ad Tyberium scribit, quàm *Auo Φημισα* ominis.

Si ma. sib. calcege Plin. lib. 2. cap. 7.

Aenaria, insula in Puteolanis in sinu, à statione nauium Aeneæ dicta. Kal's, nonas.

Obseruatio peregrinarum ceremoniarum eius.

C A P.

X C I I I.

Peregrinarum ceremoniarum siatuetes, ac receptas reuerentissimè coluit, ita ceteras contemptui habuit. Nanq; Athenis initiatus, cum postea Romæ pro tribunali de priuilegio sacerdotum Atticæ Cereris cognosceret, & quædã secretiora proponerentur, dimisso cõcilio, & corona circumstantium, solus audijt disceptantes. At contrà non modò in peragranda Aegypto paulò deflectere ad uisendum Apin superfedit, sed & Caium nepotem, quòd Iudæam præteruchens apud Hierosolymam non supplicasset, collaudauit.

i. infamiam, hoc est infamem, & omnino fam vocem.

siem.

De Cereris mysterijs lege Pluta. in vita Demetrii, & Alcibiadis.

De Api. lege Soli. in Polyhist. Hero. li. 2. & Plin. lib. 8. cap. 46.

Septendecim præfagia, per quæ eius felicitas prænosci potuit.

C A P.

X C I I I I.

Hierosolyma, genere foeminae, no,

Et quo

nota Se
omnia

ET quoniam ad hoc uentum est, nō ab re fuerit subte
xere, quæ ei prius, quàm nasceretur, & ipso natali
die, ac dēinceps euenirent, quibus futura magnitudo
eius, & perpetua felicitas sperari, animaduertiq; possent.

Leges in res
incisæ, in æra
riumq; recon
ditæ infirmari,
tolliq; nō pote
rant: quæ uerō
promulgatæ tā
tum erant, nec
dum in cō iuci
sæ, intercessio
ne aboleri po
terāt, ut docet
Cic. in. 1. Phil.
Mēditis. i. Ae
gyptij.

Velitris antiquitus tacta de cœlo parte muri, responsum
est, eius oppidi ciuē quandoq; rerū potiturū: qua fiducia
Velitrimī & tunc statim, & postea sæpius penē ad exi
tium sui cum populo Romano belligerauerant: serō tan
dem documētis apparuit, ostentū illud Augusti potentia
portēdisse. Autor est Iulius Marathus, ante paucos quàm
nasceretur menses, prodigium Romæ factū publicè, quo
denuntiabatur regem po. Ro. naturam parturire. Senatū
exterritum censuisse, ne quis illo anno genitus educare
tur. Eos qui grauidas uxores haberent, quod ad se quisq;
spē traheret, curasse, ne Senatuscōsultū ad erariū deser
retur. In Asclepiadis Mendetis θεολογικῶν libri le
go, Acciā, cū ad solēne Apollinis sacrū media nocte ue
nisset, posita in tēplo lectica, dū cetera matrona dormi
rent, obdormisse, draconemq; repente irrepisse ad eam,
pauloq; post egressum, illamq; expergesactā quasi à con
cubitu mariti purificasse se, & statim in corpore eius ex
titisse maculā, uelut depicti draconis, nec potuisse unquā
eximi, adeo ut mox publicis balneis perpetuò abstinuer
it: Augustū natū mense decimo, et ob hoc Apollinis filiū
existimatum. Eadem Accia prius, quàm pareret, somnia
uit intestina sua ferri ad sidera, explicariq; per omnem
terrarum, & cœli ambitum. Somniauit & pater Octa
uius, utero Acciæ iubar solis exortū. Quo natus est die,
cū de Catilinæ cōiuratione ageretur in curia, & Octa
uius

Theologume
na, dicuntur re
rum diuina
rum, deorūq;
dissertationes,
disputationes
ue.

uiu
tar
par
tum
duc
con
so s
grej
omn
ti, si
stati
fulm
ta co
exim
Dru
co p
dem
ortu
strep
rane
more
rapu
niter
Capi
louen
luden
publi
anim
rum.

uius ob uxoris puerperium serius adfuisse, nota, ac uulga-
 ta res est, P. Nigidium cōperta moræ causa, ut horā quoq;
 partus acceperit, affirmasse dominum terrarum orbi na-
 tum. Octauio postea cū per secreta Thraciæ exercitū
 duceret, in Liberi patris luco barbara ceremonia de filio
 consulenti, idem affirmatū est à sacerdotibus, quod insu-
 so super altaria mero tantū flammæ emicuisse, ut super-
 gressa fastigiū templi ad cœlum usq; ferretur, uniq; olim
 omnino Magno Alexandro apud easdem aras sacrifican-
 ti, simile prouenisset ostentum. Atq; etiam sequenti nocte
 statim uidere uisus est filiū mortali specie ampliōrē cum
 fulmine, & sceptro, exuuijsq; Iouis Opt. Max. ac radi-
 ta corona super laureatum currum, bisseis equis cādore
 eximio trahentibus. Infans adhuc, ut scriptū apud Caium
 Drusum extat, repositus uespere in cunas à nutricula lo-
 co plano, postera luce non cōparuit: & diu quæsitus tan-
 dem in altissima turri repertus est, iacens contra solis ex-
 ortum. Cū primū fari cœpisset, in auito suburbano ob-
 strepentes fortè ranas silere iussit, atq; ex eo negantur ibi
 ranæ coaxare. Ad quartum lapidē Campaniæ uic, in ne-
 more prandenti, ex improviso aquila panem ei è manu
 rapuit: & cū altissimè uolasset, rursus ex improviso le-
 niter delapsa reddidit. Quintus Catulus post dedicatum
 Capitolium duabus continuis noctibus somniauit: Prima
 Iouem Opt. Max. prætextatis compluribus circum aram
 ludentibus, unum secreuisse, atq; in eius sinum signū Rei
 publicæ, quod manu gestaret, reposuisse: atq; in sequenti
 animaduertisse, se in gremio Capitolini Iouis eūdem pue-
 rum. Quem cū detrabi iussisset, prohibitū monitu dei,
 i tanquam

Fuit P. Nigi-
 dius astrolo-
 gicæ, magisq;
 peritissimus.

Exuuiæ Iouis,
 ut innuit L. iui-
 lib. 10. sunt ful-
 mē, sceptrum,
 toga prætextā,
 tunica palmar-
 ta, toga picā,

Ra. file. iust. Si
 mile ab Hercu-
 le factum dum
 apud Rheginos
 quiesceret. Vi-
 de Solin. &
 Diodo.

Gracchus, ut
 ait Plu. in eius
 vita, dimenso
 uicarij spatio,
 singulis millia-
 rijis columnas
 lapideas spatij
 signa præferen-
 tes constituit.

Sig. reip. quidā
 aquilam inter
 prætextur. alij si-
 mulacrum Li-
 bertatis,

tanquam is ad tutelam reipublicæ educaretur. Ac diè proximo obuium sibi Augustum, cum incognitum aliàs haberet, non sine admiratione contuitus, simillimū dixit puero, de quo somniasset. Quidam prius somnium Catuli aliter exponunt, quasi Iupiter compluribus prætextatis tutorem à se poscentibus, unum ex eis demonstrasset, ad quem omnia desideria sua referrent, eiusq; osculum delibatū digitis ad os suum retulisset. Marcus Cicero Caium Cæsarem in Capitolium profecutus, somnium pristinae notis familiaribus fortè narrabat: Puerum facie liberali, de missum caelo, catena aurea ad fores Capitolij constituisse, eiq; Iouem flagellum tradidisse: deinde repentè Augusto uiso, què ignotum adhuc plerisque auunculus Cæsar ad sacrificandum acciuerat, affirmavit ipsum esse, cuius imago secundū quietem sibi obuersata sit. Sumentis uirilè togam, tunica lati clauis resuta ex utraq; parte, ad pedes decidit. Fuerunt, qui interpretarentur, non aliud significare, quam ut is ordo cuius insigne id esset, quandoque ei subijceretur. Apud Mundam D. Iulius castris locum capiens, cum syluam cæderet, arborè palmæ repertam, conseruari, ut omen uictoriæ, iussit. Ex ea continuò enata soboles, adeò in paucis diebus adoleuit, ut nõ equipararet modò matricem, uerùm etiam obtegeret: frequetareturq; columbarum nidis: quamuis id auium genus duram, & asperam frondem maxime uitet. Illo præcipuè ostento motum Cæsarem ferunt, ne quem alium sibi succedere, quàm sororis nepotè, uellet. In secessu Apolloniæ Theogenis mathematici pergulam comite Agrippa ascenderrat, cum Agrippæ, qui prior consulebat, magna, & penè

Fac. liber. d. in
genuo filo to-
tius corporatu
re.

Secundū quie-
tem, pro per-
quietem.

Matrix, arbor
primū conlita,
vnde sylue
sciunt cætere.

incred

incr
nec
in
e
Tan
suu
pric

euer

P

circu

subin

est. P

cim s

omni

fibra

quan

F

suor

C

de inf

citu,

cuta e

de fut

specie

nõ lic

incredibilia prædiceretur, ^{calla} reticere ipse genituram suam. Geniturâ, vulgus natiuitatē appellat.
 nec uelle edere perseuerabat, metu, ac pudore, ne minor inueniretur. Quæ tamen post multas adhortationes uix & cunctanter edita, exiliuit Theogenes, adorauitq; eū.
 Tantâ mox fiduciam fati Augustus habuit, ut thema suum uulgauerit, nummumq; argenteum nota sideris Capricorni, quo natus est, percussisset. Thema. i. propositum suæ constellationis, suæq; genituræ. Alij stema legunt.

Prodigia, quæ post necem Iulij ipsi Augusto euenerunt. CAP. XCV.

Post necem Cesaris reuerso ab Apollonia, & ingrediente eo urbem, repente liquido, ac puro sereno, circulus ad speciem cœlestis arcus, orbem solis ambiit, ac subinde Iulie Cesaris filie monumentum fulmine ictum est. Primo autem consulatu ei augurium capienti, duodecim se uultures, ut Romulo, ostenderunt: & immolanti omnium uictimarū iecinora replicata intrinsecus ab ima fibra patuerunt, nemine peritorum aliter coniectante, quam lata per hæc, & magna portendi.

Prodigia per quæ præsensit euentum bellorum suorum. CAP. XCVI.

Quin & bellorū omnium euentus antè præsensit. Cōtractis ad Bononiā triūuitorū copijs, aquila tētorio eius supersedēs, duos coruos hinc & inde infestātes, afflixit, & ad terrā dedit, notatē omni exercitu, futurā qnq; inter collegas discordiā talē, qualis secuta est, ac exitū præsagiēte. In Philippis, Thejjalus quidam de futura uictoria nūciauit, autore D. Cesare, cuius sibi species itinere auio occurrisset. Circa Perusiā, sacrificio nō litatē, cū augeri hostias impasset, ac subita eruptiōe Plin. lege lib. 11. c. 37. Moris erat, ut priā hostia nō litante, altera, dein tertia, pluresue adhiberetur, & ita nūerus hostiarum augeretur, donec litatum foret. Hinc legitur Paul. Aemiliū sacrificantē non litasse, usq; ad 20. hostiā: in 20. uerò priā apparuisse signa uictoriam promittentia.
 i 2 hostes

Eutychus, for
tunatus dicitur

Nicon Græcè
vincens
visū
In tēplo, Mar
ti, & Neptuno
sacro,

hostes omnē rei diuinæ apparatus abstulisset, constituit in
ter aruspices, quæ periculosa, & aduersa sacrificati denū
ciata essent, cuncta in ipsos recasura, qui exta haberent.
Neq; aliter euenit. Pridie quàm Siciliensem pugnam classem
committeret, deambulati in littore, piscis è mari exiit,
& ad pedes iacuit. Apud Actiū descendē in aciem a sel-
lus cū asinario occurrit: Eutychus homini, bestia Nicon
erat nomen. Vtriusq; simulacrum æneum uictor posuit
in templo, in quod castrorum suorum locum uertit.

Ostenta prænunciantia mortem eius.

C A P.

X C VII.

Nūcupare vo
ta, est pronun
ciare, pmitte
re, palam nota
re, & mox in
tabulas refer
re.

Prima Agrip
pæ litera est a,
per quam Au
gustum inter
præbantur.

Mors quoq; eius, de qua dehinc dicam, diuinitasq;
post mortē, euidentissimis ostētis præcognita est.
Cum lustrum in campo Martio magna populi frequētia
conderet: aquila eum sæpius circumuolauit, transgressaq;
in uicinā eadem super nomen Agrippæ, ad primam literā
sedit. Quo animaduerso, uota, quæ in proximum lustrum
suscipi mos est, collegam suum Tyberium nūcupare iussit.
Nam se, quanquam cōscriptis, paratisq; iam tabulis, ne
gavit suscepturū, quæ non esset soluturus. Sub idem tem
pus, ictu fulminis ex inscriptione statuæ eius prima nomi
nis litera effluxit. Responsum est, centum solos dies post
hac uicturum, quem numerū C. litera notaret, futurumq;
ut inter deos referretur, quod æsar, id est, reliqua pars è
Cæsaris nomine, Hetrusca lingua deus uocaretur. Tybe
rium igitur in Illyricum dimissurus, & Beneuentum usq;
prosecuturus, cū interpellatores alij, atq; alij causis in
iure dicendo detinerēt, exclamauit, quod & ipsum mox
inter omnia relatum est, non, si omnia morarentur, am
plius

plius
Astur
ete ad

C
rum q
otium
num p
na, qu
ra lib
Per il
nis pe
nos au
exegū
nem A
cōtin
lia dis
Roma
& ex
tere in
suo pr
diq; p
niq; g
et q
comit
cōdito
gabæ

plius

plius se posthac Romæ futurū. Atque itinere inchoato, Asturam perrexit: & inde præter consuetudinem de nocte ad occasionem auræ euectus est.

Causæ infirmitatis eius, & gesta in eadem.

CAP. XC VIII.

Causam ualeitudinis cōtraxit ex profluuiio alui. Tūc Cāpaniæ ora, proximūq; insulis circuitis, Caprearum quoq; secessui quatrīduū impendit, remissis: imo ad otium, & ad omnē comitatē animo. Fortē Puteolanū sit ^{atodopasatenpo,} num præteruidenti, uectores, nautæq; de nauī Alexādrī ^{pasageres,} na, quæ tūc quidē appulerat, cādīdati, coronatīq; & turā libātes, fausta omnia, & eximias laudes cōgesserant: Per illū se uiuere, per illū nauigare, libertate, atq; fortunis per illū frui. Quare admodū exhilaratus, quadragenos aureos comitibus diuisit, iusq; iurādum, & cautionē exegit à singulis, non aliō datam summā, quā in emptio nem Alexādrinarū mercīū absumpturos. Sed & ceteros cōtinuos dies inter uaria munuscula, togas insuper, ac pallia distribuit, lege proposita, ut Romani Græco, Græci Romano habitu, & sermone uterētur. Spectauit assiduē, & exercentes ephebos, quorū aliqua adhuc copia ex uetere instituto Capreis erat. Iisdē etiam epulū in cōspectu suo præbuit, permīssa, imō exacta iocādī licētia, diripiēdiq; pomorū, & obsoniorū, rerūq; missilium. Nullo deniq; genere hilaritatis abstīnuī. Vicinam Capreis insulā ἑπταγώνωλι appellabat, à desidia secedentium illuc cōmitatu suo. Sed ex dilectis unū Masgabā nomine, quasi cōditorē insulæ, κτίσιν uocare cōsueuerat. Huius Masgabæ ante annū defuncti tumulū cū ex triclinio animad-

Res missiles, hic dicuntur, quæ mitti, spar- gūq; ex libera- litate precipis in populū con- fucere.

i. locij ciuitatē, aut delidix.

i. conditorem, ædificatorem.

uertisset, magna turba, multisq; luminibus frequentari, uersum compositum ex tempore clare pronunciauit:

L. cōditoris tur-
mutū video sū
granrem.

Κτίσθ δὲ τὴν βαρὴν εἰς ἑγὼ προσηύδα.
Conuersusq; ad Thrasyllum Tyberij comitem contrā ac-
cubantem, & ignarum rei interrogauit, cuiusnam poëta
putaret esse. Quo hæsitante, subiecit alium.

i. vides lumini-
bus Masgabā
honoratum.

Ὅπως φαίνοσι μάσγαβον λυμώμειον.
De hoc quoq; consulit. Cum ille nihil aliud responderet,
quā cuiuscūq; essent, optimos esse, cachinnum sustulit,
atq; in iocos effusus est. Mox Neapolim traiecit, quāquā

De quinquen-
nali Neapoli-
tanorum ago-
ne lege Strab.
lib. 5.
Ad destin. loc.
Beneuentum.

& tum infirmis intestinis: morbo uariāte tamē, & quā-
quēnale certamen gymnicū honori suo institutū per spe-
ctauit, & cum Tyberio ad destinatū locū cōtendit. Sed
in redeūdo, aggrauata ualetudine, tādē Nolæ succubuit:
reuocatūq; ex itinere Tyberii, diu secreto sermone de-
tinuit, neq; pōst ulli maiori negotio animū accōmodauit.
Mors eius, & gesta per eūdem. CAP. XCIX.

Mimum vit.
Quæsiuit Au-
gustinus, an fa-
bulā viæ vide-
retur decenter
peregisse.

Supremo die identidem exquirens, an iam de se tumul-
tus foris esset, petito speculo, capillū sibi comi, ac ma-
las labentes sibi corrigi præcepit, & amicos admissos
percontatus: ecquid his uideretur minum uitæ commodē
transsegisse: adiecit & clausulam:

Alias.
τὴν ὡσιότητα.
sensus est: Da-
te plausum, &
omnes uos cū
gaudia plaudi-
te.

Δότε κρόνον ἢ πάντας ὑμῶν μετὰ χαρῶν* κ' ὑπὸν ἄγετε.
Omnibus demde dimissis, dū adueniētes ab urbe de Drusi
filia ægra interrogabat, repente in osculis Liuiæ, & in
hac uocedescit: Liuia nostri coniugij memor uiuæ, ac ual-
le: sortitus exitū facile, & qualē semp optauerat. Nā serē
quoties audisset, citò, ac nullo cruciatu defunctū quem-
piam, sibi, & suis εὐθυσίασιν simile (hoc enim & uer-

i. bonā mortē,

bo uti solebat) precabatur. Vnum omnino ante efflatam animā signū alienatæ mentis ostendit, quod subito pauefactus, à quadraginta se iuuenibus abripi quæstus est. Id quoq; magis præfaziū, quàm mentis diminutio fuit: siquidem totidē milites prætoriani extulerūt cum in publicū.

De Augusti
morte aliter
scribit Sex,
Aurel.

Dies mortis eius, & ætas, & exequiæ eiusdem.

C A P.

C.

O Bijt in cubiculo eodē, quo pater Octavius, duobus Sextis, Pōpeio & Apuleio c o s s. decimo quarto Calend. Septembris, hora diei nona, l x x. & v i. ætatis anno, diebus v. & x x x. minus. Corpus Decuriones municipiorum, & coloniarum, à Nola Bouillas usq; deportarunt, noñtibus propter anni tempus, cū interdū in basilica cuiusq; oppidi, uel in æde sacrarum maxima reponeretur. A Bouillis equester ordo suscepit, urbiq; intulit, atq; in uestibulo domus collocauit. Senatus & in funere ornando, & in memoria honoranda eo studio certatim progressus est, ut inter alia complura censuerint quidam funus triumphali porta ducendum, præcedente Victoria, quæ est in curia, canentibus neniam principum liberis utriusq; sexus. Alij exequiarum die ponendos annulos aureos, ferreosq; sumendos: nonnulli legenda ossa per sacerdotes summorū collegiorum. Fuit & qui suaderet appellationem mensis Augusti in Septembrem transferendam: quod hoc genitus Augustus, illo defunctus esset. Alius, ut omne tempus à primo die natalis usque ad exitum eius, seculum Augustum appellaretur, & ita in fastos referretur. Verū adhibito honoribus modo, bisacriam laudatus est: pro æde diui Iulij à Tyberio, & pro

recidros deluga
et pexillos,

casaba yan
asmano
Bouill. hic Clo
dius à Milone
occisus est.
aerial cecado
sincubrie,

Preced. Vñio.
i. Victorie deæ
simulacro.
Laendecha

Sac. sum. cell.
quales sunt pō
tiffices, salij,
augures.

ledomanenas

Sub veter. lege
Baptist. E. gna
tium in Anno,
in Suetio.

cinna

Tunicati. i. vt
vulgus loqui-
tur, sola cami-
sa induit,
enel sepulcro

rostris sub ueteribus à Druso Tyberij filio, ac Senatorum
humeralibus delatus in campum, crematusq;. Nec defuit uir
prætorius, qui se effigiem cremati euntem in cœlū uidisse
iurasset. Reliquias legerunt primores equestris ordinis
tunicati, & discincti, pedibusq; nudis, ac in mausoleo cō-
diderūt. Id opus inter Flaminia uiam, ripamq; Tyberis,
sexto suo consulatu extruxerat: circumiectasq; syluas, &
ambulationes in usum populi tunc iam publicarat.

Testamentum, & suprema uoluntas eiusdem.

C A P.

C I.

Testamentum L. Planco, C. Silio cōsulibus, III. no-
nas Aprilis ante annum & IIII. menses quàm de-
cederet, factū ab eo, ac duobus codicibus, partim ipsius,
partim libertorū Polybij, & Hilarionis manu scriptum,
depositumq; apud sex uirgines Vestales, cum tribus si-
gnatis æque uoluminibus protulerunt. Quæ omnia in Se-
natu aperta, atq; recitata sunt. Heredes instituit primos,
Tyberium ex parte dimidia & sextante, Liuiam ex parte
tertia, quos & ferre nomē suum iussit. Secundos, Drusum
Tyberij filium ex triente, & ex partibus reliquis Germa-
nicum, liberosq; eius tres sexus uirilis. Tertio gradu, pro-
pinquos, amicosq; complures. Legauit populo Romano
quadringentias, tribubus tricies quinquies n s. Prætoria-
nis militibus singula millia nummorum, Cohortibus urba-
nis quingenos, Legionarijs trecenos nummos, quam sum-
mam representari iussit. Nam & confiscatam semper, re-
positamq; habuerat. Reliqua legata uariè dedit, produ-
xitq; quædam ad uicena sestertia, quibus soluendis annum
diem funijt, excusata rei familiaris mediocritate, nec plus
peruenit

o. f. eos. tres. libros

.s. octo,

Confiscatam
i. in fidei repo-
sitam
i. iussit

peru-
ties p-
cies n-
penē
here-
nept-
ri. * I-
comp-
uelle-
rentu-
tum
& fi-
rum,



clien-
sorte
Clau-
ferē
insup-
pultu-
dente

peruenturum ad heredes suos, quàm millies & quingen-
 ties professus: quamuis xx. proximis annis quaterde-
 cies millies ex testamentis amicorum percepisset: quod
 penè omne cum duobus paternis patrimonijs, caterisq;
 hereditatibus in rempublicam absumpisset. Iulias filia,
 neptēq; si quid his accidisset, uetuit sepulchro suo infer-
 ri.* De tribus uoluminibus, uno mandata de funere suo
 complexus est: Altero indicem rerum à se gestarū, quem
 uellet incidi in aeneis tabulis, quæ ante mausoleum statue-
 rentur: Tertio breuiarium totius imperij, quantum mili-
 tum sub signis ubiq; essent, quantum pecuniæ in ærario,
 & fiscis, & uectigaliorum residuis. Adiecit & libertorū,
 seruorumq; nomina, à quibus ratio exigi posset.

Si quid his ac-
 i. si mori con-
 tigit. Testa-
 torum uerbū
 est.

*aliās, tribus,
 de præpositiōe
 sublata.

Breuiariū, cō
 pendium.

*aliās esset.

C. SVETONII

TRANQVILLI

Tyberius Cæsar.



ATRITIA gens Claudia (fuit enim &
 alia plebeia, nec potentia minor, nec digni-
 tate) orta est ex Regilis oppido Sabinorū.
 Inde Romam recens conditam, cum magna
 clientum manu commigrauit, autore Tito Tatius con-
 sorte Romuli: uel, quod magis constat, Appio
 Claudio gentis principe, post reges exactos, sexto
 ferè anno, à patribus in prætritos cooptata. Agrum
 insuper trans Anienem clientibus, lucumq; sibi ad se-
 pulchrum sub Capitolio publicè accepit. Deinceps proce-
 dente tēpore, duodetriginta cōsulatus, dictaturus quinque
 i s censuras

De origine
 Claudie gētis
 lege Liii. lib.
 2. & Dionys.
 Antiq. Ro. lib.
 5. & Plut. in
 vita Publico.

cenſuras ſeptem, triumphos ſex, duas ouationes adeptus eſt. Cum prænominibus, cognominibusq; uarijs diſtingue-
retur, Lucij prænomenſu repudiavit poſt, quàm e
duobus gētilibus præditis eo, alter latrocinij, cædis alter
conuictus eſt. Inter cognomina autē, & Neronis aſſum-
pſit, quo ſignificatur lingua Sabina fortis, ac ſtrenuus.

Gens Claudiorū, & eorum geſta. CAP. II.

App. Cæc. le-
ge Cic. in Cat.
Maio. & Plut.
inuita Pyrrhi.

Cla. Caudex,
lege Poly. lib.
I. hiſtor.

Claud. Nero.
lege L. iui. 3. de
cad. libr. 7.
Claud. App.
Reg. lege L. iui.
libr. 3. ab vrb.
Claud. Pulcher.
lege L. iui. lib.
19. qui nō Ili-
ciam, ſed C.
Glauciam di-
ſtat. ab App.
Pul. dictū ſcri-
bit.

Et quæ nauē,
&c. lege L. iui.
lib. 9. 3. decad.
& Sili. lib. vii.
bel. Pun. ac
Ouid. libr. 4.
Faſtorum.

Multa multorum Claudiorum egregia merita, mul-
ta etiam ſecus admiſſa in rempublicam extāt. Sed
ut præcipua cōmemorem, Appius Cæcus ſocietatem cum
rege Pyrrho, ut parum ſalubrem imiri diſſuaſit. Claudius
Caudex, primus freto claſſe tranſiecto, Pœnos Sicilia
expulit. Claudius Nero aduenientem ex Hiſpania cum
ingentibus copijs Aſdrubalem, prius quàm Annibali fra-
tri coniungeretur, oppreſſit. Contra. Claudius Appius
Regillanus decemuir legibus ſcribendis, uirginem inge-
nuam per uim libidinis gratia, in ſeruitutē aſſerere cona-
tus, cauſa fuit plebi ſecedendi ruruſum à patribus. Clau-
dius Druſus ſtatua ſibi cum diademate ad Appij forum
poſita, Italiã per clientellas occupare tētauit. Claudius
Pulcher apud Sicilia non paſcentibus in auſpicando pul-
lis, ac per contemptum religionis mari demerſis, ut bibe-
rent, quando eſſe nolent, prælium nauale inijt. Supera-
tusq; cum dictatorem dicere à Senatu iuberetur, uelut
iterum illudēs diſcrimini publico, lliciam uiatorem ſuum
dixit. Extant & forminarū exēpla diuerſa: Nequē ſiqui-
dem gentis eiufdem utraq; Claudia fuit, & quæ nauem
cum ſacris matris deūm Idææ adherentē Tyberino uado
extraxit, præcata propalam, ut ita demū ſe ſequeretur, ſi
ſibi

sibi pudicitia constaret: & quæ nouo more iudicium ma-
iestatis apud populum mulier subijt, quòd in cõferta mul-
titudine ægrè procedente carpento, palàm optauerit, ut
frater suus Pulcher reuiuisceret, atq; iterũ clasẽ amitte-
ret, quòd minor turba Romæ foret. Præterea notissimũ est
Claudios omnes, excepto duntaxat P. Clodio, qui ob ex-
pellendum urbe Ciceronem, plebeio homini, atq; etiã na-
tu minori in adoptionem se dedit, optimates, assertoresq;
unicos dignitatis, ac potentia patritiorum semper fuisse,
atque aduersus plebem adeò uolentos, ac contumaces, ut
ne capitis quidem quisquam reus apud populum mutare
uestem, aut deprecari sustinuerit, nonnulli in altercatione,
& iurgio trib. pleb. pulsauerint. Etiã uirgo Vestalis fra-
trem iniussu populi triũphãtem, ascenso simul curru, usq;
in Capitolium prosecuta est, ne uetare, aut intercedere
fas cuiquam tribunorum esset.

De qua stirpe Tyberius genus traxit. C A P. III.

EX hac stirpe Tyberius Cesar genus trahit, & qui-
dem utrumq; : paternum à Claudio Nerone, mater-
num ab Appio Pulchro, qui ambo Appij Cæci filij fue-
runt. Insertus est & Liuiorum familia, adoptato in eam
materno auo. Quæ familia, quanquam plebeia, tamen &
ipsa admodum floruit octo consulatibus, censuris duabus,
triumphis tribus: dictatura etiam, ac magisterio equi-
tum honorata: clara & insignibus uiris, ac maxime
Salinatore, Drusisq;. Salinator uniuersas tribus in cen-
sura notauit leuitatis nomine, quòd cum se post priorem
consulatum multa irrogata condemnassent, c o s. ite-
rum, censoremq; fecissent. Drusus hostium duce Drauso,
cominus

Nouo more
nõ enim solẽt
forminæ maie-
statis iudiciũ
subire. De hac
autẽ Claudia
lege Liui. lib.
19.

Assert. qd. dig.
lege Liui. lib.
5. & 7.

Vt ne cap. qd.
&c. lege. Liui.
lib. 2.

Vir. Vest. fra.
Valer. lib. 5. c.
de piet. erga
paren. scribit
non fratrẽ, sed
patrem Clau-
diæ Vestalis
fuisse.

cominus trucidato, sibi, posterisq; suis cognomē inuenit. Traditur etiam pro Pratore ex prouincia Gallia retulisse aurum, Senonibus olim in obsidione Capitolij datum, nec (ut fama) extortum à Camillo. Eius abnepos, ob exitiam aduersus Gracchos operam patronus Senatus dicitur, filium reliquit, quem in simili disensione multa uariè molientem, diuersa factio per fraudem interemit.

De patre Tyberij.

CAP. IIII.

Pater uerò Tyberij Quæstor Caij Cesaris, Alexandrino bello classi præpositus, plurimū ad uictoriam contulit. Quare et pontifex in locum Publij Scipionis substitutus, et ad deducēdas in Galliā colonias, in queis Narbona, et Arelate erant, missus est. Tamen Cesare occiso, cunctis turbarū metu abolitionem facti decernentibus, etiam de præmijs tyrannicidarum referendum censuit. Prætura deinde functus, cum exitu anni discordia inter triumuiros exorta esset, retentis ultra iustum tēpus in signibus, Lucium Antonium cōsulem triumuiri fratrem, ad Perusiam secutus, deditioe à cæteris facta, solus permansit in partibus, ac primo Præneste, inde Neapolim euasit: seruisq; ad pileum frustra uocatis, in Sicilia profugit. Sed indignè ferens, nec statim se in conspectum Sexti Pompeij admissum, et fascium usu prohibitum, ad Marcum Antonium traiecit in Achaiam. Cum quo breui reconciliata inter omnes pace, Romam redijt, uxoremq; Liuiam Drusillam, et tunc grauidam, et antè iam apud se Tyberium enixam, petenti Augusto concessit. Nec multò post diem obiit, utroque liberorum superstitè, Tyberio, Drusoq; Neronibus.

Locus

Lege Appi. li. i. bell. ciuili.

Diuersa factio, pro aduersarijs partibus.

Abolit. fac. decerni. amnestiam, obliuio, nis legē reuocandā censentibus, vide Beuol. in annot. & Polyd. Vergil. in adagio, Ver Atheniensem renouemus exemplū.

ad manum m. p. q. q. p. i. u. m. m. s. i. l. i. b. e. n. i. f. o. h. e. e. n. o. p. o. t. e. r. a. n. t.

Fasc. vs. quod fasces, & prætoriam insigniam præ se ferret.

Locus, & tempus natiuitatis Tyberij. CVP. V.

TYberium quidā Fundis natū existimauerunt, secuti
leuem cōiecturam, quōd materna eius auia Funda- Romani veteres inter numi-
na Felicitatē quoq; deā cor-
lebant.
na fuerit, & quōd mox simulacrū Felicitatis ex Senatus-
consulto publicatum ibi sit. Sed ut plures, certioresq; tra-
dunt, natus est Romæ, in palatio, decimosexto Calendas
Decemb. M. Aemilio Lepido iterum, & Munatio Plāco

COS. * post bellū Philippēse. Sic enim in fastos, actūq; * Aliā per.
publica relatū est. Nec tamen desunt, qui partim antee-
dente anno Hirtij, ac Pansæ, partim insequente, Scruilij
Isaurici, Antonijq; consulatu genitum eum scribant.

Infantia, & pueritia Tyberij. CAP. VI.

Insantiam, pueritiāq; habuit luxuriosam, & exerci- Sub irrupta
hosti. Augusti
militēs signifi-
cat, qui tūc ho-
stis erat patris
Tyberij.
tātam, comes usquequaq; parentum fugæ, quos quidē consulioray
apud Neapolim sub irruptionē hostis nauigium clam pe-
tentes, uagitu suo penē bis prodidit: semel, cū a nutricis
ubere: itē cū a sinu matris raptim auferretur ab ijs, qui
pro necessitate temporis mulierculas leuare onere tenta-
bant. Per Siciliā quoq; & Achaia circūductus, ac Lace-
dæmonijs publicē, qui in tutela Claudiorū erant, demāda-
tus, digrediens inde itinere nocturno, discrimē uitæ adiit,
flamma repētē è syluis undiq; exorta, adeoq; omnē comi-
tatum circūplexa, ut Liuiæ pars uestis, & capilli ambu-
rerentur. Munera, quibus a Pompeia Sexti Pōpeij sorore
in Sicilia donatus est, chlamys, & fibula, itē bullæ aureæ Romanorum
more, qui testa-
mento adopta-
bantur, testato-
ris nomen acci-
piant.
durant, ostendunturq; adhuc Baijs. Post reditū in urbem
a Marco Gallio senatore testamēto adoptatus, heredita-
te adita, mox noīe abstinuit: quōd Gallius aduersariū Au-
gusto partiū fuerat. Nouē natus annos, de functū patrem

pro



pro Rostris laudauit. Dehinc pubescens, Actiaco triumpho currum Augusti comitatus est, sinistrore funali equo, cum Marcellus Octauiae filius dexteriore uehertur. Praesedit & Actiacis ludis, & Troianis Circensibus, ductor turmae puerorum maiorum.

Adolescentia, & vxores eius. CAP. VII.

Virili toga sumpta, adolescentiam omnem, spatiaque insequentis etatis usque ad principatus initia, per haec ferè transiegit. Munus gladiatorium in memoriam patris, & alterum in aui Drusti dedit, diuersis temporibus, ac locis. Primum in foro, secundum in amphitheatro, rudariis quoque quibusdam reuocatis, auctoramento centum milium. Dedit & ludos, sed absens: cuncta magnificè, impensa matris, ac uitrici. Agrippinam Marco Agrippa genitam, neptem Pomponij Attici equitis Romani, ad quem sunt Cicronis epistolae, duxit uxorem, sublatoque ex ea filio Druso, quanquam bene conuenientè, rursusque grauidam dimittere, ac Iuliam Augusti filiam confestim coactus est ducere, non sine magno angore animi: cum & Agrippinae consuetudine teneretur, & Iuliae mores improbareret, ut quam sensisset, sui quoque sub priore marito appetentem, quod sanè uulgò etiam existimabatur. Sed Agrippinam, & abegisse post diuortium doluit, & semel omnino ex occursum uisam, adeò contentis, & tumentibus oculis persecutus est, ut custoditum sit, ne unquam in conspectum eius posthac ueniret. Cum Iulia primò concorditer, & amore mutuo uixit, mox dissedit, & aliquanto grauius, ut etià perpetuò secubaret intercepto communis filii dei pignore, qui Aquileia natus, infans extinctus est.

sum

Funalis equus in comitatu triumphali ille dicitur, qui proximus triumphali currum antecedit, fune conuulsus.

beneficium

Cornel. Nep. scribit Agrippam delegisse affinitatem Pomponij Attici, eiusque filiam uxorem accepisse, ex quo conuulsio nata est Actico neptis nomine Agrippina, quae Augustus uix annulculam Tyberio priuigno respondit.

reciproco,

sum fratrem in Germania amisit, cuius corpus pedibus toto itinere praegrediens, Romanusque peruenit.

Civilia officia eius.

C A P.

VIII.

Civilium officiorum rudimentis regem Archelaum, Trallianos, & Thessalos, uaria quosque de causa Augusto cognoscere defendit. Pro Laodiceis, Thiatyrenis, Chys terrae motu afflictis, openque implorantibus, Senatui deprecatus est. Fannium Cipionem, qui cum Varro-
ne Muræna in Augustum cõspirauerat, reum maiestatis apud iudices fecit, & cõdennauit. Interque hæc duplicem curam administrauit: annonæ, quæ arctior inciderat: & repurgandorum tota Italia ergastulorum, quorum domini in inuidiam uenerant, quasi exceptos supprimerent, non solum uiatores, sed & quos sacramenti metus ad huiusmodi latebras compulisset.

Reg. Archel. Iudææ.

Condemnauit pro uicis, siue cõdennari fecit.

Multi militum, militarumque sacramentum fugientes in ergastulis delitescere habent, ne militate cogentur.

Militia eius, & bella per eum gesta, & honores administrati.

C A P.

IX.

Stipendia prima expeditione Catabrica Tribunus militum fecit: deinde ducto ad orientem exercitu, regnum Armeniæ Tigrani restituit, ac pro tribunali diadema imposuit. Recepit & signa, quæ Marco Crasso ademerant Parthi. Post hæc comatam Galliam anno serè rexit, & barbarorum incursionibus, & principum discordia inquietam. Exhinc Rheticum, Vindelicumque bellum, inde Pannonicum, inde Germanicum gessit. Rhetico, atque Vindelico gentes Alpinas, Pannonico Breucos, & Delmatas subegit. Germanico XL. millia dedititorum traiecit in Galliam, iuxtaque ripam Rheni sedibus assignatis collocauit: quas ob res, & ouans, & curru urbem ingressus est.

Breucos populi sunt inferioris Pannoniæ, de quibus Plin. lib. 3. c. 25.

Alii Brennos legunt.

est primus, ut quidam putant, triumphalibus ornamentis honoratus, nouo, nec antea cuiquam tributo genere honoris. Magistratus & maturius inchoauit, & penè iuuetim percurrat quæsturam, præturam, cõsulatum: interpositoq; tempore, cõs. iterum, etiam tribunitiam potestatem in quinquennium accepit.

Secessus eius ab vrbe, & causæ.

C A P. X.

Tot prosperis confluentibus, integra etate, ac ualitudine prospera, statuit repente secedere, seq; è medio quàm longissime amouere. Dubium, uxoris ne tædio, quam neq; criminari, aut dimittere auderet, neque ultra perferre posset: an ut uitato assiduitatis fastidio, autoritatem absentia tueretur, atq; etiam auget, si quando indignisset sui respublica. Quidam existimant adultis iam Augusti liberis, loco, & quasi possessione usurpati à se diu secundi gradus sponte cecisse, exemplo M. Agrippæ, qui M. Marcello ad munera publica admoto, Mitylenas abierit, ne aut obstare, aut obrectare aliquid præsens uideretur. Quam causam & ipse, sed postea, reddidit. Tunc autem honorum satietatem, ac requiem laborum prætendens, comneatum petijt. Neq; aut matri suppliciter precanti, aut uirrico deseri se etiam in Senatu conquerenti, ueniam dedit. Quin & pertinacius retinentibus, cibo per quatrimum abstinuit. Facta tandem abeundi potestate, relictis Romæ uxore, & filio, confestim Hostiam descendit: ne uerbo quidem cuiquam prosequentium reddito, paucosq; admodum in digressu osculatus.

Mora eius apud Rhodum, & gesta ibidem.

C A P.

XI.

Ab ho

Dimittere,
pro repudiare,

Aug. libe. Ca-
io, & Lucio
ab Augusto
adoptatis.

licencia

in licencia

Vxore. s. Julia
& filio. s. Druse
io.

AB Hostia oram Campaniæ legēs, imbecillitate Augusti nunciata, paulū substitit. Sed & increbescēte rumore, quasi ad occasionē maioris spei cōmoraretur, tantum nō aduersis tempestatibus Rhodū enauigauit, amœnitate, & salubritate insule iam inde captus, cū ad eam ab Armeniæ rediēs appulisset. Hic modicis contentus ædibus, nec multo laxiore suburbano, genus uitæ ciuile admodum instituit, sine listore, aut uiatore gymnasio interdum obambulās, mutuaq; cū Græculis officia usurpās, propere ex æquo. Fortè quodam in dispōnendo die, manè prædixerat, quicquid ægorū in ciuitate esset, uisitare se uelle. Id à proximis aliter exceptum, iusiq; sunt omnes ægri in publicam porticum defferri, ac per ualetudinum genera disponi. Percussus ergo inopinata re, diu quid ageret incertus, tamen singulos circuit, excusans factū etiā tenuissimō cuique & ignoto. Vnum hoc tantummodo, neque præterea quicquam notatum est, in quo exercuisse ius tribunitiæ potestatis uisus sit: Cū circa scholas, & auditoria professorum assiduus esset, moto inter antisophistas grauiore iurgio, non defuit, qui eum interuenientem, & quasi studiosiorem partis alterius conuitio incesset. Sen sit itaque regressus domum, repente cum apparitoribus prodijt, citatumq; pro tribunali uoce præconis, conuitiatorem rapi iussit in carcerem. Comperit deinde Iuliam uxorem ob libidinē, atque adulteria damnatam, repudiūq; ei suo nomine ex autoritate Augusti remissum: & quanquam letus nuncio, tamen officij duxit, quantum in se esset, exorare filiæ patrem frequentibus literis, & uel utcunque merita quicquid unquam dono dedisset, concedere.

Littoralis regio à doctis ferè ora appellatur.

Tantum nō, propropemodum,

Laxum sumit p spatiosum, & capax,

Dixerat Tyb, se uelle uisitare singulos ægros in ipsorū domibus: intellexerunt proximi cum uelle ægros omnes unū in locū cōportari.

Almas baxo Antisophistas appellat Suet. Sophistas cōpu gnantes, con certantesq;.

Officij duxit, p putauit per tinere ad suum officium, absolute.

Suo nomine, s. Tyberij.

dere. Transacto autem tribunitia potestatis tempore, cō-
fessus tandem nihil aliud secessu deuisse se, quam emula-
tionis cum Caio, Lucioq; suspicionem, petijt ut sibi secu-
ro iam ab hac parte, corroboratis his, & secūdum locum
facile tutantibus, permitteretur reuifere necessitudines,
quarum desiderio teneretur. Sed neq; impetrauit, ultroq;
etiam admonitus est, dimitteret omnem curam suorum,
quos tam cupidē reliquisset.

Admo. eff. f.
ab Augusto.

Item gesta apud Rhodum. CAP. XII.

Obnoxius in-
ter libero op-
ponitur.

De M. Lollio
vide Solin. &
Plin. li. 7. c. 35.

REmansit ergo Rhodi contra uoluntatem: uix per-
matrem consecutus, ut ad uelandam ignominiam,
quasi legatus ab Augusto abesset. Enimuero tunc non
priuatum modò, sed etiam obnoxium, & trepidum egit
mediterraneis agris abditus, uitansq; præternauigantium
officia, quibus frequentabatur assidue, nemine cum impe-
rio, aut magistratu tendente quoquam, quin duerteret
Rhodum. Et accesserūt maioris sollicitudinis causæ. Nan-
que priuignum Caium Orienti præpositum, cū uifendi
gratia traiecisset Samum, alieniorem sibi sensit ex crimi-
nationibus M. Lollij comitis, & rectoris eius. Venit etiā
in suspicionem per quosdam beneficij sui Centuriones, à
commeatu castra repetentes, mandata ad complures de-
disse ambigua, & quæ tentare singulorum animos ad no-
uas res uiderentur. De qua suspitione certior ab Augu-
sto factus, non cessauit efflagitare aliquem cuiuslibet or-
dinis custodem factis, atque dictis suis.

De eodē, eiusq; in urbē reditu. CAP. XIII.

EQui quoq; & armorū solitas exercitationes omi-
sit, redēgitq; se, deposito patrio habitu, ad pallium,
& cre

et crepidas: atq; in tali statu biennio ferè permansit, cõ-
 tẽptior in dies, et inuisior, adeò ut imagines eius, et sta-
 tuas Nemausenses subuerterint: ac familiari quodã cõui-
 uio mentione eius orta, extiterit, qui Caio polliceretur,
 confestim se, si iuberet, Rhodũ nauigaturũ, caputq; exu- Exulis. f. Ty-
 lis (sic enim appellabatur) relaturum. Quo precipuè nõ berij.
 iam metu, sed discrimine coactus est tã suis, quã matris
 impẽsissimis precibus reditũ expostulare: impetrauitq;,
 adiutus aliquatũ etiã casu. Destinatũ Augusto erat, ni-
 hil super ea re, nisi ex uoluntate maioris filij statuere. Is Vitricum. f.
 fortè tũc M. Lollio offensior, facilis, exorabilisq; in ui- Tyberium.
 tricũ fuit. Permittẽte ergo Caio reuocatus est, uerũ sub
 cõditione, ne quam partem, curam uereip. attingeret.

Præfagia futuri principatus eius. CAP. XIII.

R Edijt octauo post secessum año, magna, nec incer-
 ta spe futurorum, quam et ostẽtis, et prædictio-
 nibus ab initio etatis conceperat. Prægnans enim Liuiã, Plin. lege lib-
 cum an marem editura esset, uarijs captaret omnibus, 10. c. 55.
 onum incubanti gallinæ subductum, nunc sua, nũc mini-
 strarum manu per uices usque eo fouit, quo ad pullus insi-
 gniter cristatus, exclusus est. Ac de infante Scribonius
 mathematicus præclara sponndit, etiam regnaturum
 quandoq; sed sine regio insigni, ignota scilicet tunc ad- Sine reg. insigni.
 huc Caesarum potestate. Et ingresso primam expeditio- diademate.
 dem, ac per Macedoniam ducente exercitum in Syriam,
 accidit ut apud Philippos sacratæ olim uetriciũ legionũ
 aræ, sponte subditis colluceret ignibus. Et mox cũ Illyricũ
 petens, iuxta Patauium adisset Geryonis oraculũ, sorte Geryonis ora-
 tracta, qua monebatur, ut de consultationibus in Aponi culũ quid sit,
quaritur,
 fontem

Sum. numer. fontem talos aureos iaceret, euenit, ut summū numerum Venerem. iacti ab eo ostenderet, hodieq; sub aqua uisuntur hi tali. Cūm Tyb. vt Ante paucos uerò quān reuocaretur, dies, aquila, nun- scribit Dion. quān antea Rhodi cōspecta, in culmine domus eius asse- Thrasylū præ cipitare desti- dit. Et pridie quān de reditu certior fieret, uestimēta mu- nasset, cū per- tant, tunica ardere uisa est. Thrasylum quoque mathe- turbatū uidit: maticum, quem ut sapientie professorem cōtubernio ad- quæsiit pertur- mouerat, tunc maxime expertus est, affirmantem naue- bati uult? cau- prouisa gaudiū afferri, cūm quidem illum durius, & con- sam, respondit tra prædicta cadentibus rebus, ut falsum, & secretorum Thrasylus per- temere conscium, eo ipso momento, dum spatiatur uia, turbari se peri- præcipitare in mare destinasset.

Adoptio de eo facta ab Augusto. CAP. XV.

Roman reuersus, deducto in forum filio Druso, sta- tim è Carinis, ac Pōpeiana domo, Esquiliis in hor- tos Mecænatianos transmigravit, totumq; se ad quie- tem contulit, priuata modò officia obiens, ac publicorum munerum expers. Caio, & Lucio intra triennium defun- ctis, adoptatur ab Augusto simul cum fratre eorum M. Agrippa, coactus prius ipse Germanicum fratris sui fi- lium adoptare: nec quicquam postea pro patrefamiliās egit, aut ius, quod adoptione amiserat, ex ulla parte reti- nuit. Nam neq; donauit, neq; manumisit: ne hereditatem quidem, aut legata percepit ulla aliter, quān ut peculio referret accepta: nihil ex eo tempore prætermisum est ad maiestatem eius augendā, ac multò magis postquān Agrippa abdicato, atque seposito, certum erat uni spem successionis incumbere.

Illyricum per eum domitum. CAP. XVI.

Data

Ex Druso Tyb. fratre, & minore Antonia Germanicus ortus erat.

exercitatio

Ref. acc. dice-
bat Tyb. se p
peculium accipe
re hereditatem,
& diuitias, tā-
quā bona non
haberet, quæ
habet paterfa-
sed peculium:
quod est serui,
& hlijtas.

D
gati
inpro
sist ad
norun
auxil
rum
quān
uicini
perfer
intra
cedon
Adria
H
C
rus, c
bitate
rint, n
triūpl
suerun
nonnu
terces
d'funt
sta ciu
tus, &
bunal
cos

DAta rursus potestas tribunitia in quinquēniū, delegatus pacandæ Germaniæ status, Parthorum legati mandatis Augusto Romæ redditis, eum quoq; adire inprovinciam iussit. Sed nuntiata Illyrici defectione, transijt ad curam noui belli, quod grauissimum omnium exter-
 norum bellorum post Punica, per xv. legiones, paremque auxiliorum copiam, triennio gessit, in magnis omnium rerum difficultatibus, summaque frugum inopia. Et quamquam sepius reuocaretur, tamen perseuerauit, metuens ne uicinus, et praeualens hostis instaret ultro cedentibus. Ac perseuerantiae grande pretium tulit, toto Illyrico (quod De Illyrici terminis lege Ptolemæ. libro. 2. Cosmog.
 intra Italiam, regnumque Noricum, et Thraciam, et Macedonia, interque Danubium flumen, et sinum maris Adriatici patet) perdomito, et in ditionem redacto.

Honores eidem à Senatu decreti. CAP. XVII.

Cui gloriæ amplior adhuc ex opportunitate cumulus accessit. Nam sub id fere tempus Quintilius Varus, cum tribus legionibus in Germania perijt, nemine dubitate, quin uictores Germani iuncturi se Pannonijs fuerint, nisi debellatum prius Illyricum esset. Quas ob res triūphus ei decretus est, multi, et magni honores. Censuerunt etiam quidam, ut Pannonicus, alij ut Inuictus, nonnulli ut Pius cognominaretur: sed de cognomine intercessit Augustus, eo contentum repromittens, quod se Repromittere, promittere, incantatio
 defuncto suscepturus esset. Triūphum ipse distulit, maxima ciuitate, clade Variana. Nihilominus urbem prætextatus, et laurea coronatus intrauit: positumque in septis tribunali Senatu astante conscendit, ac medius inter duos coss. cum Augusto simul sedit: unde, populo consalutato,

k 3 lutato,

lutato, circum templa deductus est.

Gesta eius in Germania. CAP. XVIII.

Proximo anno repetita Germania, cum animaduertet *Varianam* cladem temeritate, & negligentia ducis accidisse, nihil nõ de concilij sententia egit. Semper alijs sui arbitrij, contentusq; se uno, tunc præter consuetudinem cum pluribus de ratione belli cõmunicauit. Curam quoq; solito exactiorem præstitit. Traiecturus Rhenum, ^{basamentis} comminatum omnem ad certam formulam astrictum non antè transmisit, quàm consistens apud ripam, explorasset uehicularũ onera, ne qua deponerentur, nisi concessa, aut necessaria. Trans Rhenum uerò eum uite ordinem tenuit, ut sedens in cespite nudo cibum caperet, sepe sine tentorio pernoctaret, præcepta sequentis diei omnia, & si quid subiti muneris iniungendum esset, per libellos daret, addita monitione, ut de quo quisque dubitaret, se, nec alio interprete, quacunq; uel noctis hora uteretur.

Disciplina eius in re militari. CAP. XIX.

Disciplinam acerrime exegit, animaduersionum, & dignominiarum generibus ex antiquitate repetitis, atque etiam legato legionis, quod paucos milites cum libertate suo trans ripam uenatum misisset, ignominia notato. Prælia, quamuis minimum fortunæ, casibusq; permitteret, aliquanto constantius inibat, quoties lucubrante se subito, ac nullo propellente, decideret lumen, & extingueretur, confidens (ut aiebat) ostento, sibi, ac maioribus suis in omni ducatu expertissimo. Sed re prosperè gesta, non multum absuit, quin ab Rhuteno quodam occideretur: cui inter proximos uersanti, & trepidatione dete-

Legatus legionis dicitur, qui legioni vicario nomine præcit.

1. officio priuato

velando igne Romani non extinguerebant: qua de re lege Plut. in problematis.

en toda capitatur:

ma)

cto,

cto, tormentis expressa confessio est cogitati facinoris.
Triumphus Illyricus, & alia gesta eius CAP. XX.

A Germania in urbem post biennium regressus, triumphum, quem distulerat, egit prosequentibus etiam legatis, quibus triumphalia ornamenta impetrarat: ac prius quam in Capitolium flecteret, descendit e curru, sequi praesidentem patri ad genua submitit. Bationem Pannonium ducentem ingentibus donatum praemijs, Rauennam trastulit, gratiam referens, quod se quondam cum exercitu iniquitate loci circumclusum, passus est euadere. Prandium deim populo mille mensis, & congiarium tricenos nummos uiritim dedit. Dedicauit & concordiae aedem. Item Pollucis, & Castoris suo fratrisque nomine de manubijs.

Præsidentem patris Augusti.

Genibus hominum inest religio quaedam obseruatio gentium: lege Plin. lib. I. ca. 45.

Gesta eius, ac testimonia Augusti, & principatus eiusdem. CAP. XXI.

A Non multo post lege per consensu lata, ut prouincias cum Augusto communiter administraret, simulque censum ageret, condito lustro, in Illyricum profectus est. Et statim ex itinere reuocatus, iam quidem affectum, sed tamen spirantem adhuc Augustum reperit, fuitque una secretò per totum diem. Scio uulgò persuasum, quasi egresso post secretum sermonem Tyberio, uox Augusti per cubicularios excepta sit: miserum populum Romanum, qui sub tam lentis maxillis erit. Nec illud quidem ignoro aliquos tradidisse, Augustum palam nec dissimulanter morum eius duritatem adeò improbasse, ut nonnunquam remissiores, hilarioresque sermones superueniente eo abrumperet: sed expugnatum precibus uxoris adoptionem non abnuisse, uel etiam ambitione tractum, ut tali

hazeralarde

*al's, edit, aut ederet.

Brat enim in Tyberio ita seuaque natura

^{praesertim de meo}
 successore desiderabilior ipse quandoq; fieret. Adduci ta-
 men nequeo, quin existimem circumspēsissimū, & pru-
 dentissimum principem in tanto praesertim negotio nihil
 temere fecisse, sed uitijs, uirtutibusq; Tyberij perpēsīs, po-
 tiores duxisse uirtutes, praesertim cum & reipubl. causa
 adoptare se eum pro concione iurauerit, & epistolis ali-
 quot ut peritissimum rei militaris, utq; unicum P. R. praes-
 idium prosequatur. Ex quibus in exemplum pauca hinc
 inde subieci: Val e iucūdisime Tyberi, & rem gere felici-
 ter *ἔμοι καὶ τὰς μόνσας σπαρτυῶν*. Iucundissime, &
 ita sim felix, uir fortissime, & dux *νομιώτατε*. Vale, et
 ordinē astiuorū tuorū. Ego uerō mi Tyberi, & inter tot
 rerū difficultates, *ὡς τοσαύτην ἡδονίαν τῶν σπαρτυ-
 μένων* nō potuisse quenquam prudentius gerere se, quā
 tu gesseris, existimo. Hi quoq; qui tecum fuerunt omnes,
 confitentur uersum illum in te posse dici:

Vnus homo nobis uigilando restituit rem.

i. hoc autem co-
 mite vel ex
 igne ardētī am-
 bo redibimus,
 quoniā ualde
 nouit intellige-
 re.

Siue, inquit, quid incidit, de quo sit cogitandum diligen-
 tius, siue quid stomachor ualde, medius fidius Tyberium
 meum desidero: succurretq; uersus ille Homericus:

*Τούτῃ δ' ἔσπομένοιο, καὶ ἐκ τῆρος ἀπομένοιο
 ἀμφὸς νοσσοαμῶν, ἐπεί ποδὶ οἶδ' ἐνοῖσας.*

par et hinc de deo

Cohorresce
 re, p totus hor
 rescite,

Attenuatum te esse cōtinuatione laborum cum audio, et
 lego, dii me perdant, nisi cohorrescit corpus meum: teq;
 rogo, ut parcas tibi, ne si te lāguere audierimus, & ego,
 & mater tua expiremus, & de summa imperij sui Popul.
 Roman. periclitetur. Nihil interest ualeam ipse, nec ne, si
 tu non ualebis. Deos obsecro, ut te nobis conferuent, &
 ualere nunc & semper patientur, si nō populum Roma-

num perosi sunt, an a bove cido

De Agrippa iuvene occiso, & alijs gestis eius.

defunctum CAP. XXII.

EXcessum Augusti nō prius palam fecit, quā Agrippa iuvene interēpto. Hunc tribunus militum custos appositus occidit, lectis codicillis, quibus ut id faceret, iubebatur. Quos codicillos dubium fuit, Augustus ne moriens reliquisset, quō materiam tumultus post se subduceret, an nomine Augusti Liuia, & ea conscio Tyberio, an ignaro dictasset. Tyberius renunciante tribuno factū esse, quod imperasset, neq; imperasse se, & redditurū eum senatui rationem respōdit, inuidiam scilicet in praesentia uitans, nam mox silentio rem obliterauit.

Et ea, pro idē
Græcē magis,
quā Latine,
ἡ ΤΑΥΤΑ.

Gemitus eius, & testamentum Augusti in senatu recitatum. CAP. XXIII.

Ivre autē tribunitiæ potestatis coacto senatu, inchoataq; allocutione de republica, uelut impar dolori congemuit, utq; non solum uox, sed ut & spiritus deficeret, optauit, ac perlegendum librum Druso filio tradidit. Illatum deinde Augusti testamentum, non admittis signatoribus nisi senatorij ordinis, ceteris extra curiam signatagnoscētibus recitauit per libertum. Testamenti initium fuit: Quoniam sinistra fortuna Caiū, & Luciū filios mihi eripuit, Tyberius Caesar mihi ex parte dimidia & sextante heres esto. Quo & ipso aucta est suspicio opinantium, successorem ascitum eum necessitate magis, quā iudicio, quando ita praesari non abstinerit.

Perleg. libr. in
quo erant ea
scripta, de quibus
inchoauerat
allocutio-
nem.

Acceptio principatus ad preces quasi coacta.

CAP. XXIII.

Abstinit praesari, cum innoto.

k 5 Print

Stat. milit. i.
militari custo-
dia.

Diu ta. recuf.
lege Aurel. Vi-
do. i Tyberio.
Suspēdere, pro-
ducere, & sus-
spēfos habere.

Rumpere patiē-
tiam, hic, patiē-
tiam sumit pro
maioribus

Pincipatum, quamuis neq; occupare confestim, ne-
que agere dubitasset, & statione militū, hoc est, ui-
& specie dominationis assumpta, diu tamē recusauit. im-
pudentissimo animo nunc adhortantes amicos increpans,
ut ignaros quanta bellua esset imperium, nunc precātem
senatum, & procumbentem sibi ad genua, ambiguis rea-
sponsis, & callida cunctatione suspendens, ut quidam pa-
tientiam rumperent, atque unus in tumultu proclamaret.

Aut agat, aut desistat: alter coram exprobraret, ceteros
quod polliciti sint, tardē prestare, seipsum quod praestet,
tardē polliceri. Tandem quasi coactus, & querens mise-
ram, & onerosam iniungi sibi seruitutem, recepit impe-
rium, nec tamen aliter, quā ut depositurū se quandoq;
spem faceret. Ipsius uerba sunt haec: Dum ueniam ad id
tempus, quo uobis aequum possit uideri, dare uos aliquam
senectuti meae requiem.

Causae propter quas principatum recusauerat,

& alia gesta eius.

C A P.

XXV.

Proterbiū qd
in re dubia &
periculosa dici-
tur: vide Chi-
liad. Brasim.
Extra ord. i.
praeter legiti-
mum stipēdiū.

Cunctandi causa erat metus undique imminentium
discriminum, ut saepe lupum se auribus tenere dice-
ret. Nam & seruus Agrippae Clemens nomine, non con-
tenuendam manum in ultionem domini compararat: &

L. Scribonius Libo uir nobilis res nouas clam molieba-
tur: & duplex seditio militū in Illyrico, & in Germania
exorta est. Flagitabant ambo exercitus multa extra ordi-
nem, ante omnia, ut aequarentur stipendio praetoriani

Germaniciani
à Germanicis
differūt, ut Hi-
spanienses ab
Hispanis,

Germanicianis. Quidam etiam principem detrectabant
non à se datum, summaq; ui Germanicum, qui tum his
praerat, ad capeſſendam rempu. perurgebant, quanquam
obfir

obfirmatè resistantē. Quem maxime casam timēs, partes sibi, quas Senatui libēret, tuendas in republi. depoposcit: quando uniuersæ sufficere solus nemo posset, nisi cū alitero, uel etiam cum pluribus. Simulauit & ualitudinem, quò equiore animo Germanicus celerem successiōnē, uel certè societatem principatus opperiretur. Cōpositis seditiōnibus, ^{secundum} Clementem quoq; fraude deceptum, redegit in potestatem. Libonem, ne quid in nouitate acerbius fieret, secundo demum anno in Senatu coarguit, medio temporis spatio tantum cauere contentus. Nam & inter Pōtiffices sacrificanti simul, pro secessita plumbeum cultrum subiiciendum curauit: & secretum petenti non nisi adhibito Druso filio dedit, dextramq; obambulantis ueluti incumbens, quoad perageretur sermo, continuit.

Ciuiilia gesta eius in initio principatus. c. xxvi. **V**erum liberatus metu, ciuilem se admodum inter initia, ac paulominus quàm priuatum egit. Ex plurimis, maximisq; honoribus, præter paucos, & modicos non recepit. Natalem suum plebeis incurrentem Circensibus, uix unius bigæ adiectione honorari passus est. Tempora, flamines, sacerdotes decerni sibi prohibuit: etiam statuas, atque imagines, nisi permittēte se poni: permisitq; ea sola conditione, ne inter simulacra deorum, sed inter ornamenta adium ponerentur. Intercessit & quo minus in acta sua iuraretur, & ne mensis September Tyberius: October Liuius uocarentur. Prænomen quoq; imperatoris, cognomenq; patris patriæ, & ciuicam in uestibulo coronam recusauit: ac ne Augusti quidem nomen, quam hæreditarium, ullis nisi ad reges, ac dynastas epistolis

Ob firmatè, p
perstinaciter.

Ciuilem egit.
i. præstitit se
tanq; ciuem. et
ueluti prius
tum.
pro secessita
de se.
Paulominus
q; pro prope
modū, noue dī
xit.

Bigæ, numero
singulari cōtra
artem
Oct. Liu. vo.
à Liuiā matre.
Ciuiç. in uest.
Ciuiçam coro
nā, ut ait Plin.
lib. 16. c. 4. ac
cepit Augustus
ab humano ge
nere, quæ in
uestibulo xdiū
Palatinarū po
sita est: erat em̄
insigne clemē
tiæ imperator
rum, coralatos
de la puerca
lis
i. magnos,

lis addidit. Nec amplius quàm omnino tres consulatus, unum paucis diebus, alterum tribus mēſibus, tertium abſens uſq; in Idus Maias geſſit.

Adulationes per eum ſpretæ, & prohibitæ.

CAP. XXVII.

Cap. ſup. ſ.
Tyberius.

Adulationes adeò auerſatus eſt, ut neminem Senato- rum aut officij, aut negotij cauſa ad lecticam ſuam admiſerit. Conſularem uerò ſatiſfacientem ſibi, ac per genua orare conantē, ita ſuffugerit, ut caderet ſp̄pinus: atq; etiam ſi quid in ſermone, uel in cōtinua oratione blādus de ſe diceretur, nō dubitaret interpellare, ac reprehēdere, & commutare continuo. Dominus appellatus à quodam, denuntiavit, ne ſe amplius contumeliæ cauſa nominaret. Alium dicentem ſacras eius occupationes, & rurus alium autore eo ſenatum ſe adiſſe, uerba mutare, & pro autore ſuaſorē, pro ſacris laborioſas dicere cōgēit.

Patientia eius aduerſus conuitia, & maledicta.

CAP. XXVIII.

Sed aduerſus conuitia, malosq; rumores, & ſanofa de ſe, ac ſuis carmina, firmus, ac patiēs ſubinde iactabat, in ciuitate libera linguam, mētēq; liberam eſſe debe- re. Et quondā ſenatu cognitionē de cuiusmodi criminibus, ac reis ſlagitante: Nō tantum, inquit, otij habemus, ut im- plicare nos pluribus negotijs debeamus. Si hęc fenestrā aperueritis, nihil aliud agi ſinetis: omnium inimicitia hoc pretextu ad uos deferentur. Extat & ſermo eius in Senatu percuiliſ: Si quidē locutus aliter fuerit, dabo operam, ut rationem factorum meorū, dictorumq; reddā: ſi perſe- uerauerit, inuicem eum odero.

con eſt ſerua-
que Ad vos def.
Nam inimicus
volens inimi-
cū uicifci, cri-
minabitur eū
detraxiſſe prin-
cipi.

Vene

Veneratio eius ad Senatum. C A P. XXIX.

ATque hæc eò notabiliora erāt, quòd ipse in appellatōis, ueneratōisq; singulis, & uniuersis, propè excesserat humanitatis modum. Dissentiens in curia à Q. Haterio: Ignoscas, inquit, rogo, si qd aduersus te liberius, sicut senator dixero. Et inde omnes alloquens dixit: Et nunc, & sepe aliàs P. C. bonum, & salutarem principē, quē uos tanta, & tā libera potestate instruxistis, senatui seruire debere, & uniuersis ciuibus, sepe & plerunque etiam singulis, neq; id dixisse me pœnitet, & bonos, & æquos, & fauentes uos habui dominos, & adhuc habeo.

Pristina autoritas Senatus p̄ eū seruata. c. xxx.

Quinetiam speciem libertatis quandā induxit, conseruatis Senatui, ac magistratibus, & maiestate pristina, & potestate: neq; tam parū quicquā, neq; tā magnū publici, priuatiq; negotij fuit, de quo nō ad P. C. referretur. De uestigialibus, ac monopolijs, de extruendis, reficiendis ue operibus, etiam de legendo, uel exautorando milite, ac legionū, & auxiliiorū descriptio-
ne. Deniq; quibus imperiū prorogari, aut extraordinaria bella mādari, quid, & quā formam regū literis rescribi placeret. Præfectū alæ, de ui, & rapinis reum, causam in senatu dicere coëgit. Nūquā curiā nisi solus intrauit, lectica quondam introlatus eger, comites à se remouit.

Patiētia eius contra obtrectatores. C A P. XXXI.

Quædā aduersus sententiā suā decerni, ne questus quidē est. Negate eo, destinatos magistratus abesse oportere, ut præsentibus honori acquiescerēt, prætor designatus liberam legationem impetrauit. Iterum

Q. Haterius dicitur esse ingenuus in numero habere: fuit enim p̄ptus, & popularis orator: de eo Seneca, Hieronimus, ac Eusebius non pauca.

oratoris popularis

Legatio libera que sit, lege Budæum

Impetr. s. à senatu, negante Tyberio,

rum

Censente, pro *rum censente*, ut Trebianis legatam in opus noui theatri
celens, græce pecuniã ad munitiõem uia transferre concederetur, obti-
 posuit, nõ La nere non potuit, quin rata uoluntas legatoris esset. Cum
 tinc, vt subau- nene non potuit, quin rata uoluntas legatoris esset. Cum
 dias eo, nõ in emedationib? SENAT. COS. per discessionem forte fieret, transcun-
 & peruetustis tem eum in alteram partem, in qua pauciores erant, secu-
 exemplaribus tus est nemo. Cætera quoq; non nisi per magistratus, &
 non additur. iure ordinario agebantur, tanta. COS. autoritate, ut le-
 De senatus cõ. gati ex Africa adierint eos, quærentes trahi se à Cæsare,
 p'discessionem ad quem missi forent. Nec mirũ, cum palam esset, ipsum
 lege Gell. lib. ad quem missi forent. Nec mirũ, cum palam esset, ipsum
 3. c. 18. & lib. quoque eisdem assurgere, & decedere uia.
 14. c. 7.

Ciuiilia, & urbana gesta eius. CAP. XXXII.

Corripuit consulares exercitibus præpositos, quòd
 non de rebus gestis senatui scriberet, quodq; de tri-
 buendis quibusdam militaribus donis ad se referret, quasi
 non omnium tribuendorum ipsi ius haberent. Prætorem
 collaudauit, quod honore imito, cõsuetudinem antiquam
 retulisset de maioribus suis pro concione memorandi.

De miris, sicut ipsi prætoris. Quorundam illustrium exequias usque ad rogũ frequen-
 tauit. Parem moderationem minoribus quoque perso-
 nis, & rebus exhibuit. Cùm Rhodiorum magistratus,
 quòd literas publicas sine subscriptione ad se dederant,
 euocasset, ne uerbo quidem insectatus, ac tantummodo
 iussos subscribere remisit. Diogenes grammaticus dispu-
 tare sabbatis Rhodi solitus, uenientẽ, ut se extra ordinem
 audiret, non admiserat, ac per seruulũ suum in septimum
 diem distulerat: hunc Romæ salutandi sui causa pro fori-
 bus astantem, nihil amplius, quàm ut post septimum an-
 num rediret, admonuit. Præsidibus onerãdas tributis pro-
 uincias suadentibus rescripsit, boni pastoris esse tonde-

Moderatio ab-
 solute, pro le-
 nitate, siue mo-
 destia.

Subscriptio,
 qua nomẽ mit-
 tentis literas si-
 gnari solet, o-
 missa fuerat in
 literis publi-
 cis Rhodiorũ
 negligentia po-
 tius, quã frau-
 de.

re pe

re pecus, non deglubere.

De eodē, & alijs gestis eius. CAP. XXXIII.

Paulatim principē exercuit, præstititq; et si uarium diu, commodiorem tamen sæpius, & ad utilitates publicas promiorē: ac primò eatenus interueniebat, ne quid perperam fieret. Itaq; & constitutiones quasdā senatus rescidit, & magistratibus pro tribunali cognoscentibus, plerunq; se offerebat cōsiliarium, asidebatq; mixtim, uel ex aduerso in parte primori. Et si quē reorū elabi gratia, rumor esset, subitus aderat, iudicesq; aut è plano, aut è quæstoris tribunali, legū, et religionis, et noxæ, de qua cognoscerēt, admonebat: atq; etiā si qua in publicis moribus desidia, aut mala cōsuetudine labarēt, corrigēda suscepit.

Impensæ ludorum, ac munerum taxatæ, & alia gesta eius. CAP. XXXIII.

Ludorum ac munerum impensas corripuit, mercedibus scenicorum rescisis, paribusq; gladiatorum ad certum numerum reductis. Corinthiorum uasorū pretia in immensum exarsisse, tresq; mulos xxx. milibus nūmūm uenisse grauitè cōquestus, adhibendum supellectili modū cēsuit. Annonamq; macelli, senatus arbitratu quot annis tēperādā, dato Aedilibus negotio, popinas, ^{in uicinis} gancasq; usq; eò inhibēdi, ut ne opera quidem pistoria proponi uenalia sinerēt. Et ut parsimoniā publicā exemplo quoq; iuaret, solēnibus ipse cænis pridiana sæpe, ac semesa obsonia opposuit, dimidiatumq; aprū, affirmās omnia eadē habere, quæ totum. Quotidiana oscula prohibuit edictō: itē strenarū commercii, ne ultra Cal. Ianuarias exerceretur. Consueuerat quadruplam strenā & de manu reddere, sed

De plano, uel è plano aliqd facere, qd sit, uide Budæ. in Annot.

Quæstorem hic intelligit eum qui, ut ait Afcon. præest quæstioni criminum.

Muli pisces sunt, de quibus Plin. lib. 9. cap. 17. & 18.

Oper. pist. ut melitos panes, & alia id genus edulia mellita. Solen. ip. coen. quales sunt, quæ sūt in nuptiis. repotijs, calendis, natalibus, Saturnalibus, &c.

offen

Die festo. i. *offensus interpellari se toto mense ab ijs, qui potestatem*
 Ca. Ianuarijs, *quibus strenuam sui die festo non habuissent, ultra non reddidit.*
 dedisset.

Maio. mo. Co
 gnati olim cū
 viro de ijs iu-
 dicabāt, in qui-
 bus erat corpo-
 ris corruptio.

Moris fuit Ro-
 manis Cal. Iul.
 migrare. i. trā-
 ire ex domib?
 prius condu-
 ctis, in domos
 recenter cōdu-
 ctas: quod ani-
 maduertere fa-
 cile est, ex mul-
 torum & poē.
 tarum, & histo-
 ricum lectioe.

*afs, c,

Desinere artē,
 transtulit.

Quædam bene gesta per eum. CAP. XXXV.

Matronas prostratæ pudicitie, quibus accusator
 publicus deesset, ut propinqui maiorum more de
 communi sententia coercerent, autor fuit. Equiti Ro. iu-
 risiurandi gratiam fecit, ut uxore in stupro generi com-
 pertam dimitteret, quam se nunquam repudiaturum antè
 iurauerat. Fæminæ famosæ, ut ad euitandas legū poenas,
 iure, ac dignitate matronali exoluerentur, lenociniū pro-
 fiteri cœperant: & ex iuuentute utriusque ordinis pro-
 fligatissimus quisque, quò minus in opera scenæ, arenæq;
 edenda SENAT. COSS. tenerentur, famosi iudicij no-
 tam sponte subibant. Eos, easq; omnes, ne quod refugium
 in tali fraude cuiquam esset, exilio affecit. Senatori latū
 clauum ademit, quum cognouisset sub Cal. Iulij demigras-
 se in hortos, quò uilius post diem ædes in urbe conduce-
 ret. Alium* & questura remouit, quòd uxore pridie sor-
 titione ductam, postridie repudiasset.

Exteræ ceremoniæ & ritus per eum prohibiti.

CAP. XXXVI.

Externas ceremonias, Aegyptios, Iudaicosq; ritus
 compescuit, coactis qui superstitione ea tenebatur,
 religiosas uestes cum instrumento omni cōburere. Iudæo-
 rum iuuentutē, per speciē sacramenti, in prouincias gra-
 uioris cœli distribuit, reliquos gentis eiusdem, uel similia
 sectantes urbe submouit sub poena perpetuæ seruitutis,
 nisi obtemperassent. Expulit & mathematicos. Sed depre-
 cantibus, ac se artē desituros promittentibus, ueniā dedit.

Quæ

Quaedam bene gesta per eum tam Romæ, quam
extrâ.

CAP.

XXXVII.

IN primis tuêdæ pacis à grassaturis, ac latrocinijs, sedi
tionumq; licentia curâ habuit. Stationes militû per Ita
liam solito frequetiores disposuit. Romæ castra cõstituit,
quibus prætorianæ cohortes uagæ ante id tempus, & per
hospitia dispersæ, cõtinerentur. Populares tumultus ex
ortos grauissime coërcuit: & ne orirentur, sedulò cauit.
Cæde in theatro per discordiâ admissa, capita factionû,
& histriones, propter quos dissidebatur, relegauit: nec
ut reuocaret, unquamullis populi precibus potuit euinci.
Cum Polêtima plebs funus cuiusdâ primipilaris nõ prius
ex foro misisset, quàm extorta pecunia per uim hæredibus
ad gladiatoriu munus, cohortè ab urbe, & aliam à Cotij
regno, dissimulata iuineris causa, detectis repente armis,
cõcimētibusq; signis, per diuersas portas in oppidû immi
sit, ac partè maiore plebis, ac Decurionû in perpetua uin
cula cõiecit. Aboleuit et ius, moremq; asylorû, quæ usquã
erât. Cyzicenis in ciues Ro. uiolentius quædam ausis, pu
blicè libertatè ademitt, quã Mithridatico bello meruerû.
Hostiles motus, nulla postea expeditione suscepta, per le
gatos cõpescuit: nec per eos quidè nisi cunctanter, & ne
cessariò. Reges infestos, suspectosq; comminationibus ma
gis, & querelis, quàm ui repressit. Quosdâ per blãditias,
atq; promissa extractos ad se nõ remisit, ut *Marabodum
Germanû, *Thrasypolim Thracem, Archelaum Cappæ
docem, cuius etiam regnum in formã prouinciæ rededit.

Stati. milit. i.
custodias mili
tares.

Cotij regnum
in alpi^b erat:
lege Am. Max
cellinum.

Mithr. bel.
mer. lege Plur.
in vita Lucul.

*al. Marabodum.

*alij, Rhafcy
polim.

Mora eius in vrbe: & quòd prouincias non vi
sitauerit.

CAP.

XXXVIII.

l

Biennio

Quæ

Biennio continuo post adeptum imperiū pedem porta
 atq; nūquam. pinqua oppida, & cum longissimè, Antio tenuis nusquā
 abfuit, idq; perrarò, & paucos dies: quamuis provincias
 quoq; & exercitus reuisurū se sæpe pronūciasset, & pro
 pè quotannis profectiōem præpararet, uehicularū cōpre
 hensis, comitatibus per municipia, & colonias disposita
 De Callipide
 I ege chiliad.
 Erasmi. tis, ad extremum uota pro itu, & reditu suo suscipi pas
 sus, ut uulgò iam per iocum Callipides uocaretur: quem
 cursitare, ac ne cubiti quidem mensuram progredi, pro
 uerbio Græco notatum est.

Mors filiorum eius, & secessus suus in Campa
 niam. C A P. XXXIX.

Vtro. sit. Dru
 fo naturali,
 Germanico a
 doptiuo.
 Paulominus,
 pro propemo
 dum.

Sed orbatus utroq; filio quorum Germanicus in Sy
 ria, Drusus Romæ obierat, secessum Cāpaniæ petijt,
 constanti & opinione, & sermone penè omnium, quasi
 neq; rediturus unquā, & citò mortem etiā obiturus, quòd
 paulominus utrunq; euenit. Nam neque Romam amplius
 redijt: sed & paucos post dies iuxta Terracinā in præto
 rio, cui Speluncæ nomē erat, incenante eo, cōplura, & in
 gentia saxa fortuitò supernè delapsa sunt, multisq; conui
 uarum, & ministrorum elisis, præter spem euasit.

Secessus Capræsis, & alia gesta eius C A P. XL.

Nol. temp. Au
 gust. nec ab re,
 hi enim Augu
 stus perierat.

Peragrata Campania, cum Capuæ Capitolium, Nole
 templum Augusti, quam causam profectiōis præ
 tenderat, dedicasset, Capreas se cōtulit, præcipuè delecta
 tus insula, quòd uno, paruòq; littore adiretur, septa un
 dique præruptis immensæ altitudinis rupibus, & profun
 do maris. Statimq; reuocâte assidua obtestatione populo
 propter

propter cladem, qua apud Fidenas, supra xx. hominum millia, gladiatorio munere, amphitheatri ruina perierat, transijt in continentē, potestatemq; omnibus ad eundem suū fecit, tantō magis quōd ab urbe egrediēs, ne quis se interpelleret, edixerat, ac toto itinere adeuntes submouerat.

Reipublicæ cura per eum abiecta. CAP. XLII.

Regressus in insulā, reipublicæ quidem curam usque adeo adiecit, ut postea nō decurias equitū unquam supplerit: non tribunos militum, præfectosq; nō prouinciarum præfides ullos mutauerit: Hispaniam, & Syriam per aliquot annos sine consularibus legatis habuerit: Armeniā à Parthis occupari, Mæsiā à Dacis, Sarmatisq;, Gallias à Germanis uastari neglexerit, magno dedecore imperij, nec minori discrimine.

Vita eius, potus, ac cōmestrationes. CAP. XLIII.

Cacterum secreti licentiā nactus, & quasi ciuitatis oculis remotus, cuncta simul uitia male diu dissimulata, tandē profudit: de quibus singulatim ab exordio referam. In castris tyro etiam tum, propter nimiā uini auiditatem, pro Tyberio, Biberius: pro Claudio, Caldius: pro Nerone, Mero uocabatur, Postea princeps in ipsa publicorum morū correptione cum Pomponio Flacco, & L. Pisone noctem, continuumq; biduum epulādo, potandoq; consumpsit: quorum alteri Syriam prouinciam, alteri præfecturam urbis cōfestim detulit, codicillis quoq; iucū dissimos, & omnium horarum amicos professus. Sextio Claudio libidinoso, ac pdigo seni, olim ab Augusto ignominia notato, & à se ante paucos dies apud Senatum increpito, coenam ea lege condixit, ne quid ex consuetudine

De hac fide lege Orofilib, 7. c. 2.

freme

Calidū, & caldum dixere veteres. In potum tam frigida, quam calida aqua constat ufos esse veteres. Petuit et Caldi? dici nō ob aquam calidā, sed ob calidas potiones, quib; delectabatur. De calidis dispositionibus meminit Plin, libr. 28. c. 4. In publ. mo. cor. t. in censu ra. Condixit coenam, pro promisit.

dem pora
m in pro
s* nusquā
rouincias
et, & pro
lis cōpre
s disposi
scipi pas
ur: quem
edi, pro

Campa
x.
cus in Sy
niæ petijt,
m, quasi
urus, quōd
n amplius
ā in præto
lura, & in
isq; conui
sit.
P. XL
liū, Nole
ionis præ
uē delecta
septa un
& profun
ne populo
propter

pille admoueret, pronior sanè ad id genus libidinis & natura, & etate. Quare Parrhasij quoq; tabulā, in qua Meleagro Atalāta ore morigerabatur, legatā sibi sub conditione, ut si argumēto offenderetur, decies pro ea h s. acciperet, nō modò prætulit, sed & in cubiculo dedicauit. Fertur etiam in sacrificando quondam captus facie ministri, acerrā præferētis, nequissē abstinere, quin penè uixdum re diuina peracta, ibidem statim seductū constupraret, simulq; fratrem eius tibicinem, atq; utriq; mox, quòd mutuò flagitium exprobrabant, crura fregisse.

Illusiones eius ad fœminas. CVP. XLV.

Fœminarum quoque, & quidem illustriū capitibus quātoperè solitus sit illudere, euidētissimè apparuit Malloniæ cuiusdam exitu: quam perductam, nec quicquā amplius pati cōstantissimè recusantem, delatoribus obicit, ac ne ream quidem interpellare desijt, ecquid pœniteret, donec ea, relicto iudicio, domum se arripuit, ferroq; transegit, obscœnitate oris hirsuto, atque olido seni clarè exprobrata, Vnde nota in Atellanico exodio proximis ludis assensu maximo excepta, percrebuit, hircum uetulum capreis naturam ligurire.

Atalantā fœl,
latriçē in tabu
la significat.

Illudere capi,
tibus, eas fœl
trices faciēdo,

Mallonia para
ta erat oia pæ
t præter fœl
tionem,

Obsc. or. hirs.
cūlingū Ty
berium Mallo
nia dixit,

Auaritia, & tenacitas. CAP. XLVI.

Pecunie parcus, ac tenax, comites peregrinationum, expeditionumq; nunquā salario, cibarijs tantum sustentauit. Vnam modò liberalitatem ex indulgentia uitrici cōsecutus, cū tribus classibus factis pro dignitate cuiusq; primæ sexcenta sestertia, secundæ quadringenta distribuit, ducenta tertiæ, quam non amicorum, sed Græcorum appellabat.

De classibus
Misenensium
& Rauēntiū,
quibus tertia
est addita, di
ctum est in Au
gusto,

Opera publica per eum, et spectacula nō facta, et parcitas alimoniarum. CAP. XLVII.

Princeps neque opera ulla magnifica fecit (nam & quæ sola suscepit, Augusti templum, restitutio nemq; Pompeiani theatri, imperfecta post tot annos reliquit) neq; spectacula omnino edidit: & ijs, quæ ab aliquo ederetur, rarissimè interfuit, ne quid exposceretur, utiq; postquam comædum Actium coactus est manumittere. Paucorum Senatorū inopia sustentata, ne pluribus opem ferret, negavit se alijs subuenturum, nisi Senatui iustas necessitatum causas probassent. Quo peracto, plerosq; modestia, & pudore deterruit, in quibus Ortalum Q. Hortensij oratoris nepotem, qui permodica re familiari, auctore Augusto, quatuor liberos tulerat.

Anto. August. i. hortate, iube te. 7. Augusto ut uxorem duceret: quod referendum est ad id tēpus, quo Augustus legē tulit de maritandis ordinibus, hortatusq; est Romanos ad rem uxoriā.

Publicè munificentiam bis omnino exhibuit, proposito millies h. s. gratuitò in triennij tempus: & rursum quibusdam dominis insularū, quæ in mōte Cælio desolabantur, pretio restituto. Quorum alterū magna diffinitate nūmaria populo auxiliū flagitante coactus est facere, cum per Senatusconsultum sanxisset, ut sceneratores duas patrimonij partes in solo collocarent, debitores totidem æris alieni statim soluerēt, nec res expediretur: alterum ad mitigandā temporum atrocitatem. Quod tamē beneficium tanti æstimavit, ut mōtem Cæliū appellatio ne mutata uocari Augustū iusserit. Militi post publicata ex Augusti testamento legata nihil unquam largitus est, præter quā singula millia denariorū Prætorianis, quòd Sciano se non accommodassent: & quædam munera Syria-
cis leg

De Sciano, nō multò post plura, c. 35.

cis legionibus, quòd solæ nullam Sciani imaginem inter signa coluissent: atq; etiam missiones ueteranorum rarissimas fecit, ex senio mortem, ex morte ^{ganancia} ~~compenatium~~ ca-
ptans. Neq; provincias quidem ulla liberalitate subleua-
uit, excepta Asia, disiectis terræ motu ciuitatibus.

Rapinæ, & concussiones eius. CAP. XLIX.

Procedente mox tempore etiã ad rapinas conuertit animũ. Sat cõstat Cn. Lentulum augurẽ, cui cõsus maximus fuerit, metu, & angore ad fastidium uitæ ab eo actum, & ut nequo, nisi ipso, hærede moreretur. Conde-
mnatam & generosissimã foeminam Lepidam, in gratiam Quirini consularis prædiuitis, & orbi, qui dimissam eã
è matrimonio post uigesimali annũ ueneni olim in se com-
parati arguebat. Præterea Galliarum, & Hispaniarum, Syriaq; & Græciæ principes confiscatos ob tam leue, ac
tam impudens calumniarum genus, ut quibusdã nõ aliud sit obiectum, quã quòd partem rei familiaris in pecunia haberet. Plurimis etiã ciuitatibus, & priuatis ueteres im-
munitates, & ius metallorum, ac uectigaliũ adempta. Sed
& Vononem regem Parthorum, qui pulsus à suis, quasi in fidem P. R. cum ingenti gaza Antiochiam se receperat, spoliatum perfidia, & occisum.

Odium eius contra consanguineos, & coniunctos. CAP. L.

Odium aduersus necessitudines in Druso primũ fratrem detexit, prodita eius epistola, qua secum de cogendo ad restituendam libertatem Augusto agebat, deinde & in reliquis. Iulia uxori tantum absuit, ut relegatæ, quod minimum est, officij, aut humanitatis aliquid

l 4 impert

De hoc terræ motu lege Pl. lib. 2, ca. 8 4.

Dimissa è matrimonio, pro repudiata.

Confiscatus, ad hominem relatum, nõ solum ad rem, ut cõnscatabona.

Et confiscari dicuntur, quorum bona publicata ad fiscum deferuntur. *las frã 920*

Habent ferui *impertiret, ut ex constitutione patris uno oppido clau-*
peculium per- *sam, domo quoq; egredi, & commercio hominum frui ue-*
mittētibus do- *tuerit: sed & peculio concesso à patre, præbitisq; annuis*
minis, & filij *fraudauit, per speciem publici iuris, quod nihil de his Au-*
permittētibus *gustus testamento cauisset. Matrem Liuiam grauatus, ue-*
patribus. *lut partes sibi equas potentia uindicantem, & congres-*

Alimēta in sin- *lut partes sibi equas potentia uindicantem, & congres-*
 gulos, dicitur *sum eius ariduum uitauit, & longiores, secretioresq; ser-*
 absolute an- *mones, ne eius consilijs, quibus tamen interdum* & egrè*
 nua. *uti solebat regi uideretur. Tulit etiam perindignè actum*
 *alij, et egere, *à Senatu, ut titulis suis quasi Augusti, ita & Iuui filius*
 & vti. *adijceretur. Quare non parentem patriæ appellari, non*

Grauatus. i. *ullum insignem honorè recipere publicè passus est. Sed*
 grauer ferēs. *& frequenter admonuit, maioribus, nec seximæ conue-*
 Voluit senatus *nientibus negotijs abstineret: præcipuè ut animaduertit*
 vti Augustum *incendio iuxta ædem Vestæ & ipsam interuenisse, popu-*
 patrem patriæ *lumq; & milites, quò enixius opem ferrent, adhortatam,*
 appellauerat, *sicut sub marito solita esset.*
 ita Liuiam pa- *Item odium, & crudelitas eius in matrē.* CAP. LI.

Dehinc ad similitatem usq; processit, hac (ut ferūt)
 de causa: Instanti sepius ut ciuitate donatum in de
 curias allegeret, ^{la ascribitur} negauit alia se conditione allecturum,
 quàm si pateretur adscribi albo, ^{incurio patris} extortu id sibi à matre.
 At illa commota, ueteres quosdam ad se Augusti codicil-
 los de acerbitate, & intolerantia morum eius è* sacrario
 protulit, atq; recitauit. Hos & custoditos tamdiu, & ex-
 probratos tam infestè, adeò grauer tulit, ut quidam pu-
 tent inter causas secessus hanc ei uel præcipuam fuisse.
 Toto quidem triennio, quo uiuente matre absuit, semel
 omnino eam, nec amplius, quàm uno die paucissimis uidit
 horis.

*al's, secreta-
 rio.

horis
 dum
 corru
 buit
 eius
 tes,
 rat, i
 nis u
 Cru
 F
 infen
 erat.
 tum
 nem
 lega
 dolo
 rum
 Ger
 eius
 ceu
 prop
 adiss
 per
 ius
 ea se
 per
 cum
 etian

horis. Ac mox neq; agræ adesse curauit: defunctamq; & dum aduentus sui spem facit, complurium dierum mora, corrupto demum, & tabido corpore funeratam prohibuit consecrari, quasi id ipsa mandasset. Testamentumq; eius pro irrito habuit: omnesq; amicitias, & familiaritates, etiam quibus ea funeris sui curam moriens demandarat, intra breue tempus afflixit, uno ex hijs equestris ordinis uiro, & in * Latomiam condemnato.

Crudelitas, & odium eius contra filios. CAP. LII.

Filiorum neq; naturalem Drusum, neque adoptiuum Germanicum patria charitate dilexit, alterius uitis infensus. Nam Drusus animi fluxioris, remissiorisq; uitæ erat. Itaq; ne mortuo quidem pèinde affectus est, sed tantum non statim post à funere ad negotiorum consuetudinem redijt, iustitio longiore inhibito. Quin & Ilienſium legatis paulò serius consolantibus, quasi obliterated iam doloris memoria irridens, se quoq; respondit uicem eorum dolere, quòd egregium ciuem Hectorem amisissent.

Germanico usque adeò obtrectauit, ut & præclara facta eius pro superuacuis eleuaret, & gloriosissimas uictorias, ceu damnosas R. P. increparet. Quòd uerò Alexandriam propter immensam, & repentinam famem inconsulto se adisset, questus est in Senatu: etiam causa mortis fuisse ei per. Cn. Pisonem ^{admirante} legatum Syriæ creditur. Quem mox huius criminis reum putant quidã mandata prolaturũ, nisi ea secreta obstarent: per quæ multifariam increpitem, et per noctes creberrime acclamatum est: Redde Germanicum. Quam suspicionem cõfirmavit ipse postea, coniuge etiam, ac liberis Germanici crudelem in modum afflictis.

l s Crude

Consecrari. l. inter diuas referri per apothecosim, constituto templo, aras, flaminẽ, & alia id genus in defunctæ memoriam.

*al. Antiliam. alij. Antycitã. Est autem Latomia, locus in carcere Romę. Filius naturalis frequenter ab historicis dicitur de legitimo: ut hic. ^{3. 2. 7.} ~~Mortis Drusi.~~ & Germanicẽ meminit Oroſi. lib. 7. ca. 2. & Plin. lib. 11.

^{3. 2. 7.} ~~ab infensi~~ ^{um} ~~compuerab.~~

1. 2. 7.

Fuit Agrippina Germanani
ci coniunx.

Præstructum,
arte præpara-
tum, & cōposi-
to factum.
Pandataria in
sula est in ma-
ei Tyrreno.

calarica

Nefastos dies
hic Tranqui-
litos, omnia,
fos, nefariosq;
intelligit, con-
tra Gell. senten-
tiam lib. 7. ca.
27. De diebus
atris, religio-
sis, fastis, ne-
fastis, &c. vide
Macrob. lib. 1.
Satur. c. 15, &
16.

1. domo

Crudelitas & odiū eius cōtra nurū. CAP. LIII.

NVrum Agrippinam post mortem mariti liberius
quiddam questam manu apprehendit, Græcoq; uer-
su, Si non dominaris, inquit, filiola, iniuriam te accipere
existimas? Nec ullo mox sermone dignatus est. Quondam
uero inter cœnam porrecta à se poma gustare non ausam
etiam uocare desijt, simulans se ueneni crimine accersi,
cum præstructum utrunq; consulto esset, ut & ipse ten-
tandi gratia offerret, & illa quasi certissimum exitiū ca-
ueret. Nouissimè calumniatus modò ad statuam Augusti,
modò ad exercitus confugere uelle, Pandatariam relega-
uit. Conuitiantiq; oculum per centurionem uerberibus ex-
cusit. Rursus mori inedia destinanti, per uim ore didu-
cto, insulciri cibum iussit. Sed & perseverantem atq; ita
absumptam, criminosissimè insectatus est, cū diem quoq;
natalem eius inter nefastos referendum suassisset. Imputa-
uit etiam, quòd non laqueo stragulatam in gemonias ab-
iecerit: proq; tali clementia interponi decretum passus
est, quo sibi gratiæ agerentur, & Capitolino Ioui donum
ex auro sacretur.

Crudelitas, & odiū eius cōtra nepotes. CA. LIIII.

Cum ex Germanico tres nepotes, Neronem, & Dru-
sum, & Caium, ex Druso unum Tyberii haberet,
destitutus morte liberorum, maximò natu de Germanici
filijs Neronem, & Drusum P. C. commendauit, diemq;
utriusq; tyrocinijs congi.ario plebi dato celebrauit. Sed ut
comperit incunte anno, pro eorum quoq; salute publicè
uota suscepta, egit cum Senatu, non debere talia præmia
tribui, nisi expertis, & etate prouectis: atque ex eo, pa-
tesfacta

et facta interiore animi sui nota, omnium criminationibus obnoxios reddidit. Variâq; fraude inductos, ut & cōcitantur ad conuitia, & cōcitati perderentur, accusauit per literas, amarissimè * cōgestis etiâ probris: et iudicatos hostes fame necauit, Neronem in insula Pontia, Drusum in ima parte palatii. Putant Neronē ad uoluntariā mortem coactū, cū ei carnifex, quasi ex Senatus autoritate missus, laqueos, & uncas ostēteret. Druso autē adeo alimēta subducta, ut timentū ē culitra tentauerit mādere: amborū sic reliquijs dispersis, ut uix quandoq; colligi possent.

Crudelitas eius contra amicos. CAP. LV.

Super ueteres amicos, ac familiares, xx. sibi ē numero principum ciuitatis depoposcerat, uelut consiliarios in negocijs publicis. Horum omnium uix duos, aut tres incolumes praestitit, ceteros alium alia de causa perculit. Inter quos cum plurimorum clade Elium Seianum, quem ad summam potentiam non tam beneuolentia pro-uexerat, quā ut esset, cuius ministerio, ac fraudibus liberos Germanici circumueneret, nepotemq; suum ex Druso filium naturalem ad successionem imperij confirmaret.

Crudelitas, & seuitia eius in grammaticos, et magistros. CAP. LVI.

Nihilolentior in conuictos Graeculos, quibus uel maxime acquiescebat, Zenonem quendam exquisitius sermocinantem cū interrogasset, quenam illa tam molesta dialectos esset, & ille respondisset Doricem, relegauit * Cynaram, existimans exprobratum sibi ueterem secesum, quod Doricē Rhodij loquantur. Item cū soleret ex lectione quotidiana quaestiones super

* a's. Aenariā
De lingua Do
rica lege Stra
bo lib. 8. Geo
graph

cocnam

cenam proponere, comperissetq; Seleucum grāmaticum à ministris suis perquirere, quos quoq; tempore tractaret auctores, atq; ita preparatum uenire, primùm à contubernio remouit, deinde etiam ad mortem compulit.

Crudelitas eius in iuuentute. CAP. LVII.

SAeua, ac lenta natura ne in puero quidem latuit: quā Theodōrus Gadareus rhetoricae praeceptor, & pro-
 spexisse primus sagaciter, & assimilasse aptissimè uisus est, subinde in obiurgando appellans eum, πύλορ αἱμάλι-
 συμπεφυμένον, id est, lutum à sanguine maceratū. Sed aliquāto magis in principe eluxit etiam inter initia, cum adhuc fauorem moderationis simulatione captaret. Scur-
 ram, qui pretereunte funere, clarè mortuo mandarāt, ut nunciaret Augusto, nondum reddi legata, quae plebi reli-
 quisset, attractum ad se recipere debitum, duciq; ad sup-
 plicium imperauit, & patri suo uerum referre. Nec mul-
 tō post in Senatu Pōpeio cuidam equiti Romano quid-
 dam perneganti, dum uincula minatur, affirmauit fore, ut ex Pōpeio Pompeianus fieret, acerba cauillatione simul hominis nomen incessens, ueteremq; partium fortunam.

Crimen læsæ maiestatis atrociter actum.

CAP. LVIII.

Svb idem tempus consulente Praetore, an iudicia maie-
 statis cogi iuberet, exercendas esse leges respōdit, & atroci-
 ssimè exercuit. Statuē quidam Augusti caput dem-
 pserat, ut alterius imponeret. Acta res in Senatu. Et quia ambigebatur, per tormenta quæsita est. Damnato reo paulatim hoc genus calumnie eò processit, ut hæc quoq; capitalia essent: Circa Augusti simulacrū seruum cecindisse

Assimilare, p
 simili exprime
 re.

Perlutum læta
 natura, per san-
 guinē seuitiā
 significat. q. d.
 ingenium len-
 tum, lentam fo-
 uens seuitiā.

Cogi iudicia
 dicuntur, quā-
 do à prætore
 iudices ad iudi-
 candū congre-
 gantur.

cecidi
 presba
 ctum
 & is
 passiu
 A

M
 seu,
 & pr
 Asper
 D
 Non a
 O
 Aure
 In
 Fasti
 T
 Aspic
 E
 Nec
 N
 Et dic
 A
 Que
 non ta
 rentu
 probe

cecidisse, uestem mutasse, nummo uel anulo effigiem impressam latrine: aut lupanari intulisse, dictum illum, factum ue eius existimatione aliqua lesisse. Perijt denique et is, qui honores in colonia sua eodem die decerni sibi passus est, quo decreti, et Augusto olim erant.

Atrociter gesta per eum sub specie grauitatis.

CAP. LIX.

Multa præterea specie grauitatis, ac morum corrigendorum, sed et magis naturæ obtemperans, ita se uel, et atrociter factitauit, ut nonnulli uersiculis quoque et presentia exprobrarent, et futura denunciaret mala. Asper et immitis, breuiter uis omnia dicam?

Dispeream, si te mater amare potest.

Non es eques, quare? non sunt tibi millia centum,

Omnia si quaeras: et Rhodos exilium est.

Aurea mutasti Saturni secula Cæsar:

Incolumi nam te, ferrea semper erunt.

Fastidit uinum, quia iam sitit iste cruorem:

Tam bibit hunc auidè, quàm bibit antè merum.

Aspice felicem sibi, non tibi Romule, Syllam:

Et Marium, si uis, aspice, sed reducem.

Necnon Antoni ciuilia bella mouentis,

Nec semel infectas aspice cæde manus.

Et dic Roma perit: regnabit sanguine multo,

Ad regnum quisquis uenit ab exilio.

Quæ primò quasi ab impatientibus Romæ* dominij, ac

non tam ex animi sententiâ, quàm bile, et stomacho fingere

rentur, uolebat accipi. Dicebatque identidè, Oderint, dum

probent. Deinde uera planè, certaque esse ipse fecit fidem.

PCÆ

Principes pnt boni, uel mali extiterint, secula faciunt aurea, uel ferrea: fuerant autem secula aurea sub optio principe Augusto. Dum prob. i. dū palam probare cogatur. Fecit fidem. i. factis sanguinarijs, & crudelibus approbavit uera esse illa omnia, quæ de ipso scribebantur.

* als. dominij

Pœnæ grauiſſimæ immeritis propter modicâ
commiſſâ irrogatæ.

CAP. LX.

IN paucis diebus quam Capreas attigit, piſcatori, qui
ſibi ſecretum agenti, grandē nullum inopinanter ob-
tulerat, perfricari eodē piſce faciē iuſſit, territus quòd is
à tergo inſulæ per aſpera, & deuia erepſiſſet ad ſe. Gra-
tulati autē inter pœnâ, quòd nō & locuſtâ, quâ prægran-
dem ceperat, obtuliſſet: locuſta quoq; lacerari os impera-
uit. Militē prætorianū ob ſurreptū è uiridario pauonem,
capite puniſt. In quodam itinere lectica, qua uehebatur,
uepribus impedita, exploratorē uix primarū cohortium
Centurionem ſtratum humi penè ad necem uerberauit.

Sæuitiæ, & omnia genera crudelitatis eiufdem.

CAP. LXI.

MOx in omne genus crudelitatis erupit, nunquam
deſiciente materia, cum primò matris, deinde ne-
potū, & nurus, poſtremò Seiani familiares, atq; etiâ no-
tos perſequeretur. Poſt cuius interitū uel ſæuiſſimus exti-
tit, quo maxime apparuit nō tam ipſum à Seiano cõcita-
ri ſolitū, quàm* Seiano querētī occaſiones, ſubminiſtraſ-
ſe. Et ſi cõmētario, què de uita ſua ſummatim, breuiterq;
cõpoſuit, auſus eſt ſcribere, Seianū ſe puniſſe, quod cõpe-
riſſet furere aduerſus liberos Germanici filij ſui, quorum
ipſe alterū ſuſpecto iâ, alterū oppreſſo demū Seiano in-
teremit. Singulatim crudeliter facta eius exequi longum
eſt: * generatim uelut exemplaria ſæuitiæ enumerare ſat-
erit. Nullus à pœna hominum ceſſauit dies, ne religioſus
quidē, ac ſacer. Animaduerſum in quosdâ ineūte anno no-
uo. Accuſati, dānatiq; multi cū liberis, atq; etiâ uxoribus

ſuis

Locuſta pi-
ſcis eſt de cru-
ſtaceorū gene-
re.

Quæ ſit in le-
gione priâ co-
hors lege Ve-
get, lib. 2.

* aſs, Seianū.

* aſs, genera-

suis. Interdictū ne capite damnatos propinqui lugerent, decreta accusatoribus præcipua præmia, nonnunquam et testibus. Nemini delatorū fides abrogata. Omne crimen pro capitali receptū, etiā paucorū, simpliciumq; uerborum. Obiectū est poetæ, quod in tragœdia Agamemnonē probris laceßisset. Obiectū et historico, quod Brutum, Casiumq; ultimos Romanorū dixisset. Animaduersum statim in autores, scriptaq; abolita, quāuis probarentur aliquot ante annos, etiā Augusto audiente recitata. Quibusdā custodiæ traditis, nō modò studendi solatiū ademptū, sed etiā sermonis, et colloquij usus. Citati ad causam dicendā, partim se domi uulnerauerūt certi damnationis, sed ad uexationem, ignominiamq; uitandā: partim in media curia uenenum hauserunt, et tamen colligatis uulneribus, ac semianimes, palpitantesq; in carcerem rapti. Ne mo punitorū nō et in gemonias abiectus, uncoq; tractus. Viginti uno die abiecti, tractiq; Inter eos pueri, et feminae. Immaturæ puellæ, quia more tradito nefas esset uirgines strangulari, uitiatæ prius à carnifice, dein strangulatæ. Mori uolentibus, uis adhibita uiuēdi. Nā mortē adeò leue supplicium putabat, ut cum audisset unum ex reis Carnulium nomine anticipasse eam, exclamauerit: Carnulius me euasit. Et in recognoscendis custodijs, præcāti cuidam poenæ maturitatem, respondit: Nondū tecum in gratiam redij. Annalibus suis uir cōsularis inseruit, frequēti quōdā cōuiuio, cui et ipse affuerit, interrogatū eū subito, et clarè à quodā nano astāte mēse inter Capreas, cur Paconius maiestatis reus, tādium uiueret, statim quidē petulantia lingua obiurgasse, ceterum post paucos dies scripsisse

senatui

Vlt. Rom. tanquam in Bruto & Casio generositas, & ueravirtus Romanorum desecisset.

Mor. trad. à maioribus accepto.

Non. te. ingredit. tanquā reconciliatus esset illis, & herneuolus, quos morti festinanter traderet.



senatui, ut de poena Pacionij quamprimum statueret.

Crudelitas, & sœuitia eiusdem aucta. CAP. LXII.

AVxit, intēditq; sœuitiā, exacerbatus indicio de morte filij sui Drusi: quē cū morbo, & intēperātia per-
 rissē existimaret, ut tandem ueneno interemptum fraude

*Liulla Ger-
 manici, & A-
 grippinx filia,
 Drusi filij Ty-
 berij vxor.*

Liulle uxoris, atq; Seiani cognouit, neq; tormentis, neq; supplicio cuiusquam pepercit, soli huic cognitioni adeo per totos dies deditus, & intentus, ut Rhodiensem hospitem, quē familiaribus literis Romā euocarat, aduenisse sibi nuntiatū torqueri sine mora iusserit, quasi aliquis ex necessarijs quæstioni adesset: deinde errore detecto, &

**al. vulgaret.*

occidi, ne diuulgaret iniuriā. Carnificinæ eius ostenditur locus Capreis, unde damnatos post lōga, & exquisita tormenta, præcipitari coram se in mare iubebat, excipiente classiariorum manu, & contis, atq; remis elidēte cadauera, ne cui residui spiritus quicquā inesset. Excogitauerat autem inter genera cruciatus, etiā ut larga meri potione per fallaciam oneratos, repenti ueretrīs deligatis, fidicula-
 rum simul, urinæq; tormento distenderet. Quod & nisi

*Stranguria, vt
 aiunt phyci,
 inter maximos
 corporis cru-
 ciatus est.*

cum mors præuenisset, & Thrasylus consulto (ut aiunt) differre quædam spē longioris uitæ compulisset, plures aliquantō necaturus, ac ne reliquis quidem nepotibus parasurus creditur, cū & Caium suspectum haberet, & Tyberium ut ex adulterio conceptum aspernaretur. Nec abhorret à uero: nanq; identidem felicem Priamum uocabat, quod superstes omnium suorum extitisset.

*Caium, s. Cali-
 gulā, qui ei in
 imperio suc-
 cessit.*

Suspicio, qua vixit inter facinora. CAP. LXIII.

QVam uero inter hæc nō modò inuisus, ac detestabilis, sed prætrepidus quoq; atq; etiam contumeliosus obnoxius

obn
 ac s
 eti
 tium
 non
 & a
 dimi
 quot
 cij ti
 tos, e

N
 proh
 quan

I

S

Se
 uider

li aut

noris

tu, qu

Dem

inopin

cum in

bus, q

milita

tumq;

obnoxius uixerit, multa iudicia sunt. Aruspices secretò, ac sine testibus consuli uetuit. Vicina uerò urbi oracula etià disijcere conatus est, sed maiestate Prænestinarū sortium territus destitit, cum obsignatas, deuectaq; Romanam non reperisset in arca, nisi relatas rursus ad templū. Vnū, & alterum consulares oblati prouincijs, non ausus à se dimittere, usque adeo detinuit, donec successores post aliquot annos presentibus daret, cum interim manente officij titulo, etiam delegaret plurima, assidueq; illi per legatos, & adiutores suos exequenda curarent.

De prænestinis fortibus videtur de Cice. in. 2. de Diuina. & Strab.

Suspicio nurus, & nepotum damnatorum

C A P. LXIII.

NVrum, ac nepotes nunquam aliter post damnationem, quam catenatos, obsutaq; lectica loco mouit, prohibitis per militem obuijs, ac uiatoribus respicere usquam, uel consistere.

Diffidentia, & suspitio eiusdem. C A P. LXV.

SEianum res nouas molientem, quamuis iā & natalem Scius publicè celebrari, & imagines aureas coli passim uideret, uix tandē & astu magis, ac dolo, quam principali autoritate subuertit. Nam primò, ut à se per speciem honoris dimitteret, collegā sibi assumpsit in quinto cōsultu, quem lōgo interuallo absens ob id ipsum susceperat. Deinde spe affinitatis, ac tribunitiæ potestatis deceptū, inopinātem criminatus est pudenda, miserādaq; oratiōe, cum inter alia P. C. precaretur, mitterent alterū è cōsultibus, qui senem se, & solū in cōspectum eorum cū aliquo militari præsidio perduceret. Sic quoque diffidens, tumultūq; metuens, Drusum nepotem, quem uinculis adhuc

Drus. nepot. que postea facta me necauit. videtur de supra. c. 54.

m Rome

Signum diu-
nū sumus esse
solet, nocturnū
flamma. Romæ continebat, solui, si res posceret, ducemq; cōstitui
præceperat. Aptatis etiam nauibus ad quascūq; legiones,
meditabatur fugam, speculabundus ex altissima rupe iden-
tidē, signaq; ne nuncij morarentur, tolli procul, ut quidq;
foret factum, mandauerat. Verū & oppressa coniura-
tione Seiani, nihilo securior, aut constantior, per 1 x. pro-
ximos menses non egressus est uilla, quæ uocatur Iouis.

Conuitia et belli cōtra eū editi. CAP. LXVI.

Vrebant insuper anxiam mentem uaria undiq; con-
uitia, nullo non damnatorū omne probri genus co-
rām, uel per libellos in orchestra positos ingerente. Qua-
bus quidē diuersissimē afficiebatur: Modò ut præ pudore
ignota, & celata cuncta cuperet: nonnunquā eadem con-
temneret, et proferret ultro, atq; uulgaret. Quin & Ar-

Tal. ep. princ.
cuius princi-
pium in fronte
sequentis capi-
tis occurrit.
Tantum non,
pro pene.

thabani Parthorū regis laceratus est literis, parricidia, et
cædes, & ignauia, & luxuriā obijcientis, monentisq; ut
uolūtaria morte, maximo, iustissimoq; ciuiū odio quāpri-
mū satisfaceret. Postremò semetipse pertasus talis episto-
le principio, tantū nō summā malorū suorū p̄fessus est.

Epistola, et oratio eius ad Senatū, factum suum
pronunciantes. CAP. LXVII.

Quid scribam uobis P. C? aut quomodo scribam? aut
quid omnino nō scribā hoc tēpore? | Dij me, deaq;
pœnis per dāt, quem quotidie perire sentio, si
scio, Existimāt quidā, præcisse hæc eū peritia futurorū,
ac multò antè quāta se quādoq; acerbitas & infamia ma-
neret, prospexisse. Ideoq; ut imperiū iniret, & patris pa-
triae appellationē, & ne in acta sua iuraretur, obstinatissi-
mē recusasse, ne mox maiore de dedecore impar tātis hono-
ribus

Quid scri. &c.
verba hæc epi-
stolæ Tyberij
summam prin-
cipis despera-
tionem apertè
demonstrant.
Perit. fut. erat
Tyber. addi-
ctus mathema-
ticis discipli-
nis.

ribus inueniretur. Quod sanè ex oratione eius, quã de utraq; re habuit, colligi potest, uel cū ait, simi- lè se semper sui futurū, nec unquam mutaturum mores suos, quandiu mètis sanæ fuisset: sed exempli causa cauendum, ne se senatus in acta cuiusquam obligaret, qui aliquo casu mutari posset. Et rursus: Si quãdo autē, inquit, de moribus meis, deuotoq; uobis animo dubitaueritis, qđ prius quãm eue- niat, opto, ut me supremus dies huic mutatæ uestræ de me opiniononi eripiat: nihil honoris adijciat mihi patris appella- tio, uobis autē exprobrabit aut temeritatē delati mihi eius cognominis, aut incōstantiã contrarij de me iudicij.

Statura, & membra, & valetudo, et incessus

eiufdem.

CAP. LXVIII.

Corpore fuit amplo, atq; robusto: statura, quæ iustā excederet. Latus ab humeris, & pectore, ceteris quoq; membris usq; ad imos pedes æqualis, & cōgruens: sinistra manu agiliore, ac ualidiore: articulis ita firmis, ut recēs, & integrū malū digito tcrebraret: caput pueri, uel etiã adolefcētis talitro uulneret. Colore erat cãdido, ca- pillo pone occipitiū submissiore, ut ceruicē etiã obtege- ret, quod gentile in illo uidebatur. Facie honesta, in qua tamē crebri, & * subtiles tumores, cū prægrandibus ocu- lis: & qui (quod mirum esset) noctu etiã, & in tenebris uiderēt, sed ad breue, & cū primū à somno patuissent, demum rursus hebescebāt. Incedebat ceruice rigida, & obstipa, adducto ferè uultu, plerūq; tacitus, nullo, aut ra- risimo etiam cum proximis sermone, eoq; tradisimo, nec sine molli quadam digitorum gesticulatione. Quæ omnia ingrata, atq; arrogatiæ plena, & animaduertit Augustus

Deuctus vo-
bis, pro dedi-
tus, in bonam
partem,

* Al. subiti.

De Tyberij
oculis lege Plī
ni, lib. 11, c. 37.

in eo, & excusare tentauit sepe apud senatū, ac populū, professus naturæ uitia esse, non animi. Valetudine prosperissima usus est, tempore quidem principatus pene toto propè illæsa, quamuis à trigesimo etatis anno arbitratur eam suo rexerit sine adiumento, consilio'ue medicorum.

Obseruatio religionum.

CAP. LXIX.

Addic. math. i. sciētiz sidera/ li. Laurus fulmine non icitur, ait Plin. lib. 2. c. 55.

Turbat. coeleste Plin. lib. 15 c. 30.

* Als. capite. Vtri. gen. scilicet Græci, & Latini.

Circa deos, ac religiones negligētior: quippe addictus mathematicæ, psuasionisq; plenus cuncta fato agi. Tonitrua tamen præter modum expauescebat: & turbatioræ cœlo nunquam non coronam lauream* ceruice gestauit, quod fulmine afflari negetur id genus frondis.

Artes, & disciplina eius.

CAP. LXX.

* als. conglutio,

Artes liberales utriusq; generis studiosissime coluit. In oratione Latina secutus est Coruinū Messalā, quem senem adolescens obseruauerat. Sed affectatione, & morositate nimia obscurabat stylum, ut aliquantò ex tempore, quam à cura, præstātior haberetur. Composuit & carmē lyricū, cuius est titulus, * Conquestio de Iulij Cæsaris morte. Fecit & Græca poemata imitatus Euphronem, & Arrianum, & Partheniū. Quibus poëtis admodū delectatus, scripta eorū, & imagines publicis bibliothecis inter ueteres, & præcipuos auctores dedicauit.

Afinius Pollio, ut ait Plin. lib. 5. c. 2. prius Romæ bibliothecā publicauit, i qua imaginem M. Var. uiuentis posuit.

Et ob hoc pleriq; eruditorū certatim ad eū multa de his ediderunt. Maxime tamen curauit notitiam historiae fabularis, usq; ad ineptias, atq; derisum. Nā & grammaticos, quod genus hominū præcipue, ut diximus, appetebat, cuiusmodi ferè questionibus experiebatur: Quæ mater He cubæ, quod Achilli nomē inter uirgines fuisset, quid Sirenes cātare sint solitæ. Et quo primum die post excessum

Augusti

Augusti curiam intrauit, quasi pietati, simul ac religioni
satisfactorius Minois exemplo ture quidē ac uino, uerūm
sine tibicine supplicauit, ut ille olim in morte filij.

Peritia sermonis Græci, & abstinentia pro
nuntiatus eius. CAP. LXXI.

Sermone Græco quanquam* aliās promptus, & faci- * Al. alioqui,
lis, non tamen usquequaque usus est. Abstiniuitq; ma-
ximè in S natu: adeo quidem, ut monopolium nominatu-
rus, prius ueniam postularit, quod sibi uerbo peregrino
utendum esset: atq; etiā in quodam decreto patrum, cum
ἐμβαλμαξε recitaretur, cōmutandam censuerit uocem, &
pro peregrina nostratem requirendam: aut si non repe-
riri, uel pluribus, et per ambitum uerborum rem enun-
tiandam. Militem quoq; Græcè testimonium interroga-
tum, nisi Latimè respondere uetuit.

Infirmitas eius, & quod ad urbem rediens
retrocessit. CAP. LXXII.

Is omnino toto secessus tempore, Romam redire co-
natus, semel triremi usque ad proximos Naumachie
hortos subuectus est, disposita statione per ripas Tybe
ris, quæ obuiam prodeuntē submoueret. Iterum Appia Appia, s. via,
usque ad septimum lapidem, sed prospectis modò, nec adi- quam Appius
tis urbis mœnibus redijt. Primò incertum qua de causa: claudius in cē
fura munuit,
postea ostento territus. Erat ei in oblectamentis serpens
draco, quem ex consuetudine manu sua cibaturus, cū con-
sumptum à formicis inuenisset: monitus est, ut uim multi-
tudinis caueret. Rediens ergo, prope Campaniam Asturæ
in languorem incidit: quo paulum leuatus, Cerceios per-
tendit. Ac nequam suspicionem infirmitatis daret, castren-
sibus

Castr. Ind. i. mi
 litaribus, q̄ in
 castris exhibē.
 tur.

sibus ludis non interfuit solū, sed etiam missum in arenam
 aprum iaculis desuper petijt: statimq̄; latere cōuulso, &
 ut ex aestuarat, afflatus aura, in grauiorē recidit morbū.
 Sustentauit autem aliquādiu, quamuis Misenum usq̄; de-
 uectus, nihil ex ordine quotidiano prætermitteret, ne con-
 uiuia quidē, ac ceteras uoluptates: partim intemperātia,

Com. abfut. nā
 cōmeatū. i. ab
 eundi faculte,
 cem impetraue-
 rat.

partim dissimulatione. Nam Chariclem medicum, quod
 commeatu abfuturus, è conuiuio egrediens, manum sibi
 osculandi causa apprehendisset, existimās tentatas ab eo
 uenas, remanere, ac recumbere hortatus est, cœnamq̄;
 protraxit. Nec abstinuit cōsuetudine, quin tunc quoque
 instans in medio triclinio, astante lictore, singulos ualere
 dicentes appellaret.

Appellaret. i.
 notatim saluta-
 ret.

Locus, & tēpus mortis eius. CAP. LXXIII.

Strictim. i. bre-
 uiter, & causa
 reatus non ex-
 plicata.

Interim cū in actis senatus legisset, dimissos, ac ne
 auditos quidē quosdā reos, de quibus strictim, & nihil
 aliud quā nominatos ab indice scripserat, pro contēpto
 se habitū fremens, repetere Capreas quoquo modo desti-
 nauit, nō temere quicquā, nisi ex tuto ausurus. Sed & tē-
 pestatibus, & ingrauescēte ui morbi retentus, paulō post
 obiit in uilla Luculliana, octauo & septuagesimo atatis
 anno, tertio & uigesimo imperij, decimoseptimo Calēd.
 Apriles, Cn. Acerronio Procuro, C. Porcio Nigro cōs.
 Sunt qui putent uenenū ei à Caio datum, lentū, atq̄; tabi-
 ficū. Alij in remissione fortuitæ febris cibū desiderāti ne-
 gatū. Nonnulli puluinum iniectum, cū extractū sibi desi-
 cienti anulū mox resipiscēs requisisset. Seneca eū scribit,
 intellecta defectioe, exemptum anulum quasi alicui tra-
 diturū parumper tenuisse, dein rursus aptasse digito, &
 compressa

Puluinū iniec.
 i. puluino spri-
 tum interclu-
 sum.
 Intel. defect. i.
 cū se defice-
 re, mori; intel-
 ligeret.

compressa sinistra manu iacuisse diu immobilem, subitò uocatis ministris, ac nemine respondente, consurrexisset, nec procul à lectulo deficientibus uiribus concidisse.

Signa præcedentia mortē eius. CAP. LXXIIII.

Supremo natali suo Apollinem Temenitem, & amplitudinis, & artis eximia aduectum Syracusis, ut in bibliotheca noui templi poneretur, uiderat per quietem affirmantem sibi, non posse se ab ipso dedicari. Et ante paucos, quam obiret, dies, turris Phari terræ motu Capreis concidit. Ac Miseni cinis è saeuilla, & carbonibus, ad calefaciendum triclinium illatus, extinctus, & iandiu frigidus exarsit repente prima uespera, atque in multam noctem pertinaciter luxit.

In Syracusano agro fons est nomine Temenitis, unde Apollio Temenites cognominatus.

Noui templi, quod in Angusti honore Romæ constituerat, imperfectum autē reliquit. Prima uespera, sicut prima luce,

Letitia Romanorum in morte eius, & gesta per eum. CAP. LXXV.

Morte eius ita letatus est populus, ut ad primum nuncium discurrentes, pars Tyberium in Tyberim clamitarent, pars terram matrem, deosque manes orarent, ne mortuo sedem ullam nisi inter impios darent: alij unicum, & gemonias cadaueri minarentur, exacerbati super memoriam pristinae crudelitatis, etiam recenti atrocitate. Nam cum Senatusconsultum actum esset, ut poena damnatorum in decimum semper diem differretur, forte accidit, ut quorundam supplicij dies is esset, quo nunciatum de Tyberio erat. Hos implorantes hominum fidem, quia absente adhuc Caio nemo extabat, qui adiri, interpellarique posset, custodes, ne quid aduersus constitutum facerent, strangu lauerunt, obieceruntque in gemonias. Creuit igitur inuidia, quasi etiam post mortem tyranni, seuitia permanente.

Erat enim Caius cum moriente Tyberio.

Veteris instituti
 ti apud Ro. fue-
 rat cadauera
 ferra condere.
 Sed mox insti-
 tutum est vt cõ-
 burerent, cum
 cognouissent
 erui löginquis
 bellisobratos.

Corpus ut moueri à Miseno cæpit, conclamantibus ple-
 risq; Atellam potius deferendam, & in amphitheatro se-
 miustulandum, Romam per milites deportatum est, crea-
 tumq; publico funere.

Testamentum & vltima dispositio eiusdem.

C A P.

LXXVI.

Testamentum duplex ante biennium fecerat: alterũ
 sua, alterum liberti manu, sed eodem exemplo: obse-
 gnaueratq; etiam humillimorum signis. Eo testamento
 heredes æquis partibus reliquit, Caium ex Germanico,
 & Tyberium ex Druso nepotes: substituitq; inuicem.
 Dedit & legata plerisq;: inter quos uirginibus Vestali-
 bus, ac militibus uniuersis, plebiq; Romanæ uiritim, at-
 que etiam separatim uicorum magistris.

C. SVETONII

TRANQVILLI

C. Cæsar Caligula.

De Germanico patre Caligulae.

Quæstura pri-
 mus honorum
 gradus apud
 Ro. vt ait Cic.
 in act. i. contra
 Verr.
 Excessus, pro
 obitu.



GERMANICVS C. Cæsaris pa-
 ter, Drusi, & iunioris Antonia filius,
 à Tyberio patruo adoptatus, quæsturam
 quinquennio antè, quàm per leges lice-
 ret, & post eam, consulatum statim ges-
 sit. Missusq; ad exercitum in Germaniam, excessu Augu-
 sti nunciato, legiones uniuersas imperatorem Tyberium
 pertinacissimè recusantes, & sibi summã reip. deferentes,
 incertum constantia, an pietate maiore, compefcuit: atq;
 hoste

hoste mox deuictō, triūphauit. Consul deinde iterū creatus, ac prius quā honorē iniret, ad cōponendum Orientis statū expulsus. Cum Armeniæ regē deuicisset, Cappadociā in prouinciā formā redigisset, annum atatis agens quartū & trigessimū, diutino morbo Anthiochiæ obiit, non sine ueueni suspitione. Nam præter liuores, qui toto corpore erāt, & spumas, quæ per os fluebāt, cremati quoque cor inter ossa incorruptum reperiuntur: cuius ea natura existimatur, ut tinctum ueneno igne cōfici nequeat.

Plin. lege libe.
11. ca. 37.

Germanici mors.

C A P.

II.

Obiit autem (ut opinio fuit) fraude Tyberij, ministri, & opera Cn. Pisonis. Qui sub idē tempus syriæ præpositus, nec dissimulans offendendum sibi aut patrem, aut filiū, quasi planē ita necesse esset, etiā egrū Germanicū grauisimis uerborū, ac rerū acerbitatibus, nullo adhibito modo, affecit, propter quæ, ut Romam rediit, pene discerptus à populo, à Senatu capitū damnatus est.

Sub idem tempus, pro circa

Virtutes tam corporis, quā animi ipsius.

Germanici.

C A P.

III.

Omnes Germanico corporis, animiq; uirtutes, & quantas nemini cuiquam contigisse satis constat. Formam, & fortitudinem egregiam, ingenium in utroq; eloquentiæ, doctrinæq; genere præcellens, benevolentiam singularem, cōciliandæq; hominum gratiæ, ac promerendi amoris mirum, & efficac studium. Formæ minus congruebat gracilitas crurum, sed ea quoq; paulatim repleta assidua equi uectatione post cibum. Hostem cominus sepe percussit. Orauit causas etiā triumphalis, atq; inter cætera studiorū monumenta reliquit & comædias Græ-

Hominem saturum, & cibo plenum equitate prohibere mendici, ne cibus corrumpatur in stomacho: si tamē equitatio tempestiui ter fiat, utilis est stomacho, & coxis, ut ait Plin. lib. 28. c. 47.

Infe, man-
da, sacrificabat
vmbri defun-
ctorum.

Piso Syriæ pre-
positus rata ha-
bere nolebat
decreta, que
Germanic⁹ ad
componēdum
orientis statu
missus fecerat.
Renunciare, &
denunciare.

Favorabilis, &
gratiosus.

cas. Domi, forisq; ciuilib: libera, ac fœderata oppida sine
lictoribus adibat. Sicubi clarorū uirorū sepulchra cogno-
sceret, inferias manibus dabat. Cæсорum clade Variana
ueteres, ac dispersas reliquias uno tumulto humaturus col-
ligere sua manu, & comportare primus aggressus est. Ob-
trectatoribus etiam qualescunq; & quantacunq; de cau-
sa nactus esset, lenis aded, & innoxius, ut Pisoni decreta
sua rescindenti, clientelas diu uexanti, non prius succense-
re in animū induxerit, quā ueneficijs quoq; & deuotio-
nibus impugnari se cōperisset: ac ne tūc quidē ultrā pro-
gressus, quā ut & amicitia ei more maiorum renuncia-
ret, mādaretq; domesticis ultionem, si quid sibi accideret.

Omnium fauor ad eum, & dilectio. CAP. IIII.

Quarum uirtutum fructum uberrimū tulit, sic pro-
batus, & dilectus à suis, ut Augustus (omitto enim
necessitudines reliquas) diu cunctatus, an sibi
successorem destinaret, adoptādum Tyberio dederit. Sic
uulgò favorabilis, ut plurimi tradant, quoties aliquò ad-
ueniret, uel sicunde discederet, præ turba occurrentium,
prosequentium ue nonnunquam eum discrimen uitæ adiss-
se. E' Germania uerò post compressam seditionem reuer-
tenti, prætorianas cohortes uniuersas prodisse obuiam,
quamuis pronunciatum esset, ut due tantummodo exi-
rent. Populi autem Romani sexum, etatem, ordinem o-
mnem usque ad uicesimum lapidem effudisse se.

Prælagia quæ diem mortis Germanici præuene-
runt, & luctus barbaricus. CAP. V.

Tamen longè maiora, & firmiora de eo iudicia in
morte, ac post mortem extitere. Quo defunctus est
die, la

die, lapidata sunt templa, subuersæ deum aræ. Lares à quibusdam familiares in publicum abiecti, partus cõium expositi. Quin & barbaros ferunt, quibus intestinum, quibusq; aduersus nos bellum esset, uelut in domestico, communiq; mœrore consensisse ad inducias. Regulos quosdam barbam posuisse, & uxorũ capita rasisse, ad indicium maximi luctus. Regum etiam regem & exercitatione uenandi, & conuictu Megistanum abstinuisse, quod apud Parthos iustitij instar est.

Mœstitia et luctus in urbe de morte eius.

C A P. VI.

Roma equidem, cum ad primam famam ualetudinis attonita, & mœsta ciuitas sequentes nuntios opperetur, et repete iam uesperis incertis autoribus cõualuisse tandem percrebuisse, passim cum luminibus, & uictimis in Capitolium concursus est, ac penè reuulsæ templi fores, ne quid gestientes uota reddere morarentur. Experimentus è somno Tyberius est gratulantium uocibus, atq; undique concinentium, Salua Roma, Salua patria, Saluus est Germanicus. Et ut demum fato functum palam factum est, non solatijs ullis, non edictis inhiberi luctus publicus potuit: durauitq; etiam per festos Decembris mensis dies. Auxit gloriam, desideriumq; defuncti, & atrocitas insequentium temporum, cunctis nec temere opinantibus, reuerentia eius, ac metu repressam Tyberij seuitiam, que mox eruperit.

Vxores, et filij Germanici. C A P. VII.

Habuit in matrimonio Agrippinam M. Agrippæ, & Iuliæ filiam, & ex ea nouem liberos tulit: quorum duo

Amoris maximus oim mortaliu in Germanicum indicium, quod ob eius obitum templa vastarint, aras subuerterint, tanquam dii non amplius colendi essent, quod humana non curarent, cum uota, preces, sacrificia pro salute Germanici nihil profuiissent.

Particorum rex a patris appellabatur rex regum, nam illi reges complures ministrabat instar fratellum. Megistanum, i. optimatum, siue principum, quos in cena semper adhibere solebat, nisi in luctu.

Quo habitu, rum duo infantes adhuc rapti, unus iam pueraescens in
 quaque effigie gni festiuitate, cuius effigiē habitu Cupidinis in aede Ca-
 pingatur Cu pido, lege Pro pitolinæ Veneris Liuia dedicauit. Augustus in cubiculo
 per. lib. 2. & suo positam, quotiescūq; introiret, exosculabatur. Cateri
 Apule. li. 6. de superstitēs patri fuerunt. Tres sexus fœminini, Agrippi-
 Alin. aur. Pli. tur. historię cō na, Drusilla, Liuilla, cōtinuo triennio natæ, totidem ma-
 tur. historię cō ditor, qui de res Nero, & Drusus, & C. Cæsar. Neronem, & Dru-
 hac re fortē sum senatus, Tyberio criminante, hostes iudicauit.

Locus, & tempus natiuitatis C. Cæsaris. c. VIII.

Caius Cæsar natus est pridie Cal. Septembres, patre
 suo, & C. Fonteio Capitone c o s s. ubi natus
 sit, incertum diuersitas tradentium facit. Cn. Lentulus

Getulicus Tiburi genitū scribit. Plinius Secūdus in Tre-
 ueris uico Ambiatino supra confluentes: addit etiā pro
 argumēto aras ibi ostēdi inscriptas, ob Agrippinæ puer-
 perium. Versiculi, imperante mox eo, diuulgati apud hy-
 berna legionum procreatum indicant:

In castris natus, patrijs nutritus in armis,

Iam designati principis omen erat.

Ego in actis Antij ipsum inuenio editum. Getulicum re-
 fellit Plinius, quasi mentitum per adulationem, ut ad lau-
 des iuuenis, gloriosiq; principis aliquid etiā ex urbe Her-
 culi sacra sumeret, abusumq; audentius mendacio, quōd
 ante annum ferē natus Germanico filius Tyberi, fuerat
 appellatus, & ipse C. Cæsar: de cuius amabili pueritia,
 immaturoq; obitu supra diximus. Plinium arguit ratio
 temporum. Nam qui res Augusti memoriæ mandarunt,
 Germanicum exacto cōsulatu in Galliam missum cōsen-
 tiunt, iam nato Caio. Nec Plinij opinionē inscriptio aræ
 quicquam

Tibur Hercu-
 li dicatū erat,
 ibi enim reli-
 giosē colebra-
 tur, vt ait Stra-
 bo lib. 5.

quic
 lias e
 min
 ras,
 epist
 nept
 alius
 Cal.
 heri
 med
 Val
 ueni
 nō p
 perā
 hec
 quē
 stru
 semp
 tale
 lium

C
 quos
 nem
 post
 cipit
 priu

quicquam adiuuerit, cum Agrippina bis in ea regione filias enixa sit: & qualiscūq; partus, sine ullo sexus discrimine, puerperiu uocetur: quod antiqui etiam puellas pueros, sicut & pueros pueros dictitarēt. Extat & Augusti epistola ante paucos, quam obiret, menses, ad Agrippinā neptem ita scripta de Caio hoc (neq; enim quisquā iam alius infans nomine pari tūc supererat) Puerū Caiū xv. Cal. Iunij (si dii uolēt) ut ducerēt Talarium, & Afellium, heri cū his constitui. Mitto præterea cū eo ex seruis meis medicum, quem scripsi Germanico, si uellet, ut retineret. Valebis mea Agrippina, & dabis operā, ut ualens peruenias ad Germanicum tuum. Abundē arbitror patere, nō potuisset ibi nasci Caium, quod propē bimulus demum perductus ab urbe sit. Versiculorum quoq; fidem eadem hæc eleuant, & eō facilius, quod hi sine autore sunt. Sequēda igitur est (quæ sola actorum restat) & publici instrumētī autoritas: præsertim cū Caius Antiū omnibus semper locis, atq; secessibus prælatū, non aliter quam natale solum dilexerit: tradaturq; etiam sedem, ac domicilium imperij tædio urbis transferre eō destinasse.

Cognomen Caij. & ubi primò educatus fuerit.

C A P. IX.

Caligula cognomen castrensi ioco traxit, quia manipulario habitu inter milites educabatur. Apud quos quantū præterea per hanc nutrimentorū cōsuetudinem amore, & gratia ualuerit, maximè cognitū est, cū post excessū Augusti, tumultates, & in furorē usq; præcipites, solus haud dubiè conspectu suo flexit. Non enim prius destiterunt, quam ablegari eū ob seditionis periculum, &

Caliga erat clavis confixū miltare calciamētū: caligas em̄ clavis suffigebant.

lum, & in proximā ciuitatem demandari animaduertissent. Tunc demum ad pœnitentiam uersi, represso, ac retento uehiculo, inuidiam, quæ sibi fieret, deprecati sunt.

Locus, et apud quos secundo fuerit educatus.

CAP. X.

Dic̃ tyrocinij
Neronis, &
Drusi celebra
uit Tyberius
dato plebi con
giario, sed nul
lo honore Ca
ligulæ tyroci
niū profecutus
est.

Omnib, infid,
f. Tyberij, qui
ad explorandū
iuuenis in se
animum variè
instigandū de
derat.

Comitatus est patrem, & in Syriaca expeditione. Vnde reuersus primū in matris, deinde ea relegata, in Liuiæ Augustæ proauia suæ contubernio mansit.

Quam defunctam prætextatus etiā tum pro rostris laudauit. Transijtq; ad Antoniam auiam, & undeuigesimo

ætatis anno accitus Capreas à Tyberio, uno atque eodem die togam sumpsit: barbāq; posuit, sine ullo honore,

qualis cōtigerat tyrocinio fratrum eius. Hic omnibus inuidijs tentatus, elicientium, cogentiumq; se ad querelas,

nullam unquam occasione dedit, p̄inde obliterato suorum casu, ac si nihil cuiquā accidisset: quæ uerò ipse pateretur, incredibili dissimulatione transmittens: tantiq;

in auum, & qui iuxta erant obsequij, ut non immeritò sit dictum: Nec seruum meliorem ullum, nec deteriorem dominum fuisse.

Signa sæuitiæ eius in iuuentute. CAP. XI.

Naturam tamen seuam atque probrosam, nec tunc quidem inhibere poterat, quin & animaduersionibus, pœnisq; ad supplicium datorum cupidissimè inter-

esset: & ganeas, atque adulteria capillamēto celatus, & ueste longa noctibus ambiret, ac scenicas saltandi, canendiq; artes studiosissimè appeteret: facile id sanè Tyberio patiente, si per has mansuefieri posset seruum eius ita

genium. Quod sagacissimus senex ita prorsus perspexerat, ut

Capillamentū
hic accipit pro
eo quod Gal
lis dicif faulle
perrucque.

rat, ut

rat, ut aliquoties prædicaret exitio suo, omniumq; Caium
niuere, & se natricè (serpentis id genus) P. R. Phaëthon
tem orbi terrarum educare.

Vxor eius, et suspitio veneficij in Tyberium.

C A P.

XII.

Non ita multò pòst Iuniam Claudillam M. Syllani
nobilissimi uiri filiam duxit uxorem. Dèinde augur
in locum fratris sui Drusi destinatus, prius quàm inaugu
raretur, ad pontificatum traductus est, insigni testimonio
pietatis, atq; indolis, cum deserta, desolataq; reliquis sub
fidijs aula, Seiano* uerò tunc suspecto, mox & oppresso,
ad spem successiõis paulatim admoueretur. Quam quò
magis confirmaret, amissa Iunia ex partu, Enniam Nauiã
Macronis uxorem, qui tum prætorianis cohortibus præ
erat, sollicitauit ad stuprum, pollicitus & matrimonium
suum, si potitus imperio fuisset. Deq; ea re & iureiuran
do, & chirographo cauit. Per hanc insinuatùs Macroni,
ueneno Tyberium aggressus est, ut quidam opinatur: spi
rantiq; adhuc detrahi anulum, & quoniam suspicionem
retinentis dabat, puluimum iussit iniici, atq; etiam fauces
manu sua oppressit, liberto qui ob atrocitatē facinoris ex
clamauerat, confestim in crucem actò. Nec abhorret à ue
ritate, cum sint quidam autores, ipsum postea, etsi non de
perfecto, at certè de cogitato quondam parricidio profes
sum. Gloriatū enim esse assidue, in cōmemoranda sua pie
tate, ad ulciscendā necē matris, & fratrū, introiisse se cū
pugione cubiculum Tyberij dormientis, & misericordia
correptum, abiecto ferro recessisse: nec illum quanquam
sensisset, aut inquirere quicquam, aut exequi ausum.

Imperium

Destinatus, ele
ctus, designa
tus.

*als, hoste.

Hic ille Ma
cro est, cuius
opera usus est
Tyberij in op
primēdo Scia
no: vt supra vi
sum est.

Autores sunt,
qui narrāt, nō
solum qui sua
dent.

Imperium Caij Caligulae Cæsaris. CAP. XIII.

Sic imperium adeptus P. R. uel (ut ita dicam) hominū genus, uoti compotem fecit, exoptatissimus princeps maximæ parti provincialium, ac militum, quod infantem plerique cognouerant: sed & uniuerse plebi urbanae ob memoriam Germanici patris, miserationemq; propè afflictae domus. Itaq; ut à Miseno mouit, quamuis lugentis habitu, & funus Tyberij prosequens, tamen inter altaria, et uictimas, ardenteisq; tædas, densissimo, & letissimo obuiorum agmine incessit, super fausta nomina, sidus, & pullum, & puppum, & alumnnum appellantium.

Gesta eius in initio principatus. CAP. XIII.

Ingressoque urbem, statim consensus senatus, & irrum-
pentis in curiam turbae, irrita Tyberij uoluntate, qui testamento alterum nepotem suum prætextatum adhuc coheredem ei dederat, ius, arbitriumq; omnium rerum illi permissum est, tanta publica letitia, ut tribus proximis mensibus (ac ne totis quidem) supra centum l. x. millia uictimarum cæsa tradantur. Cum deinde paucos post dies in proximas Campaniæ insulas traiecisset, uota pro reditu suscepta sunt, ne minimam quidem occasionem quoquam omittente in testificanda sollicitudine, & cura de incolunitate eius. Ut uerò in aduersam ualetudinem incidit, pernoctantibus cunctis circa palatium, non defuerunt, qui depugnatos se armis pro salute ægri, quiq; capita sua titulo proposito uouerent. Accessit ad immensum ciuium amorem, notabilis etiam externorum fauor. Nanque Arthabanus Parthorum rex, odium semper, contemptumq; Tyberij præ se ferens, amicitiam eius

Afflicta erat C. Caligulae domus, nam patet Germanicus, & Agrippina mater, ac fratres Drusus & Nero, extincti erant,

Notabilis fauor, p. infigitur in bonam partem.

eius u
& tr
Cæs
Pia, e
I No
I lar
ne lau
& P
stim
Adijt
minor
& in
que e
culis
blice
quo i
brem
nia at
pisset
equit
psit. E
uitq;
bus sa
riores
bus e
busq;
tuit, C
bant,
trum

eius ultro petijt: uenitq; ad colloquium legati consularis, & transgressus Euphratem, aquilas, & signa Romana, Caesarumq; imagines adorauit.

Pia, et ciuilia gesta per eū in initio principatus. c. xv.

Incendebat & ipse studia hominum omni genere popularitatis. Tyberio cum plurimis lachrymis pro concione laudato, funeratoq; amplissime, cōfestim Pandatariā, & Pontias, ad transferendos matris, fratrisq; cineres festinauit, tempestate turbida, quò magis pietas emineret. Adijtq; uenerabundus, ac per semet in urnas cōdidit. Nec minore scena Hostiam, prefixo in biremis puppe uexillo, & inde Romā Tyberi subuectos, per splendidissimū quenque equestris ordinis, medio, ac frequenti die duobus* sculculis mausoleo intulit. Inferiasq; his annua religione publice instituit, & cō amplius matri Circēses, carpētumq; quo in pōpa traduceretur. At in memoriā patris, Septembrem mensē Germanicum appellauit. Post hęc, Antonie uis quicquid unquam Liuia Augusta honorum cepisset, uno SENAT. CONS. congesit. Patrū Claudium equitem Ro. ad id tempus collegā sibi in cōsulatu assumpsit. Fratrem Tyberiu die uirilī togæ adoptauit, appellauitq; principē iuuetutis. De sororibus autor fuit, ut omnibus sacramentis adijcerētur: Neq; me, liberosq; meos chariores habeo, quā Caiū, & sorores eius. Item relationibus consulum: Quod bonum, felixq; sit C. Cesari, sororibusq; eius. Pari popularitate damnatos, regeatosq; restituit, Criminumq; si qua residua ex priore tempore manebant, omnium gratiam fecit. Commētarios ad matris, fratrumq; suorum causas pertinentes, ne cui postmodum

Nec mino. sce. i. eod. m. appatu, eadēq; ostē tatiōe pietatis. *Beroaldus legit forulis.

Hic Claudius Caligule successit in imperio.

Om. sacra. ad iijc. i. quoties aliquid iureiurādo uellent aliter mare, id facerent interposito noie Caij Cef. & sororū. Neq; me, neq; lib. uerba sūt, quib⁹ Ro. iurandum concipiebant.

Relationes consulum dicunt, quādo in senatu referunt aliquid, sup quo sentētia patrū disquiruntur. Quod bo. fel. que & c. uerba sunt, quib⁹ cōsules exordie bātur relationes.

Comment. ad
matris, &c.
Caius crema,
uit omnes libel-
los, in quibus
continebantur
testimonia in
matrē fratres,
& dicta, vnācū
delationibus,
quę omnia scri-
pta fuerunt ad
Tyb. cupiētem
illos perdere,
priusq; iura-
uit se illa non
legisse. Reiecit
& libellum, in
quo cōtinebāt
insidię, quas
quidam para-
bant ad eū op-
primendum,
Sine sui appel-
lacione Caius
condēnatos ad
se prouocare.
Ducētes, autē,
Lege Beroal
in annot.

Representata,
pro exhibitā.

*alij, octoglin-
ta.

delatori, aut testi maneret ullus metus, conuictos in fo-
rum, & antē clarē obtestatus deos, neq; legisse, neq; atti-
gisse quicquam, cōcremauit. Libellum de salute sua obla-
tum non recepit, contendens nihil sibi admissum, cur cui-
quā inuisus esset, negauitq; se delatoribus aures habere.

Ciuiilia eius gesta, ac ipsius moderatio. C. A. XVI.

Spintrias monstrosarum libidinum agrē ne profundo
mergeret exoratus, urbe submoxit. Titi Labieni, Cor-
di Cremutij, Casij Seueri scripta Senatūscōsultis abolita
requiri, & esse in manibus, lectitariq; permisit: quādo ma-
xime sua interesset, ut facta quęq; posteris tradatur. Ra-
tiones imperij ab Augusto proponi solitas, sed à Tyberio
intermissas publicauit. Magistratibus liberam iurisdic-
tionem, & sine sui appellatione cōcessit. Equites Romanos
seuerē, curiosq; nec sine moderatione recognouit, palām
adempto equo, quibus aut probri aliquid, aut ignominia
inisset: eorū, qui minore culpa tenerentur, nominibus mo-
dō in recitatione pręteritis: ut leuior labor iudicātibus fo-
ret, ad quatuor priores, quintā decuriā addidit. Tentauit
& comitiorū more reuocato, suffragia populo reddere.
Legata ex testamēto Tyberij, quanquā abolito, sed & Li-
uię Augustę, quod Tyberius suppresserat, cū fide, ac sine
calūniā representata persoluit. Ducētesimā auctiōnū Ita-
lię remisit. Multis incēdiorū dāna suppleuit: ac si quibus
regna restituit, adiecit & fructū omnem uestigialiorū, &
reditum mediij temporis, ut Antiocho Comageno n. s.
millies confiscatum. Quoq; magis nullius non boni exem-
pli fautor uideretur, mulieri libertinę* octingenta dona-
uit, quod excruciatā grauissimis tormētis de scelere pa-
troni re-

troni reticuiſet. Quas ob res inter reliquos honores decretus eſt ei clypeus aureus: quē quotannis certo die collegia ſacerdotum in Capitolium ferrent, ſenatu proſequente: nobilibuſq; pueris, ac puellis, carmine modulato laudes uirtutum eius canentibus. Decretum autem, ut dies, quo cepiſſet imperium, Palilia uocaretur, uelut argumentum ruruſus conditæ urbis.

Palilibuſurbē
Romā cōdidit
Romulus.

Conſulatus per eum geſtus, & liberalitas eius ad populum.

CAP. XVII.

Conſulatus quatuor geſit: Primū ex Cal. Ianuarijs per duos mēſes: Secundū ex Calen. Ianuarijs per triginta dies: Tertium uſq; in Idus Ianuarij: Quartū uſq; in vii. Idus eaſdē. Ex omnibus duos nouiſſimos cōiunxit. Tertium autē Lugduni inijt ſolus: non, ut quidam opinantur, ſuperbia, negligentia uel, ſed quōd defunctū ſub Calēdarum diem collegā reſciſſe abſens non potuerat. Cōgiarium populo bis dedit: trecenō uſ. toties abundantiſſimum epulum ſenatu, equeſtriq; ordini, etiā coniugibus, ac liberis utrorunq;. Poſteriore epulo, forēſia in ſuper uiris, pueris, ac foeminis faſcias purpuræ, ac cōchylj diſtribuit. Et ut letitiam publicam in perpetuum quoq; auget, adiecit diem Saturnalibus, appellauitq; Iuuenalem.

ſpectacula per eum edita. CAP. XVIII.

Mvnera gladiatoria partim in amphitheatro Tauri, partim in ſeptis aliquot edidit, quibus inſeruit cateruas Afrorum, Campanorumq; pugilum ex utraque regione electiſſimorum. Neque ſpectaculis ſemper ipſe præſedit, ſed interdum aut magiſtratibus, aut amicis præſidendi munus iniunxit. Scenicos ludos & aſidue, & guſto,

A Iuene & iuuenilis, & iuuenalis deriuantur. Dtem igitur Iuuenalem intelligit, à iuuenili reate peculiariter celebrandum.

Amphiteatrū Tauri Statiij, de quo in Auſt.

uarij generis, multifariam fecit: quosdā etiam & nocturnos accēsis tota urbe luminibus. Sparsit & missilia uariarum rerum, & panaria cum obsonio uiritim diuisit. Quae epulatione, equiti Ro. cōtra se hilarius, auidiusq; uescēti, partes suas misit: sed & Senatori ob eādem causam codicillos, quibus Praetorem eū extra ordinē designabat. Edidit & Circenses plurimos à mane usq; ad uesperā, interiecta modò Africanarū uenatione, modò Troiae decursione, quosdam autē praecipuos, minio, & chrysocola constrato circo: nec ullis nisi ex senatorio ordine aurigantibus. Cōmisit & subitos, cum elegantiam apparatus Circi prospicere pauci ex proximis menianis possent.

Nouū genus spectaculi per eū editū. c. xix.

Nouum praeterea, atque inauditū genus spectaculi excogitauit. Nam Baiarum medium interuallum, & Puteolanas moles, trium millium & sexcentorū ferē passuum ponte coniunxit, contractis undiq; onerarijs nauibus, & ordine duplici ad ancoras collocatis, supiectoq; aggere terreno, ac directo in Appiae uiae formā. Per hunc pontem ultro citro commeauit, biduo continenti. Primo die phalerato equo, insignisq; quercica corona, & securi, & cetra, & gladio, aureaq; clamyde. Postridie quadrigario habitu, curriculoq; bijugi famosorum equorum, praese ferens Darium puerum ex Parthorum obsidibus, comitante praetorianorum agmine, & in essedis cohorte amicorum. Scio plerosq; existimasse, talem à Caio pontē excogitatū, emulatione Xerxis, qui non sine admiratione aliquanto angustiozem Hellepontum cōtabulauerit. Alios, ut Germaniam, & Britanniam, quibus imminēbat, alicuius

Aphircane, p̄ā
therae dicuntur.

Ultro citro, si
ne cōiūctōne.
Biduum conti
nēs, pro perpe
tuum biduū.
Famoli in bo
nam partem.

Contabulare,
ponte conster
nere.

alic
nar
auli
de
affir
Bai
S
E
& c
tami
& l
cui
ferul
C
etum
rum
sum
rūq;
restit
cōde
serat
V
H
ptis:
tuum

alicuius immensi operis fama territaret. Sed auum meum narrantem puer audiebam, causam operis ab interioribus aulicis proditam, quòd Thrasyllus mathematicus, anxio de successore Tyberio, & in uerum nepotem proniori, affirmasset, non magis Caium imperaturum, quam per Baianum sinum equis discursurum.

Spectacula per eum peregrè facta. CAP. XX.

Edidit & peregrè spectacula in Sicilia: Syracusis ^{*hasticos ludos, et in Gallia Lugduni miscellos. Sed} & certamen quoq; Græcæ, Latineq; facundia. Quo certamine ferunt uictoribus premia uictos cõtulisse, eorūdem & laudes cõponere coactos. Eos autē, qui maximè displicuissent, scripta sua, spongia lingua ue delere iussos, nisi ferulis obiurgari, aut flumine proximo mergi maluissent.

Opera publica per eum edita, et peracta. C. XXI.

Opera sub Tyberio semiperfecta, templū Augusti, theatrūq; Põpeij absoluit. Inchoauit autē aquæ ductum regione Tiburti, & amphitheatrū iuxta septa: quorum operū à successore eius Claudio alterū peractū, omisum alterū est. Syracusis collapsa uetustate mœnia, deorūq; ædes refectæ. Destinauerat & Sami Policratidis regiā restituere. Mileti didymæum peragere, in iugo Alpiū urbē cõdere, sed ante omnia Isthmū in Achaia perfodere. Miseratq; iam ad dimetiendum opus primipilarem Caium.

Vana gloria, et elatio eiusdem. CAP. XXII.

Hactenus quasi de principe, reliqua ut de monstro narrada sunt. Compluribus cognominibus assumptis: nam & Pius, & Castrorum filius, & Pater exercituum, & opt. Max. Caesar uocabatur. Cùm audiret forte

n 3 reges,

Hast. lud. qui hastis militari more coniciebantur. *als, Atticos.

Lugd. misc. i. ex multitudine ludicris, uarijsq; commixtis.

De Polycrate lege Herod. li. 3. & Strab. li. 14. ac Plin. lib. 37. c. 1. Peragere, pro reuicere.

Didymæum, Apollinis Didymæi templum: de quo Macr. C. 17. lib. 1. Sa.

Iouis cognomina sibi vsurpabat Caligula.

Id est, Vn^o do-
minus sit, un^o
rex.

Iouis Olym-
pij simulacrū
ex ebore à Phi-
dia fabrefactū
fuit, vt ait Pli-
lib. 34. c. 8. &
Quintil. li. 12.
c. 10. de quo
simulacro lege
Strab. libr. 8.
Geograph.
Statuæ olim
ita formabant
vt capita tolli,
& alia substi-
tui possent.
Icon. simulac.
lin quo ipsius
Caligule ex-
pressa erat mē-
brorum simi-
litudo, atque
oris liniamen-
tū.
Tetraones, le-
ge Polit. c. 57.
Miscel.

Id est, ad terrā
Græcorū trāf-
feram te.

reges, qui officij causa in urbē aduenerant, concertantes apud se super coenam de nobilitate generis, exclamauit, *εἰς κοίραυ* & *ἔσω, εἰς βασιλευς*. Nec multū absuit, quin statim diadema sumeret, speciemq; principatus in regni formā cōuerteret. Verum admonitus, & principū, & re-
gum se excessisse fastigiū, diuinā ex eo maiestātē asserere sibi cœpit. Datoq; negotio, ut simulacra numinum reli-
gione, & arte præclara, inter quæ Olympici Iouis appor-
tarentur è Græcia: quibus capite dempto suū imponere-
tur, partem palatij ad forum usq; promouit, atque ade-
Castoris, & Pollucis in uestibulum transfigurata, consi-
stens sæpe inter fratres deos medium se adorandū adēum-
tibus exhibebat: & quidem cum Latialem Iouē cōsaluta-
uerunt. Templum etiā numini suo propriū, & sacerdo-
tes, & excogitatissimas hostias instituit. In tēplo simula-
crum stabat aureum iconiū. Amiciebaturq; quotidie ue-
ste: quali ipse uteretur. Magisteria sacerdotij ditissimus
quisq; & ambitione, & licitatione maxima uicibus cōpa-
rabant. Hostiæ erant phœnicopteri, pauones, tetraones,
numidicæ, meleagrides, phasianæ, quæ generatim per sin-
gulos dies immolarentur: & noctibus quidē plenam, sul-
gentēq; lunā inuitabat assiduē in amplexus, atq; cōcubi-
tū. Interdiu uerō cū Capitolino Ioue secreto fabulabatur,
modò insusurrans, ac præbens inuicem aures, modò cla-
rius, nec sine iurgijs. Nam uox comminantis audita est:

εἰς γαίλαυ δ' ἀναῶδῃ πῶραῶσε,

donec exoratus, ut restrebat, & in contubernium ultro
inuitatus, super templum diui Augusti ponte transmissio,
palatium, capitoliūq; cōiunxit. Mox quò prior es-

set, in

set,

A

ne,

dic

Iuli

gus

stas

ri. I

dem

stol

dan

Lin

cre

fe

titi

des

dem

mi

nec

utr

cut

acc

pra

pat

Ty

dic

set, in area capitolina nouæ domus fundamenta iecit.

Detractio, & scuitia eius contra propinquos.

C A P.

XXIII.

A Grippæ se nepotem neq; credi, neq; dici ob ignobili-
 litatē eius uolebat. Succensebatq; si qui uel oratio-
 ne, uel carmine, imaginibus eum Cesarū insererent. Præ-
 dicabat autē matrem suā ex incesto, quod Augustus cum
 Iulia filia cōmisisset, procreatā. Ac nō contentus hac Au-
 gusti infestatione, Actiacas, singulasq; uictorias, ut fune-
 stas P. R. & calamitasas uetuit solennibus ferijs celebra-
 ri. Luian Augustam proauiam Vlyssē stolatam identi-
 dem appellans, etiam ignobilitatis quadā ad Senatū epi-
 stola arguere ausus est, quasi materno auo Decurione Fū-
 dano ortā, cūm publicis monumentis certū sit Aufidium
 Lingonem Romæ honoribus functum. Auie Antonie se-
 cretū petenti denegauit, nisi ut interueniret Macro præ-
 fectus. Ac per istiusmodi indignitates, & tædia, causa ex-
 titit mortis: dato tamen, ut quidā putant, & ueneno. Nec
 defunctæ ullū honorē habuit: prospexitq; è triclinio ar-
 dentē rogū. Fratrem Tyberium inopinātem, repentē im-
 misso tribuno militū, interemit. Syllanū item socerum ad
 necem, secandasq; nouacula fauces compulit: causatus in
 utroq; quod hic ingressum se turbatius mare non esset se-
 cutus, ac spe occupandi urbem, siquid sibi per tēpestates
 accideret, remansisset: ille antidotum oboluisset, quasi ad
 præcauenda uenena sua sumptum: cūm & Syllanus im-
 patientiam nauisæ uitasset, & molestiam nauigandi: &
 Tyberius propter asiduā, & ingrauescentem tußim me-
 dicamento usus esset. Nam successorem imperij Claudiū

Non desunt q
 dicant Ouidiū
 ideo ab Augu-
 sto relegatum.
 quod cum ui-
 derit cum Iu-
 lia filia incestū
 admittentem.
 Vlyf. stoli. va
 frā. & astutā,
 ut inter Græ-
 cos Vlyses. Sto-
 latū autē ideo
 dicebat, quod
 foemina esset:
 est enim stola
 matronalis.
 Aufidius ma-
 ternus Liuiæ
 auus fuit.

patruum non nisi in ludibrium reseruauit.

Agrippina, Li
uilla, & Drusi
silla Caligulae
sorores.
Infra sed. in in
feriore loco.

Libido eius cū omnibus sororibus. CAP. XXIII.

Cum omnibus sororibus suis stupri consuetudinē fecit. Plenoq; conuiuio singulas infra se uicissim collocabat, uxore supra cubante. Ex his Drusillam uitiasse uirginem, praeextatus adhuc creditur. Atque etiam in concubitu eius quondam deprehensus ab auia Antonia, apud quam simul educabantur. Mox Lucio Cassio Longino consulari collocatam abduxit, & in modum iustae uxoris propalam habuit. Heredem quoque bonorum, atq; imperij eger instituit. Eadem defuncta, iustitium in dicit: in quo risisse, lauasse, coenasse cum parentibus, aut coniuge, liberis ue, capitale fuit. Ac maroris impatiens cū repente, noctuq; profugisset ab urbe, transcurrissetq; Campaniā, Syracusas petijt. Rursusq; inde properē redijt, barba, capilloq; promisso. Nec unquā postea quantiscunque de rebus, ne pro concione quidem populi, aut apud milites, nisi per nomen Drusillae deierauit. Reliquas sorores nec cupiditate tanta, nec dignatione dilexit, ut quas saepe exoletis suis prostrauerit. Quō facilius eas in causa Aemilij Lepidi condemnauit quasi adulteras, & insidiarum aduersus se conscias. Nec solum chirographa, omnium requisita fraude, ac stupro diuulgauit, sed & tres gladios in necem suam prae paratos Marti ultori, addito elogio, consecrauit.

Dignatio, pro
reuerentia.

Bello Philippē
si ob paternā
uisionē suscep
to, Marti co
gnomento uolto
ri eadem uoue
rat Augustus,
quā deinde ex
truxit.

Matrimonia, & vxores eius CAP. XXV.

Matrimonia contraxerit turpius, an dimiserit, aut tenuerit, non est facile discernere. Liuiam Horstillam C. Pisoni nubentem, cū ad officium & ipse uenisset, ad

set, ad se deduci imperauit, intraq; paucos dies repudia-
tam biennio post relegauit, quod repetisse usum prioris
mariti tempore medio uidebatur. Alij tradunt, adhibitum
coenae nuptiali mandasse ad Pisonem contra accumbentē,
Noli uxorē meam premerere: statimq; è cōuiuio abduxit
se eam secū, & proximo die edixisse matrimoniū sibi re-
pertum exemplo Romuli, & Augusti. Loliā Paulinā
Augustus,

C. Memmio cōsulari, exercitus regēti nuptiam, facta men-
tione auiae eius, ut quondam pulcherrimae, subito ex pro-
uincia euocauit, ac perductam à marito cōiunxit sibi, bre-
uiq; missam fecit, interdicto cuiusquā in perpetuū coitu.
Caesoniam neq; facie insigni, neq; etate integra, matrēq;
iam ex alio uiro trium filiarum, sed luxuriae, ac laciuiā
perditae, & ardētius, & constantius amauit: ut saepe chla-
myde, peltaq; & galea* ornatam, & iuxta adequitan-
tem, militibus ostenderit, amicis uerò etiam nudam. Quā
eniam uxorio nomine dignatus est, uno atq; eodem die
professus, & maritum se eius, & patrē infantis ex ea na-
tae. Infantē autem Iuliam Drusillā appellatam, per omniū
dearum templa circunferens, Mineruae gremio imposuit,
alendamq; & instituendam cōmendauit. Nec ullo firmio-
re indicio sui seminis esse credebat, quā feritatis: quae il-
li quoque tanta iam tunc erat, ut infestis digitis ora, &
oculos simul ludentium infantium incesset.

Crudelitas eius contra propinquos, et ceteros.

C A P.

XXVI.

L Eue, ac frigidū sit his addere quo propinquos, ami-
cosq; pacto tractauerit, Ptolemaeum regis Iubae fi-
lium, consobrimum suum (erat enim & is M. Antonij ex

n

s

Helena

Herstianvxo
rē habuit Ro-
mulus ex ra-
peu Sabinarū:
Loliam Drus-
illam prāgnā
tem abduxit à
matrimonio
Tyberij Nero,
Augustus.

Perductā, pro
traductam.
Missamfacere,
pro repudiare.
Cuiusquā, cū
verbo prohib-
endi.
*als, armatā,
sive ornatam.

Semen, pro ge-
nere.

Decima maturius dabat &c. decimam horam intelligentes. Cum enim nondum conuenissent equites, plebs equestria. i. loca in quibus equites spectantes sedebant, spectandi causa occupabat: unde discordia, ubi uenissent equites, inter eos et plebem exortiebantur. Alii Scenicis ludis &c. decimas matur. &c. legunt: ut sit decima nomen imperatoris liberalitatis: hoc est quoddam congiarij genus, quod solis equitibus daretur: quod cum maturi daret imperator, ad accipiendum confuso ordine ruitibus equitibus, plebs cupiens propius adesse eorum loca occupabat.

Helena filia nepos) & in primis ipsum Macronem, ipsam Enniam adiutores imperij, quibus omnibus pro necessitudine iure, proque meritorum gratia cruenta mors persoluta est. Nihil reuerentior, lenior ue erga Senatū. Quosdam summis honoribus functos, ad essendum sibi occurrere togatos per aliquot passuum millia, & cœnanti, modò ad pluteum, modò ad pedes stare succinctos linteos, passus est. Alios cum clam interemisset, citare nihilominus ut uiuos perseuerauit, paucos post dies uoluntaria morte periisse mentitus. c o s s. oblitus de natali suo edicere, abrogauit magistratum, fuitque per triduum sine summa potestate resp. Quæstorē suum in cōiuratione nominatū flagellauit ueste detracta, subiectaque militum pedibus, quò firmè uerberaturi insisteret. Simili superbia, uiolentiaque ceteros tractauit ordines. Inquietatus fremitu gratuita in circo loca de media nocte occupantium, omnes fustibus abegit. Elisiq; per eum tumultum uiginti amplius equites Ro. totidem matronæ super innumeram turbam ceteram. Scenicis ludis, inter plebem & equitem causam discordiarum serens, decimas maturius dabat, ut equestria ab infimo quoque occuparentur. Gladiatorio munere, reductis interdum flagrantissimo sole uelis, emitti quæquam uetabat: remotoque ordinario apparatu, rabidis feris uilissimos senio confectos, gladiatores quoque pugnates, patres familiarum notos, sed insignes debilitate aliqua corporis, subijciebat. Ac nonnunquam horreis præclusis, populo famem indixit.

Eiusdem saeuitia, atque crudelitas. CAP. XXVII.

Saeuitiam ingenitam per hæc maxime ostendit: Cū ad saginam ferarum muneri præparatarum carius pecudes

des compararentur, ex noxijs laniados adnotauit: & custodiarum seriem recognoscens, nullius inspecto elogio, stans tantummodo intra porticum mediā à caluo ad caluum duci imperauit. Votum exegit ab eo, qui pro salute sua gladiatoriam operam promiserat: spectauitq; ferro dimicantem, nec dimisit nisi uictorem, & post multas preces: alterum, qui se periturum ea de causa uouerat cun- Et antē, pueris tradidit uerberatum, infulatumq;, qui uotum repositos per uicos agerent, quoad precipitaretur ex aggere. Multos honesti ordinis, deformatos prius stigmatum notis, ad metalla, & munitiones uiarum, aut ad bestias condemnauit, aut bestiarum more quadrupes cauea coercuit, aut medios ferra dissecuit. Nec omnes grauibus ex causis, uerum male de munere suo opinatos, uel quod nunquam per genium suum deierassent. Parentes supplicio filiorum interesse cogebat. Quorū uni ualitudinem excusanti lecticam misit: aliū è spectaculo poenae, epulis statim adhibuit, atque omni comitate ad hilaritatem, & iocos prouocauit. Curatorem munerū, ac uenationum per cōtinuos dies in conspectu suo catenis uerberatū non prius occidit, quā offensus putrefacti cerebri odore. Attellanae poetam, ob ambigui loci uersiculū, media amphitheatri arena igni cremauit. Equitē Romanum obiectum feris, cum se innocentem proclamasset, reduxit, abscissaq; lingua rursus induxit.

Seuitia eius contra suos exules, & senatorem.

C A P. XXVIII.

Reuocatum quendā à uetere exilio sciscitatus quidnam ibi facere consuesset, respondente eo per adulationem:

Ex nox. Iani, Humanis caribus feras alebat Caligula

A cal. ad cal. vide Polidori Vergi. adagia, & chiliad. Eras.

De aggere Tarquinij forte in tellexit: de quo Plin. li. 3. c. 3.

De munere. s. de spectaculo exhibitio.

Attellanae. s. fabulae.

lationem: Deos semper orauit, ut (quod euenit) periret Tyberius, & tu imperares: opinans sibi quoque exules suos mortem imprecari, misit circū insulas, qui uniuersos con-
trucidarent. Cum discerpi Senatorem concupisset, subor-
nauit, qui ingredientem curiam repente hostem publi-
cum appellantes inuaderent, graphijsq; confossum lace-
randū ceteris traderent. Nec antè satiatus est, quàm mē-
bra, & artus, & uiscera hominis tracta per uicos, atque
ante se congesta uidisset.

Atrocitas eius dicta.

CAP. XXIX.

Immanissima facta augebat atrocitate uerborum. Ni-
hil magis in natura sua laudare se, ac probare dice-
bat, quàm (ut ipsius uerbo utar) ἀδύνατον ἕξειν, hoc est,
inuerecūdiam. Monēti Antonie auie, tanquā parū esset
nō obedire, Memēto, ait, omnia mihi, & in omnes licere.
Trucidaturus fratrem, quem metu uenenorū prēmuni-
ri medicamētis suspicabatur, Antidotū, inquit, aduersus Cæ-
sarem? Relegatis sororibus, non solū insulas habere se,
sed etiam gladios minabatur. Prætorium uirum ex secessu
Anticyræ, quā ualetudinis causa petierat, propagari sibi
commeatum sæpius desiderantem, cū mandasset interi-
mi, adiecit, necessariam esse sanguinis missionem, cui tan-
diu non profuisset helleborum. Decimo quoq; die nume-
rum puniendorum ex custodia subscribens, rationem se
purgare dicebat. Gallis, Græcisq; aliquot uno tēpore cō-
demnatis, gloriabatur Gallogræciam se subegisse.

Atrocitas, ac dira eius facta. CAP. XXX.

Non temere in quenquam, nisi crebris & minutis
Nictibus animaduerti passus est, perpetuo, notoq; iā
præcepto

Propagare, p
producere, si
ue proferre.

Rationes pur-
gari dicuntur,
quā decidūtur,
amputanturq;
superuacua. &
nō necessaria,
collatione fa-
cta accepti &
expensis.

pra
non
ria

Se
ma
tis

seu
ess

fid
sua
Cu

Te
gat
bus

fus
ce
sen

C

T
fab
ide

dia

præcepto ita fieri, ut se mori sentiat. Punito per errorem nominis alio, quam quem destinauerat, ipsum quoque paria meruisse dixit. Tragicum illud subinde iactabat:

Oderint, dum metuant.

Sæpe in cunctos pariter Senatores, ut Seiani clientes, aut matris, ac fratrum suorum delatores inuectus est, prolati libellis, quos crematos simulauerat, defensaque Tyberij seuitia, quasi necessaria, cum tot criminatibus credendum esset. Equestrem ordinem, ut scenæ, arenæque deuotum asfiduè proscidit. Infensus turbæ fauenti aduersus studium suum, exclamauit: Vtinam P. R. unâ ceruicem haberet.

Cumque Tetrinius latro postularetur, et qui postularent, Tetrinius esse ait. Retiarij tunicati quinque numero gregatim dimicantes, sine certamine ullo totidem secutoribus succubuerant: cum occidi iuberentur, unus resumpta fuscina, omnes uictores interemit. Hanc ut crudelissimam cædem et desleuit edicto: et eos, qui spectare sustinuisent, execratus est.

Eiusdem querela contra suorum temporum felicitatem.

CAP. XXXI.

Quæri etiam palam de conditione temporum suorum solebat, quod nullis calamitatibus publicis insignirentur. Augusti principatum clade Variana: Tyberij ruina spectaculorum apud Fidenas memorabile factum: sui obliuionem imminere prosperitate rerum. Atque identidem exercituum cædes, famem, pestilentiam, incendia, hiatum aliquem terræ optabat.

Prosperitate rerum, non solum hominis.

Crudelitas eius in cænis, ludis, spectaculis, et sacrificijs.

CAP. XXXII.

Animum



Decollare etiã
apud Senecã,

A Nimum quoq; remittenti, ludoq; & epulis dedito, eadem dictorum, factorũq; seuitia aderat. Sæpe in conspectu prandentis, uel comedentis seriæ questiones per tormenta habebãtur. Miles decollãdi artifex quibuscunq; è custodia capita amputabat. Puteolis dedicatione pötis, quem excogitatum ab eo significauimus, cum multos è litore inuissset ad se, repente omnes præcipitauit. Quosdam gubernacula apprehendentes, contis, remisq; detrusit in mare. Romæ publico epulo seruum, ob detractam lectis argenteam laminam carnifici confestim tradidit, ut manibus absissis, atq; ante pectus à collo pendentibus, præcedente titulo, qui causam poenæ indicaret, per cætus epulantium circumduceretur. Mirmillonem è ludo rudibus secum batuentem, & sponte prostratum cõfudit ferrea sica, ac more uictorũ cũ palma discurrit. Admota altaribus uictima, succinctus poparum habitu, elato alte malleo, cultrarium mactauit. Lautiore cõuiuio effusus subitò in cachinnos, coss. qui iuxta cubabant, quidnam rideret, blandè quærentibus: Quid, inquit, nisi uno meo nutu iugulari utrunque uestrum statim posse?

Rudibus gladiatores interdũ pugnabãt.

Apelles per eum flagellatus, & alia eius gesta.

CAP.

XXXIII.

I Nter uarios iocos, cũ assistens simulachro Iouis Apellem tragœdum consulisset, uter illi maior uideretur, cunctantem flagellis discidit, collaudans subinde uocem deprecantis, quasi etiam in gemitu prædulcem. Quoties uxoris, uel amicula collum exoscularetur, addebat, tam bona ceruix simulac iussero, demetur. Quin & subinde iactabat, exquisiturum se uel fidiculis de Cesonia sua,

CHP

cur eam tantopere diligeret.

Malignitas, & superbia eius contra omnes.

CAP. XXXIII.

NEc minore liuore, ac malignitate, quam superbia, seuitiaq; penè aduersus omnis aui homines grassatus est. Statuas uirorū illustriū, ab Augusto ex Capitolina area propter angustias in Martiū campū collatas, ita subuertit, atq; disiecit, ut restitui saluis titulis non ualuerint. Vetuitq; posthac uiuentiū cuiquam usquam statuam aut imaginem, nisi cōsulto se, & autore poni. Cogitauit etiam de Homeri carminibus abolendis. Cur enim sibi nō licere dicens, quod Platoni licuisset, qui eum è ciuitate, quā constituebat, eiecerit? Sed & Vergilij, & Titi Liuij scripta, & imagines, paulum absuit, quin ex omnibus bibliothecis amouerit. Quorum alterum, ut nullius ingenij, minimeq; doctrinae, alterū ut uerbosum in historia, negligentemq; carpebat. De iuris quoque consultis, quasi scientiae eorū omnē usum aboliturus saepe iactauit, se (mehercle) effecturum, ne quid respondere possint præter* eum. *als, xquū.

Vide Plato. li. 2. de republ.

Item inuidia eius contra omnes. CAP. XXXV.

Vetera familiarum insignia nobilissimo cuique ademit: Torquato torquem, Cincinnato crinem: Cn. Pompeio stirpis antiquae, Magni cognomen: Ptolemaū, de quo retuli, & accersitum è regno, & exceptum honorificè, non alia de causa repente percussit, quam quòd edente se munus ingressum spectacula, conuertisse hominū oculos fulgore purpureae abollae animaduertit. Pulchros, & comatos quoties sibi occurrerent, occipitioraso deturpabat. Erat Esius Proculus patre primipilari, ob egre

De quo retuli. li. 2. 6.

ob egregiã corporis amplitudinem, & speciem* colosse
 *Fortè colof. ros dictus. Hunc è spectaculis detractũ, repentè & in are
 1205. nam deductũ, Thraci, & mox hoplomacho comparauit:

Hoplomachus,
 gladiator est,
 qui scuto, & ar
 mis in speciem
 iustæ pugne di
 micat.

Cõparauit. i.
 opposuit, com
 misit.

Nemoren. reg.
 1. Aricine Dia
 næ sacerdoti:
 quod sacerdo
 tiũ regnum di
 cebat: de quo
 lege Ouid. lib.

3. Fasto. & Sta.
 lib. 5.

Venus impris
 mis debilitat
 latera: vnde
 parere lateri,
 est à coitu ab
 finire.

Ouid. 2. de
 Art. Sed lateri
 ne parce tuo,
 &c.

Temere, pro
 ferè,

bisq; uictorem cõstringi sine mora iussit: & pannis obfi
 gulari. Nullus deniq; tam abiectæ conditionis, tamq; ex
 tremæ sortis fuit, cuius nõ commodis obtreçtaret. Nemo
 rensi regi, quòd multos iam annos potiretur sacerdotio,
 ualidiorem aduersarium subornauit. Cum quodam die
 muneris essedario Porio ob prosperam pugnam seruum
 suum manumitenti studiosius plausum esset, ita se priori
 puit è spectaculis, ut calcata lacinia togæ, præeps per
 gradus iret indignabundus, & clamitans, dominum gen
 tium populum ex re leuissima plus honoris gladiatori tri
 buentem, quàm consecratis principibus, aut præsentì sibi.

Luxuria, & libido eiusdem. CAP. XXXVI.

Pvdicitie neque suæ, neq; alienæ pepercit. Marcum
 Lepidum, M. Nestorem Pantomimũ, quosdam obfi
 des dilexisse fertur, commercio mutui stupri. Valerius
 Catulus consulari familia iuuenis, stupratum à se, ac late
 ra sibi contubernio eius defessa, etiam uociferatus est. Su
 per sororum incesta, & notissimum prostitutæ Pyralidis
 amorè, non temere ulla illustriore fœmina abstinuit, quas
 plerunq; cum maritis ad cœnam uocatis, præterq; pedes
 suos transeuntes diligenter, ac lentè, mercantium more
 considerabat, etiam faciem manu alleuans, si quæ pudore
 submitterent. Quoties deinde libuisse, egressus triclinio,
 cum maximè placitam seuocasset, paulò post recentibus
 adhuc lasciuia notis, reuersus uel laudabat palam, uel
 uitupe

uituperabat singula, numerans bona malaue corporis, In acta. s. public
atque concubitus. Quibusdam, absentium maritorum omnia: ut publice
ne, repudium ipse misit, iussitque in acta referri. constaret.

Luxuria eiusdem in cœnis, balneis, ædificijs, &
alijs operibus.

CAP. XXXVII.

Nepotinis* sumptibus omnium prodigorum inge-
nia superauit, commentus nouum balnearum usum, ¶ 215, nepota
tus.
portentosissima genera ciborum, atque cœnarum, ut ca- ¶ Marg. ac. leg.
Simile fecit
Clodius, ut ait
Hor. 2. Ser. Ae
fopi tragedi
filius: & Cleo
patra: ut ait
Macro. Satur.
lib. 3. ca. 17.
lidis, frigidisq; unguentis lauaretur: pretiosissimas mar-
garitas aceto liquefactas sorberet: conuiuiis ex auro pa-
nes, & obsonia apponeret, aut frugi hominem esse oportere dictitans, aut Casarem. Quin & nummos non medio-
cris summa est fastigio basilicæ Iulie per aliquot dies spar-
sit in plebem. Fabricauit & de cedris liburnicas gemma-
tis puppibus, uersicoloribus uelis, magna thermarum, ¶ Con. ex aut.
pau. Simile fe-
cit Pithei v.
xor: lege Plu-
tar. de clar. mu-
lier.
& porticum, & tricliniorum laxitate, magnaq; etiam
uitium & pomiferarum arborum uarietate, quibus discum-
bens de die inter choros, ac symphonias, littora Campa-
niæ peragraret. In extructionibus prætoriorum, atq; uilla-
rum omni ratione posthabita, nihil tam efficere concupisce-
bat, quam quod posse effici negaretur. Et iacta itaq; mo-
les infesto, ac profundo mari, excisæ rupes durissimi sili-
cis, & campi montibus aggere æquati, & cõplanata fos-
suris montium iuga, incredibili quidem celeritate, cum mo-
re culpa capite lucretur. Ac ne singula enumerem, immen-
sas opes, totumq; illud Tyberij Casaris, uicies, ac septies
millies ¶ h. s. non toto uertente anno absumpsit.

Rapinæ, & extorsiones eiusdem.

CAP. XXXVIII.

Vertente anno,
pro finito, si-
cut ineunte.

Exhaust



EXhaustus igitur, atque egens, ad rapinas conuertit
 animum, uario, & exquisitissimo calumniarum, &
 auctionū, & uectigalium genere. Negabat iure ciuitatem
 Romanam usurpare eos, quorum maiores sibi, posterisq;
 eam impetrassent, nisi filij essent. Neq; enim intelligi de-
 bere posteros ultra hūc gradum. Prolataq; diuorū Iulij,
 & Augusti diplomata, ut uetera, & obsoleta desiebat. Ar-
 guebat & perperam editos cēsus, & quibus postea qua-
 cunq; de causa quicquā incrementi accessisset. Testamen-
 ta primipilarū, qui ab initio principatus Tyberij, neq; il-
 lum, neq; se hāredem reliquissent, ut ingrata rescidit. Itē
 ceterorum, ut irrita, & uana, quoscunq; quis diceret hā-
 rede Casare mori destinasse. Quo metu iniecto, cū iam
 & ab ignotis inter familiares, & à parentibus inter libe-
 ros palam hāres nuncuparetur, derisores uocabat, quòd
 post nuncupationem uiuere perseuerarent, & multis ue-
 nenatis maſteas misit. Cognoscebat autem de talibus cau-
 sis, taxato prius modo summæ, ad quem conficiendum con-
 sideret: confecto demum excitabatur, ac ne paululum qui-
 dem moræ patiens, super xl. reos quondam ex diuersis
 criminibus una sententia condemnauit, gloriatusq; est ex-
 pergefacta somno Casonia quantum egisset, dum ea me-
 ridiaret. Auctione proposita, reliquias omnium spectacu-
 lorum subiecit, & uenditauit, exquirens per se pretia, et
 usq; eò extendens, ut quidam immenso coacti quædā eme-
 re, ac bonis exuti uenas sibi inciderent. Nota res est, Apo-
 nio Saturnino inter subsellia dormitante, monitū à Caio
 præconem, ne prætorium uirum crebrò capitis motu nu-
 tantem sibi præteriret: nec licendi finem factum, quoad
 xlii. gladiatores h. s. nonagies ignorantia addicerentur.

Prolatq; diuorū
 &c. Si quis pr
 tulisset priuile
 giā obtēta à Lu
 lio Cæsare Au
 gu. de impetra
 ta Ro. ciuitate
 sibi & poste
 ris, in quibus
 declarabatur
 posteros intel
 ligi in gradus
 vltiores, di
 cebat Calig. ea
 esse obsoleta.
 Perp. ed. cent.
 &c. Vnusquis
 que Romę ede
 bat censum, i
 quārum in bo
 nis possideret
 per editionem
 declarabat.

Turpia eius lucra.

CAP. XXXIX.

IN Gallia quoq; cum damnatarū sororum ornamenta, & supellectilē, & seruos, atq; etiam liberos, immensis pretijs uēdidisset, inuitatus lucro, quicquid instrumenti ueteris aule erat, ab urbe repetijt, comprehensus ad deportandum meritorijs quoq; uehiculis, & pistrinensibus iumentis, adeo, ut & panis Romæ saepe deficeret, & litigatorum pleriq; quod occurrere absentes ad uadimonium nō possent, causa caderent. Cui instrumento distrahendo nihil nō fraudis, ac lenocinij adhibuit: modò auaritiæ singulos increpans, & quod non puderet eos locupletiores esse, quam se: modò poenitentiam simulans, quod principalium rerum priuatis copiam faceret. Cōpererat prouincialem locupletem ducenta h. s. numerasse uocatoribus, ut per fallaciam conuiuio interponeretur, nec tulerat molestè tam magno æstimari honorem cænsuræ. Huic postero die sedēti in auctione misit, qui nescio quid friuoli ducentis millibus traderet, diceretq; cœnatarum apud Cæsarem uocatu ipsius.

Nova uestigalia, Tribuni, & sordidi quæstus.

CAP. XL.

Vestigalia noua, atq; inaudita primùm per publicanos, deinde, quia lucrum exuberabat, per cæturiōnes, tribunosq; prætorianos exercuit, nullo rerum, aut hominum genere omisso, cui non tributū aliquid imponeretur. Pro edulijs, quæ tota urbe uenirent, certum, statutum, exigebatur. Pro litibus, atq; iudicijs ubicunq; conceptiq; quadragesima summæ, de qua litigaretur: nec sine pœna, si quis cōposuisse, uel donasse negotiū conuinceretur.

Quadragesima, quinquagesima, &c. ab solutè dicuntur ut decima.

0 2

Ex ger

Matr. obno. Ex gerulorum diurnis quæstibus pars octaua, ex captu-
 es. voluit Ca- ris prostitutarum quantum quæq; uno concubitu mere-
 lig-nuptas quæ ris prostitutarum quantum quæq; uno concubitu mere-
 adulterarent, ret. Additumq; ad caput legis, ut tenerentur publico, &
 tantumdem sol- quæ meretricium, quæ uel lenocinium fecissent: nec non &
 uere, quantum prostitute. matrimonia obnoxia essent.

Item de eodem.

CAP. XLI.

Leges in res
 incise dicunt
 propositæ, &
 perlatæ.

Nomenclato,
 res hi serui
 erant ciuium
 omnium nomi-
 na callentes:
 quos notatim
 ad palatinas lu-
 pas inuitabāt.

Huiusmodi uectigalibus indictis, neque propositis,
 cum per ignorantia scripturæ multa comissa fieret,
 tandē flagitante Po. Ro. proposuit quidem legem, sed &
 minutissimis literis, & angustissimo loco, uti ne cui de-
 scribere liceret. Ac ne quod non manubiarū genus expe-
 riretur, lupanar in palatio constituit, destructisq; & in-
 structis pro loci dignitate compluribus cellis, in quibus ma-
 trone, ingenuiq; starēt. Misit circū fora, & basilicas no-
 menclatores ad inuitados in libidē iuuenes, senesq;: præ-
 bita aduenientibus pecunia scenebris, appositiq; qui nomi-
 na palam subnotarent, quasi adiuuantium Cæsaris reditus.
 Ac ne ex lusu quidem aleæ compendium spernens, plus
 mendacio atq; etiā periurio lucrabatur. Et quondā pro-
 ximo collusori, demādata uice sua, progressus in atrium
 domus, cū prætereuntes duos equites Ro. locupletes sine
 mora corripere, confiscariq; iussisset, exultans redijt, glo-
 riansq; nunquam se prosperiore alea usum.

Dos pro nata filia, & strenæ per eum petita,
 ac recepta.

CAP. XLII.

Filia uerò nata, paupertatē, nec iam imperatoria mo-
 dò, sed & patria conquerens onera, collationes in-
 alimoniam, atq; dotem puellæ recepit. Edixit & strenas
 incunte anno se recepturum, stetitq; in uestibulo ædium
 Calend.

Calend. Ianuarijs ad captandas stipēs, quas plenis ante eum manibus, ac sinu, omnis generis turba fundebat. No-
uisimè cōtrestandæ pecuniæ cupidine incensus, sæpe su-
per immensos aureorum acervos patentissimo diffusos
loco, & nudis pedibus spatiatu, & toto corpore ali-
quandiu uolutatus est.

Expeditio eius germanica. CAP. XLIII.

Militiam, resq; bellicas semel attigit, neq; ex desti-
nato, sed cum ad uisendum nemi, flumenq; Cli-
tumni Meuaniam processisset, admonitus de supplendo
numero Batauorum, quos circa se habebat, expeditionis
Germanicæ impetum cepit: neq; distulit, sed legionibus,
& auxilijs undiq; excitis, delectibus undiq; acerbissimè
actis, contracto & omnis generis commeatu quantum
nunquã antè, iter ingressus est: confecitq; modò tam fe-
stinatè, & rapidè, ut prætorianæ cohortes contra mo-
rem signa iumentis imponere, & ita subsequi cogerètur:
interdum adèò segniter, & delicatè, ut octophoro uche-
retur, atq; à propinquarem urbium plebe uerri sibi uias,
& conspergi propter puluerem exigeret.

Geita per eum in castris. CAP. XLIIII.

Postquàm castra attigit, ut se acrem, & seuerũ du-
cem ostenderet, legatos, qui auxilia serius ex diuer-
sis locis adduxerāt, cū ignominia dimisit. At in exercitu
recensendo, plerisque centurionum maturis iam, & non-
nullis ante paucissimos, quàm consummatuuri essent, dies,
primos pilos ademit, causatus senium cuiusq; & imbecil-
litatem: cæterorũ increpita cupiditate, cōmoda emerita
militiæ ad sexcentorum millium summan recidit. Nihil
bus.

*Als Minocy
no Bellini &c.

Orosius lib. 7.
c. 3. cōiunctim
Minocynobel
linum hunc vo
cat, quem non
Bataurū, sed
Britannorū re
gis filiū fuisse
scribit.

Ad lumina re
uers. tanquam
ad noctē vsq;
protracta fue
r. t. illa dimica
t. o. nox. q; vt
difficili nego
tio interuenie
it.

Vergil. Aen. j.
Durate, & voi
met rebus ser
uate secundis.

autem amplius, quam* Admimocino Bellini Bataurorum
regis filio, qui pulsus à patre, cum exigua manu trāsfige
rat, in deditiōe recepto, quasi uniuersa tradita insula,
magnificas Romā literas misit, monitis sæpe latoribus, ut
uehiculo ad forum usq; & curiā pertenderent, nec nisi in
æde Martis, ac frequente Senatu, eos s. traderent.

Sylua per eum truncata, et milites per eū præmijs
donati, et alia gesta eius. CAP. XLV.

MOx deficiente belli materia, paucos de custodia
Germanos traijci, oculiq; trans Rhenum iussit,
ac sibi post prandiū, quā tumultuosissimè adesse hostē
nuntiari. Quo factō, proripuit se cum amicis, & parte
equitū prætorianorū in proximā syluam, truncatisq; ar
boribus, & in modū trophæorū adornatis ad lumina re
uersus, eorū quidem, qui secuti non essent, timiditatē, &
ignauā corripuit: comites autem, & participes uictoriæ
nouo genere, ac nomine coronarum donauit, quas distin
ctas solis, ac lunæ, syderumq; specie, exploratorias appel
lauit. Rursus obsides quosdam abductos è literario ludo,
clamq; præmissos, deserto repente cōiuiuo cum equitatu
insecutus, ueluti profugos, ac reprehensos in catenis redu
xit, in hoc quoq; minimo præter modū intēperans. Re
petita cœna renūciantes coactum agmen, sicut erant, lo
ricatos ad discumbendū adhortatus est. Monuit etiā no
tissimo Vergilij uersu, Durarent, secundisq; se rebus ser
uarent. Atq; inter hæc absentē Senatū, populūq; gra
uissimo obiurgauit edicto, quōd Casare præliante, &
tantis discriminibus obiecto, intempestiua conuiuia, cir
cum & theatra, & amœnos secessus celebrarent.

Appar

Apparatus exercitus eius contra Oceanum, &
alia eius gesta. CAP. XLVI.

Postremo, quasi perpetraturus bellū, directā acie in Perpetr. bellū,
littore Oceani, ac ballistis, machinisq; dispositis, ne i. extremā ma-
mine gnaro, ac opinante quidnam capturus esset, repen- num bello im-
tē ut conchas legerent, galeasq; & sinus replerent, impe- positurus.
rauit, spolia Oceani uocans Capitolio, Palatioq; debita. Conch. leg. ina-
Et in indicium uictoriē altissimam turrem excitauit: ex nes conchas in-
qua, ut ex Pharo, noctibus ad regendos nauium cursus, tellige, oceani
ignes emicarent: pronunciatōq; militi donatiuo, cētēnis æstu in litus
uiritim denarijs, quasi omne exemplum liberalitatis su- dilicētas.
pergressus: Abite, inquit, lati, abite locupletes. Excitare tur-
rim, pro exige

Cura triumphi, & alia eius gesta. CAP. XLVII.

Conuersus hinc ad curā triumphi, præter captiuos, & transfugas barbaros, Galliarū quoq; procerissi-
mū quenq; & ut ipse dicebat, ἀξιαβραύου Βη-roy, ac non-
nullos ex principibus legit, ac seposuit ad pompam: coē-
gitq; non tantum rutilare, & submittere comam, sed & Rutilare com-
sermonem Germanicum addiscere, & nomina barbarica i. cura, & stu-
ferre. Præcepit etiam trivemes, quibus introierat Ocea- dio rutilam, si
num, magna ex parte itinere terrestri Romam deuehi. ue flauam red-
Scripsit & procuratoribus, triumphū appararent quā- derē, vt veri
minima summa, sed quantus nunquam alius fuisset, quan- germani vide-
do in omnium hominum bona ius haberent. rentur.
Quam mi-
sum. i. minima
fici impensa

Nepharium consilium trucidandi legiones.

CAP. XLVIII.

Priusquam provincia decederet, cōsiliū iniit nefandæ
atrocitatis, legiones, quæ post excessum Augusti se-
ditionem olim mouerant, contrucidandi, quod & patrem
o 4 suum

Decimare, est suum Germanicū ducem, & se infantem tūc obsedissent. decimū, quē q̄ afficere sup̄ plicio.

Circūfedit, & obsedit, sed a/lij legunt circū dedit.

✱al. conclone. ✱al's, ad auertē dos.

equitatu armato circūfedit. Sed cū uideret suspecta re, plerosq; dilabi ad resumenda, si qua uis fieret, arma, pro fugit* concione, confestimq; urbem petijt, deflexa omni acerbitate in Senatū, cui* animaduertendos tantorū dede corū rumores palām minabatur, querēs inter cetera frau datū se iusto triūpho, cū ipse paulò antè, ne quid de honoribus suis ageretur, etiam sub mortis poena denunciasset.

Reditus eius ad urbem, malum eius propositum, & venena reperta. CAP. XLIX.

ADitus ergo in itinere à legatis amplissimi ordinis, ut maturaret, orātibus, quam maxima uoce: ueniā, inquit, ueniam, & hic mecum, (capulum gladij crebrò uerberans, quo cinctus erat) edixit & reuerti se, sed ijs tantū, qui optarent equestri ordini, & populo. Nam se neq; ciuem, neq; principem Senatui amplius fore. Vetuit etiam quenque Senatorum sibi occurrere, atque omisso, uel dilato triumpho, ouans urbem natali suo ingressus est. Intraq; quartum mensem perijt, ingentia facinora ausus, & aliquantò maiora moliens. Siquidem proposuerat Antium, deinde Alexandriam commigrare, interempto prius utriusq; ordinis electissimo quoque. Quod ne cui dubium uideatur, in secretis eius reperti sunt duo libelli diuerso titulo, alteri gladius, alteri pugio index erat. Ambo notas, & nomina continebant morti destinatorum. Inuenta & arca ingens, uariorum uenenorum plena:

Caesig. mortem copiose describit Ioseph. Au. Iuda. li. 19. c. 11.

Lege Oros. lib. 7. c. 3.

plena: quibus mox à Claudio demersis, infecta maria traduntur, non sine piscium exitio, quos enectos æstus in proxima littora eiecit.

Statura corporis eius, ac valetudo CAP. L.

Statura fuit eminēti, pallido colore, corpore enormi, Sgracilitate maxima ceruicis, & crurum, & oculis, et temporibus concavis, fronte lata, & torua, capillo raro, ac circa uerticem nullo, hirsutus cætera. Quare transeunte eo, prospicere ex superiore parte, aut omnino quacunque de causa capram nominare, criminofum, & exitiale habebatur. Vultum uerò natura horridum, ac tetrū etiā ex industria efferebat, componēs ad speculum in omnem terrorem, ac formidinem. Valetudo ei neq; corporis, neq; animi cōstitit. Puer comitali morbo uexatus: in adoleſcētia ita patiens laborū erat, ut tamen nonnunquam subita defectione ingredi, stare, colligere semet, ac sufferre uix posset. Mētis ualetudinem & ipse senserat, ac subinde de secessu, deq; purgando cerebro cogitauit. Creditur potionatus à Cæsonia uxore amatorio quidem medicamento, sed quod in furorem uerterit. Incitabatur in somnio maxime: neq; enim plus, quàm tribus nocturnis horis quiescebat: ac ne his quidem placida quiete, sed pauida miris rerum imaginibus, ut qui inter cæteras, pelagi quondam speciem colloquentem secum uidere uisus sit. Ideoq; magna parte noctis, uigilia, cubandiq; tædio, nunc toro residens, nūc per longissimas porticus uagus inuocare identidem, atq; expectare lucem consueuerat.

Valetudo mentis, & contemptus deorum, aliaq; eius gesta. CAP. LI.

o s Non

Synterinus
erat Ca'ig.
Potionatus,
veneno affectus.

Non immeritò mentis ualetudini attribuerim diuer-
 sissima in eodem uitia, summam confidentiam, &
 contrà nimium metū. Nam qui deos tantopere contemne-
 ret, ad minima tonitrua, & fulgura conuiuere, caput ob-
 uoluere, ad uerò maiora proripere se è strato, sub lectūq;
 condere solebat. Peregrinatione quidem Siciliensi, irrisis
 multorum locorum miraculis, repente à Messana noctu
 profugit, Aetnæi uerticis fumo, ac murmure pauefactus.
 Aduersus Barbaros quoq; minaciſſimus, cùm trans Rhe-
 num inter angustias, densumq; agmen iter effedo faceret,
 dicente quodam, non mediocrem fore consternationem,
 sicunde hostis appareat, equum ilico conscendit, ac pro-
 pere uersus ad pontes, ut eos calonibus, & impedimentis
 stipatos reperit, impatiens moræ per manus, ac super ca-
 pita hominum translatus est. Mox etiã audita rebellione
 Germaniæ, fugam, & subsidia fugæ classes apparabat,
 uno solatio acquiescens, transmarinas sibi superfuturas
 prouincias, si uictores Alpium iuga, ut Cimbri, uel etiam
 urbem, ut Senones quondam occuparent: unde credo per-
 cussoribus eius postea consilium natum apud tumultuan-
 tes milites ementiendi ipsum sibi manus intulisse, nuncio
 male pugnae perterritum.

Vestes, cæteri q; eius habitus. CAP. LII.

Vestitu, calceatuq; & cætero habitu, neque patrio,
 neq; ciuili, ac ne uirili quidē, ac deniq; nō humano
 semper usus est. Sæpe depictas, gemmatasq; indutus penu-
 las, manuleatus, & armillatus in publicum processit, ali-
 quando sericatus, & cycladatus: ac modò in crepidis, uel
 cothurnis, modò in speculatoria caliga, nonnunquam
 socco

De Cimbris
 lege Plut. in vi-
 ta Marij.

De Senonibus
 lege Liui. lib.
 3. ab urb.

In crepidis, p
 crepidatus.

Socco muliebri, plerunque uerò aurea barba fulmen tenens, aut fuscinam, aut caduceum, deorum insignia, atq; etiam Veneris cultu conspectus est. Triumphalem quidem ornatum etiam ante expeditionem assidue gestauit: interdum et magni Alexandri thoracem repetitum è conditorio eius.

Eloquentia eius, et ars oratoria. CAP. LIII.

EDisciplinis liberalibus minimū eruditioni, eloquentiæ plurimum attendit, quantumuis facundus, et promptus: utiq; si perorandum in aliquem esset, irato et uerba, et sententiæ suppetebant. Pronuntiatio quoq; et uox, ut neq; eodem loci præ ardore consisteret, et exaudiretur à proculstantibus. Peroraturus stricturum se lubricationis suæ telum minabatur. Lenius, cōptiusq; scribendi genus ad eò contemnens, ut Senecam tum maxime placentē, cōmissiones meras componere, et arenam esse sine calce diceret. Solebat etiam prosperis oratorū actionibus rescribere, et magnorū in Senatu reorū accusationes, defensionesq; meditari. Ac (prout stylus cesserat) uel onerare sententia sua quenque, uel subleuare, equestri quoq; ordine ad audiendum inuitato per edicta.

Eiusdem cantandi ars, saltandi, atq; augurandi.

CAP. LIIII.

SEd et aliorum generum artes studiosissime, et diuersissimas exercuit. Thrax, et auriga, idem cantor, atque saltator, batuebat pugnatorijs armis. Aurigabat extructo plurifariā circo. Canendi, ac saltandi uoluptate ita efferebatur, ut ne publicis quæ spectaculis temperaret, quò minus et tragædo pronuntianti concineret, et gestum

Eodē loci, pro eodem loco.

Rescribere. i. scripto respondere.

Batuebat. pug. ar. hoc est, cum thracē ageret, pugnabat armis magis pugnæ, quam gladiaturæ accōmodatis.

stum histrionis quasi laudans uel corrigens palam effin-
geret. Nec alia de causa uidetur eo die, quo perijt, perui-
gilium indixisse, quam ut initium in scenam procedendi li-
centia temporis auspicaretur. Saltabat autem nonnun-
quam etiam noctu. Et quondam tres consulares secunda
uigilia in palatium accitos, multaq; & extrema metuen-
tes super pulpitem collocauit. Deinde repete magno ti-
biarum, & scabelloru crepitu cum palla, tunicaq; talari
prosiluit, ac desaltato cantico abiit. Atq; hic tam docilis
ad cetera, natate nescijt.

Studium eius, & fauor ad plaudentes, & odium
ad impediētes.

C A P. L V.

Romani omnes
olim in Tybe-
ri natate discer-
bant.

Histriones fa-
bulas agentes
saltare dicunt.

Mirmillo &
Thrax in gla-
diatura iter se
depugnant.

Colibus hic
Mirmillonis
nomen est.

De factione
Circensiu lu-
dorū vide Be-
roal. i Annot.
Incitatus, auri-
ge prasini no-
men.

*Al. Euthico.

QVorum uero studio teneretur, omnibus ad insa-
niam fauit. M. Nestorem Pantomimum etiā in-
ter spectacula osculabatur: ac si quis saltante eo
uel leuiter obstreperet, detrahi iussum manu sua flagella-
bat. Equiti Romano tumultuanti, per centurionē denun-
tiauit, ut abiret sine mora Hostiam, perferretq; ad Ptole-
mæum regem in Mauritaniam codicillos suos. Quorum
exemplum erat: Ei, quem istuc misi, neque boni quic-
quam, neque mali feceris. Thraces quosdam Germanis
corporis custodibus preposuit. Mirmillonum armatu-
ras rescidit. Columbo uictori, leuiter tamen saucio uene-
num in plagam addidit, quod ex eo Columbum appellauit.
Sic certè inter alia uenena scriptum ab eo reper-
tum est. Prasine factioni ita addictus, & deditus, ut cœ-
naret in stabulo asidue, & maneret. Agitatori * Cythi-
co comessatione quadam in apophoretis uicies n s. con-
tulit. Incitato, (cuius equi causa pridie Circenses, ne in-
quietaretur

qui
bat
pre
mun
tius
trad

I
m
alijs
mun
tisin
quoc
nomi
& st
affir
uider
atq;
nis l
sibi p
popo
tum
peten
sa ag
comm

F
F

quietaretur, uiciniæ silentium per milites indicere solebat præter equile marmoreum, & præsepe eburneum, præterq; purpurea tegumenta, ac monile è gemmis, domum etiam & familiam, & supellectilem dedit, quò lautius nomine eius inuitati, acciperentur, consulatum quoq; traditur desinasse.

Coniuratio, & conspiratio contra eum facta.

CAP. LVI.

ITa bacchantē, atq; grassantē, non desuit plerisq; ^{* ani} * Al, consiliis
 mus adoriri. Sed una, & altera conspiratione detecta, alijs per inopiā occasionis cūctantibus: duo consiliū cōmunicauerunt, perfeceruntq; non sine conscientia potentissimorū libertorū, præsectorumq; prætoriae, quod ipsi quoq; etsi falsò in quadam cōiuratione, quasi participes nominati, suspectos tamen se, & inuisos sentiebant. Nam Seductis .i. in secretum ad ductis.
 & statim seductis magnā fecit inuidiam, districto gladio affirmans sponte se periturum, si & illis morte dignus uideretur: nec cessauit ex eo criminari alterum alteri, De ludis palatinis, et in cuius honorem celesbrarentur, lege Ioseph. lib. 17. Antiq. c. 1.
 atq; inter se omnes committere. Cumq; placuisset Palatinis ludis spectaculo egressum meridie aggredi, primas sibi partes Casius Charea tribunus cohortis prætoriae de poposcit, quē Caius seniorē iam & mollē, & effæminatū denotare omni probro consueat: & modò signum petenti, Priapū, aut Venerem dare, modò ex aliqua causa agenti gratias, osculandam manum offerre formatam, commotamq; in obscœnum modum.

Prodigia futuræ cædis eius. CAP. LVIII.

FVturæ cædis multa prodigia extiterunt. Olympiæ simulacrū Iouis, quod dissolui, transferriq; Romam placuerat

Idibus Martijs. C. Cæsar occisus fuit.

somnium

De his vide plene p. Iose. lib. 19. Antiq. c. 1.

placuerat, tantum cachinnum repente edidit, ut machinis labefactis opifices diffugerint. Supuenitq; ilico quidam Casius quoq; nomine, iussum se somnio affirmans immolare taurum Ioui. Capitolium Capuæ Idibus Martijs de caelo tactum est: item Romæ cella palatina atriensis. Nec desuerunt qui coniectarent altero ostento periculum à custodibus domino portendi: altero, eadem rursus in signum qualis eodē die facta quondam fuisset. Consulenti quoq; de genitura sua, Sulla mathematicus certissimam necem appropinquare affirmavit. Monuerunt et sortes Antiatimæ, ut à Casio caueret. Qua causa ille Casium Longinum Asiæ tum proconsulem occidendum delegauerat, immemor Cheream Casium nominari. Prædie quam periret, somniauit consistere se in caelo iuxta solium Iouis, impulsamq; ab eo dextri pedis pollice, et in terras precipitatum. Prodigiorum loco habitata sunt etiã, quæ forte illo ipso die paulo prius acciderant. Sacrificans respersus est phœnicopteri sanguine. Et pantomimus M. Nestor tragœdiam saltavit, quam olim Neoptolemus tragœdus ludis quibus rex Macedonum Philippus occisus est, egerat. Et cum in Laureolo mimo, in quo actor proripiens se ruina sanguinē uomuit, ut plures secundarum certatim experimentum artis darent, cruore scena abundavit. Parabatur et in noctem spectaculum, quo argumenta inferorum per Aegyptios, et Aethiopes explicarentur.

Cædes, & mors eius.

C A P. LVIII.

Nono Calendas Februarias, hora quasi septima cum staret an ad prandium surgeret, marcescente adhuc stomacho pridiani cibi onere, tandem suadentibus amicis egressus

egr
pue
ti p
A
sent
tra
glac
age
Tri
mot
tie
Acc
cent
ri u
Rep
Ad
lium
non
noxi

V
hort
ambu
exilio
prius
tatos
nocte

egressus est. Cum in crypta, per quam transeundum erat, pueri nobiles ex Asia ad edendas in scena operas euocati prepararentur, ut eos inspiceret, hortareturq; restitit. Gregē hic accipimus pro catera scenarum. Representare, pro rursus exhibere.

Ac nisi princeps gregis algere se diceret, redire, ac representare spectaculum uoluit. Duplex dehinc fama est: alij tradunt alloquenti pueros à tergo Chæream ceruicem gladio casim grauiter percussisse, præmissa uoce: Hoc age. Dehinc Cornelium Sabinum alterum è coniuratis Tribunum ex aduerso traiecisse pectus: alij Sabinū, submotam per conscios centuriones turba, signum more militie petisse, & Caio Iouem dante, Chæream exclamasse: Accipe ratum: respicientiq; maxillam ictu discidisse. Iacentem, contractisq; membris clamitantem se uiuere, ceteri uulneribus xxx. confecerunt. Nam signū erat omniū, Repete. Quidam etiam per obscœna ferrum adegerunt.

Ad primum tumultum lecticarij cum asseribus in auxilium accurrerunt. Mox Germani corporis custodes, ac nonnullos ex percussoribus, quosdam etiam Senatores innoxios interemerunt.

Funus Caij, & mors vxoris, & filia eius.

C A P. L I X.

Vixit annis uigintinouē, imperauit triennio & decem mensibus, diebusq; octo. Cadauer eius clam in hortos Lamianos asportatum, & tumultuario rogo semiambustū leui cespite obrutum est. Postea per sorores ab exilio reuersas erutū, crematum, sepultumq;. Satis constat prius, quàm id fieret, hortorum custodes umbris inquietatos. In ea quoque domo, in qua occubuerit, nullam noctem sine aliquo terrore transactam, donec ipsa domus

Ioseph. Antiq.
Hbr. 19. cap. 2.
Cæsoniam pe-
emptam ait
à Lupo, vno
tribunorū, &
super eam filiā
extinctam.

mus incendio consumpta sit. Perijt unā & uxor Cæsonia,
gladio à Centurione confossa, & filia parieti illissa.

Gesta per Senatū post mortē eius. CAP. LX.

Conditionem temporum illorum etiam per hæc esti-
mare quiuis possit. Nam neq; cæde uulgata statim
creditum est. Fuitq; suspitio ab ipso Caio famam cædis si-
mulatam, & emissam, ut eo pacto erga se hominū mentes
deprehenderet. Neq; coniurati cuiquam imperium desti-
nauerunt. Et Senatus in asserēda libertate adeo cōsensit,
ut **COSS.** primo non in curiam, quia Iulia uocabatur,
sed in Capitolium conuocarent. Quidam uerò sententiæ
loco abolendam Cæsarium memoriam, ac diruēda templa
censuerunt. Obseruatum autem, notatumq; est in primis
Cæsares omnes, quibus Caij prænomen fuit, ferro perijs-
se iam inde ab eo, qui Cinnanis temporibus sit occisus.

C. SVETONII

TRANQVILLI

D. Claudius Cesar.

De patre Claudij, & eius gestis.



QATREM Claudij Cæsaris Drusum,
Olim Decimum, mox Neronem prænomi-
ne, Liuiā cum Augusto grauida nupsisset,
intra mensem tertium peperit. Fuitq; suspi-
tio ex uitrico per adulterij consuetudinem procreatum.

Id est, felicibus
etiam trimestres
filij.

Statim certè uulgatus est uersus:

Τὸς ἐὺτυχοῦσι καὶ τῶν μνηστῶν παυλίας.

Is Drusus

Is Drusus in quaesturae, praeturaeque honore dux Rhetici,
 deinde Germanici belli, oceanum septentrionalem primus
 Romanorum ducum nauigauit: trans Rhenum fossas noui,
 et immensi operis effecit, quae nunc adhuc Drusinae uocatur.
 Hostem etiam frequenter caesum, ac penitus in intimas
 solitudines actum, non prius destitit insequi, quam species
 barbarae mulieris humana amplior, uictorem tendere ultra
 sermone Latino prohibuisset. Quas ob res ouandi ius, et
 triumphalia ornamenta percepit. Ac post praeturam con-
 festim inuito consulatu, atque expeditione repetita, supremum
 diem morbo obiit in aestiuis castris, quae ex eo scelerata
 sunt appellata. Corpus eius per municipiorum, colonia-
 rumque primores, suscipientibus obuiss scribarum decurijs,
 ad urbem deuectum, sepultumque est in Martio capite. Caterum
 exercitus honorarium ei tumulum excitauit: circa quem deinceps
 statim die quotannis miles decurreret, Galliarumque ciui-
 tates publice supplicarent. Praeterea Senatus inter alia con-
 plura, marmoreum arcum cum trophaeis uia Appia decreuit,
 et Germanici cognomen ipsi, posterisque eius. Fuisse autem
 creditur non minus gloriosi, quam ciuili animi. Nam ex
 hoste super uictorias optima quoque spolia captasse, sum-
 moque saepius discrimine duces Germanorum tota acie in-
 sectatus, nec dissimulasse unquam pristinum se Reip. statum
 quancumque posset, restitutum. Vnde existimo nonnul-
 los tradere ausos, suspectum eum Augusto, reuocatumque
 ex prouincia: et quia cunctaretur, interceptum ueneno.
 Quod equidem magis, ne praetermittere retuli, quam quia
 uerum, aut uerisimile putem: cum Augustus tantopere et
 uiuum dilexerit, ut coheredem semper filijs instituerit,

Ornamenta
 triumphalia mul-
 tis data sunt ci-
 tra triumphum.

Tumulus exit in
 Germania non
 Romae.

Mos erat, ut
 ait L. i. li. 40.

usitationis sa-
 cro pacto exer-

citum decurre-
 re, & diuisas

bifariam acies
 concurrere ad

simulacrum pu-
 gnantis des-

cursio hinc signi-
 ficatur a Suet.

instituta a mi-
 tibus in hono-

rem Drusi des-
 fundi. Galli

quoque suppli-
 cationes solen-

nes per singu-
 la templa in il-

lius honorem
 faciebant.

sicut quondam in senatu professus est, & defunctum ita pro concione laudauerit, ut deos precatus sit, similes ei Cæsares suos facerent: sibiq; tam honestum quandoq; exitum darent, quam illi dedissent. Nec contentus elogium tumulo eius uersibus compositis à se insculpsisse, etiam uitæ memoriæ prosa oratione composuit. Ex Antonia minore complures quidem liberos tulit, uerum tres omnino reliquit, Germanicum, Liullam, Claudium.

Natiuitas Claudij, & eius infantia. CAP. II.

Claudius natus est Iulio Antonio, Fabio Africano **COSS.** Calen. Augusti, Lugduni, eo ipso die, quo primū ara ibi Augusto dedicata est, appellatusq; Tyberius Claudius Drusus. Mox fratre maiore in Iuliā familiā adoptato, Germanici cognomen assumpsit. Infans autem relictus à patre, ac per omne serè pueritiæ, atq; adolescentiæ tēpus uarijs, & tenacibus morbis cōsuetatus est, adeo ut animo, simul & corpore hebetato, ne progressa quidē etate ulli publico, priuatoq; muneri habilis existimaretur. Diu etiā atq; post tutelam receptā, alieni arbitrij, & sub pædagogo fuit: quē barbarum, & olim superiumenta rium, ex industria sibi appositū, ut se quibuscūq; de causis quā seuisimè coërceret, ipse quodam libello cōqueritur. Ob hāc eandē ualetudinē, & gladiatorio munere, quod simul cū fratre memoriæ patris edebat, palliolatus nouo more præsedit: & togæ uirilis die, circa mediam noctem, sine solenni officio lectica in Capitolium latus est.

Opera eius circa liberales disciplinas. CAP. III.

Disciplinis tamen liberalibus ab etate prima nō mediocrem operam dedit, ac sæpe experimēta cuiusq; etiam

Post tut. rece.
postq; se per
eratē exemit
ex aliena tute
la.

etiam publicauit. Verum ne sic quidem quicquam dignitatis assequi, aut spem de se commodiorem in posterum facere potuit. Mater Antonia portentum cum hominis dicitur, nec absolutum à natura, sed tantum inchoatum: ac si quem socordiae argueret, stultiorem aiebat filio suo Claudio. Auiam Augustam pro despectissimo semper habuit, non affari, nisi rarissime, non monere, nisi acerbo, & breui scripto, aut per internuncios solita. Soror Liuilla cum audisset quandoque imperaturum, tam iniquam, & tam indignam sortem populo Romano, palam, & clarè detestata est. Nam & auunculus maior Augustus quid de eo in utranque partem opinatus sit, quò certius cognoscatur, capitata ex ipsius epistolis posui.

Epistola Augusti ad Liuiam de testimonio

Claudij.

CAP. IIII.

Collocutus sum cum Tyberio ut madaſti, mea Liuia, quid nepoti tuo Tyberio faciundum esset ludis Martialibus. Consentit autem uterque nostrum semel esse nobis statuendum, quod consilium in illo sequamur. Nam si est, *Id est, integer.*
Id est, torus per
 ceterum, & (ut ita dicam) ὁλόκληρος, quid est quod dubitemus, quin per eosdem articulos, & gradus perducendus sit, per quos frater eius perductus fuit? Sin autem ἐλαττώσασαι sentimus eum, ἢ βεβλάσθαι, ἢ εἰς τὴν τοῦ σώματος, ἢ εἰς τὴν τῆς ψυχῆς ἀρτιότητα, præbenda materia deridendi & illi, & nos non est hominibus: τὸ ἕκαστον σκώπτειν καὶ μνηστῆρῶν εἰς εἰωθόσιν. Nā semper aestuabimus, si de singulis articulis temporum deliberabimus, μὴ πρῶτος κεμελοῦ ἡμῶν, posse arbitremur eum gerere honores, nec ne. In presentia tamen quibus de rebus consulis,

Id est, integer.
Id est, torus per
fectus.

Id est, minus,
sive hebetari.

Id est, & offensus est circa
corporis, & animæ integritatem.

Id est, hæc sub
fannare, & ridere solitis.

Id est, an subiectum nobis.

Salij Martis curare eum ludis Martialibus triclinium sacerdotū, non
 sacerdotes ce- displicet nobis, si est passurus se ab Syllani filio homine
 lebratis ludis sibi affini admoneri, ne quid faciat, quod cōspici, & deri
 lautissimas coc nas consicie, deri possit. Spectare eum Circenses ex puluinari, nō pla
 bāt. Hinc Sa- cet nobis. Expositus enim in prima frōte spectaculorum
 liares coene di cales: de quib? conspicietur. In Albanum mōtem ire eum, non placet no
 ctæ, & pontii, bis, aut esse Romæ Latinarum diebus. Cur enim nō præ
 lege in Chil- ficitur urbi, si potest fratrem suum sequi in montem? Ha
 Eras. & apud bes nostras mea Liuia sententias, quibus placet semel de
 Macrob. libr. tota re aliquid constitui, ne semper inter spem & metum
 3. c. 15. Satur. fluctuemus. Licebit autem, si uoles, Antonie quoque no
 Curare tricoli- stræ des hanc partem epistolæ huius legendam. Rursus
 nium dicitur, alteris literis: Tyberium adolescentem ego uerò, dum tu
 qui præest tri- aberis, quotidie inuitabo ad cœnam, ne solus cœnet cum
 clinio, ut omnia suo Sulpitio, & Athenodoro: qui uellem diligentius, &
 diligēter in coc minus μετέωπος deligeret sibi aliquem, cuius motum, &
 na apparētur: habitum, & incessum imitaretur misellus:
 Græcis archi- Ex puluina/

Ex puluina/ rī, tanquam ex loco religioso, & nobilitari.

ΑΤΥΧῆ Πῶν ἐν τοῖσι πρῶτοις ἀίοις λέγει,

Id est, infelici- ter valde agit iter studiosos. Id est, animæ eius generosi- tas.

ἀσαφῶς obscure, σαφῶς uerò perspicuè.

ubi non aberrauit eius animus, satis apparet ἢ τῆς ψυχῆς ἀντὶ τοῦ γένεσθαι. Item tertijs litteris: Tyberium nepotem tuum placere mihi declamātem potuisse, peream, nisi mea Liuia admiror. Nam qui tam ἀσαφῶς loquatur, qui possit, cum declamat, σαφῶς dicere? quæ dicenda sunt, nō uideo. Nec dubium est, quin post hæc Augustus cōstituerit, & reliquerit eum nullo præter auguralis sacerdotij honore impertitū: ac ne heredem quidem, nisi inter tertios, ac penè extraneos, & parte sexta nuncuparet, legatōq; non amplius quàm octingentorum sestertiorum profecutus.

Honor

Honor Consulatus eidem per Tyberium negatus, & successus eius.

C A P. V.

TYberius patruus petenti honores, consularia ornamenta detulit. Sed instantius legitimos flagitanti, id solum codicillis rescripsit, quadraginta aureos in Saturnalia, & sigillaria misisse ei. Tunc demum abiecta spe dignitatis, ad otium concessit, modò in hortis, & suburbano, modò in Campaniæ secessu delitescens, atq; ex cõtubernio sordidissimorum hominũ super ueterem segnitiam, ebrietatis, & aleæ quoque infamiam subijt.

Hic Tyberius princeps fuit post Augustũ.

Gratia, et fauor eius apud homines . C A P. VI.

CVM interim (quanquam hoc modo agẽti) nunquam aut officium hominum, aut reuerentia publica defuit: equester ordo bis patronum eum perferendæ pro se legationis elegit: semel cum deportandum Roman corpus Augusti humeris suis à coss. exposcerent: iterum cum oppressum Seianum apud eosdem gratularentur.

Quin & spectaculis aduenienti assurgere, & lacernas deponere solebant. Senatus quoque, ut ad numerum sodalium augustalium sorte ductorũ extra ordinem addiceretur, censuit: & mox ut domus ei, quã incendio amiserat, publica impensa restitueretur, dicendæq; inter cõsulares sententiæ ius esset: quod decretum abolitum est, excusante Tyberio imbecillitatem eius, ac damnum liberalitate sua resarturum pollicente. Qui tamen moriens, & in tertijs hæredibus eum ex parte tertia nuncupatum, legato etiam circa sestertia uicies prosecutus, commendauit insuper exercitibus, Senatui, populoq; Romano inter cæteras necessitudines nominatim.

Lacer deponere togati, non lacernati vnã cũ ipso Claudio spectarent. Lacernarũ depositio uenerationis signum erat Tyb. Cef. Iulix genti sacrauit sacerdotibus, q̄ dicti sunt sodales Augustales.

Consulatus eius, et gesta per eum. CAP. VII.

Secūda existi-
matio, pro fa-
ma prospera.

Sub Caio demum fratris filio secundam existimatio-
nem circa initia imperij omnibus lenocinijs colligen-
te, honores auspiciatus consulatum gessit unā per duos
menses. Euenitq; ut primitus ingredienti cum fascibus fo-
rum, præteruolans aquila dexteriore humero consideret.

Gef. vna. f. cū
Calig. Cæf.

Sortitus est & de altero consulatu in quartum annum.
Præseditq; nōnunquam spectaculis in Caij uicem, accla-
mante populo feliciter partim patruo imperatoris, par-
tim Germanici fratri.

In quar. ann.
hoc est, ut post
primū cōsula-
tum quarto de-
mū āno iniret
secundum,

Contumeliæ eidē per ludū illatæ. CAP. VIII.

Nec eo minus contumelijs obnoxius uixit. Nam etsi
Paulō serius ad prædictam cœna horam occurris-
set, non nisi ægrè, & circuito demum triclinio recipieba-
tur. Et quoties post cibum obdormisceret (quod ei ferè
accidebat) olearum, ac palmularum osibus incessebatur:
interdum ferula, flagro' ue uelut per ludum excitabatur à
tropæis. Solebant & manibus stertentis socci induci, ut
repentē expergefactus faciem sibi confricaret.

Veluti per io,
cum excitabat
à somno Clau-
d. cōiuiis, qui
mox se conuer-
tebant, ne ab
ipso deprehen-
derentur: hi au-
tem dictione
Græca tropæi,
quali versarij
dicuntur.

Discrimina quæ passus est. CAP. IX.

Sed ne discriminibus quidē caruit: primū in ipso con-
sulatu, quod Neronis & Drusi fratrum Cæsaris sta-
tuas segnius locandas, ponendasq; curasset, penè honore
submotus est. Deinde extraneo, uel etiam domesticorum
aliquo deferēte, assidue, uarieq; inquietatus. Cū uerò de-
tecta esset Lepidi, & Getulici cōiuratio, missus in Ger-
maniā inter legatos ad gratulandū, etiam uitæ periculum
adij, indignante, ac fremēte Caio patruū potissimū ad se
missum, quasi ad puerū regendum, adeo ut non desuerint,
qui tra-

Honore. f. con-
sularij,

qu
stu
uis
po
ti r
fest
pen
gat
præ

P
bili
cum
in d
mul
rium
dit:
sis p
tra
rato
tes,
his le
succ
seran
cept
quan
& ec
asser

qui traderent præcipitatum quoq; in flumen, sicut uesti-
stus aduenerat. Atque ex eo nunquam non in Senatu no-
uissimum consularium sententiam dixit, ignominia causa
post omnes interrogatus. Etiam cognitio falsi testamen-
ti recepta est, in quo & ipse signauerat. Postremò etiam
sestertia octogies pro introitu noui sacerdotij coactus im-
pendere, ad eas rei familiaris angustias decidit, ut cū obli-
gatam ærario fidem liberare non posset, in uacuum lege
prædiatoria uenalis pependit sub edicto præfectorum.

Initium imperij Claudij.

C A P. X.

PER hæc ac talia maxima etatis parte trāsacta, quin-
quagesimo anno imperium cepit quantumuis mira-
bili casu. Exclusus inter ceteros ab insidiatoribus Caij,
cum quasi secretum eo desiderante turbam submouerent,
in dietam, cui nomen est Hermeum, recesserat. Neque
multò post rumore cædis exterritus, prorepit ad sola-
rium proximum: interq; prætentia foribus uela se abdi-
dit: latentem discurrens fortè gregarius miles animaduer-
sis pedibus è studio sciscitandæ quisnam esset, agnouit, ex-
tractumq; & præ metu ad genua sibi accidentem impe-
ratorem salutauit. Hinc ad alios commilitones fluctuan-
tes, ne quicquam adhuc quàm frementes perduxit. Ab
his lecticæ impositus, & quia* serui diffugerant, uicissim
succollantibus in castra delatus est tristis, ac trepidus, mi-
serante obuia turba, quasi ad pœnā raperetur insons. Re-
ceptus intra uallū, inter excubias militū pernoctauit, ali-
quantò minore spe, quàm fiducia. Nā cōsules cū Senatu,
& cohortibus urbanis forum, Capitoliumq; occuparunt,
asserturi communem libertatem, accitusq; & ipse per

X. prædiatoria lex
est, qua prædia
tam urbana,
quàm rustica
ueneri subijci-
untur.

Quod vendi-
tionis subijctis,
nec emptorem
inuenit, pedit
uenaie in uac-
uum. Pedit
lic Claud. cui
bona, quæ sol-
uendo nō erāt,
nemo emere
volebat.

Nec quicquā
q̄, pro tātum,
*als, sui.
Succollare, col-
lo supposito
fulcire.

His de rebus
copiosius 10,
seph. lib. Anti.
19. ca. 3. & 4.

Trib. pleb. in curiam ad suadenda, quæ uiderentur, uise
 & necessitate teneri respondit. Postero uerò die, Senatu
 segniore in exequendis conatibus per tædium, ac dis-
 sensione diuersa censiui, & multitudine, quæ circum-
 stabat, unum rectorem iam & nominatim exposcente,
 armatos pro concione iurare in nomen suum passus est,
 promisitq; singulis quinadena h. s. primus Caesarum fi-
 dem militis etiam premio pigneratus.

Pigneratus. p.
 stipulatus, siue
 pactus.

De his plenius
 per Orofi. lib.
 7. cap. 4.

Gesta per eum in initio principatus CAP. XI.
 Imperio stabilito nihil antiquius duxit, quàm id biduū,
 quo de mutando Reipublicæ statu hæsitatum erat, me-
 morie eximere. Omnium itaque factorum dictorumq; in
 eo ueniam & obliuionē in perpetuū sanxit, ac præstitit,
 Tribunis modò, ac centurionibus paucis è coniuuratorum
 in Caium numero interemptis, exempli simul causa, &
 quòd suam quoq; eadem depoposcisse cognouerat. Con-
 uersus hinc ad officia pietatis, iusiurandum neq; sanctius
 sibi, neq; crebrius instituit, quàm per Augustum. Auia Li-
 uia diuinos honores, & Circensi pompa currum elephan-
 torum Augusteo similem decernendum curauit, parenti-
 bus inferias publicas, & hoc amplius patri Circenses an-
 nuos natali die, matri carpentum, quo per Circum ducere

Ab elephantis
 currus hic tra-
 hebatur.

Agò quinquē,
 nalis Neapoli
 celebrabatur,
 illi æmulus q
 per Græciam
 clarissima cele-
 britate celebra-
 batur.
 Coronauit eū,
 s. qui maxime
 placuisset.

tur, & cognomen Augustæ, ab auia recusatū. Ad fratris
 memoriam per omnem occasionem celebratā, comœdiam
 quoq; Græcam Neapolitano certamine dedit, ac de sen-
 tentia iudicū coronauit. Ne Marcum quidem Antonium
 inhonoratum, ac sine grata mentione transmisit, testatus
 quondam per edictum tanto impensius petere se, ut nata-
 lem patris Drusi celebrarent, quòd idem esset & aui sui
 Antonij

Antonij. Tyberio marmoreū arcū, iuxta Pōpeij theatriū, decretum quidē olim à Senatu, uerū omiſſum, peregit. Caij quoq; etſi acta omnia reſcidiſſet, diē tamē necis, quā uis exordium principatus ſui, uetuit inter* faſtos referri.

*a'ſs, feſtos, ſi, ue fauſtos.

Honores per eum ſpreti, & alia ciuilia geſta eius.

CAP.

XII.

AC in ſemet augendo parcus, atque ciuilis, prænominis imperatoris abſtinuit, nimios honores reſuſcepit, ſpōſalia filiae, natalēq; geniti nepotis ſilentio, ac tantū domestica religione trāſegit. Neminē exulū niſi ex Senatus autoritate reſtituit. Ut ſibi in curiā præfectū prætorij, tribunosq; militū ſecum inducere liceret, utq; rata eſſent, quæ procuratores ſui in iudicando ſtatuere, præcario exegit. Ius nundinarum in priuata prædia à Conſulibus petijt: cognitionibus magiſtratum, ut unus è conſularijs frequenter interfuit. Eoſdem ſpectacula edentes, ſurgens & ipſe cum catera turba, uoce, ac manu ueneratus eſt. Trib. Ple. aduentibus ſe pro tribunali excuſauit, quòd propter anguſtias non poſſet audire eos niſi ſtantes. Quare in breui ſpatio tantum amoris, fauorisq; collegit, ut cum proſectum eum Hoſtiam periſſe ex inſidijs nuntiatum eſſet, magna conſtarnatione populus & militem quaſi proditorem, & ſenatum quaſi parricidam diris execrationibus inceſſere non antè deſtiterit, quā unus, atq; alter, & mox plures à magiſtratibus in roſtra producti, ſaluū & appropinquare confirmarent.

Inſidiæ, & cōiuratiōes cōtra eū factæ. CA. XIII.

NEc tamen expers inſidiarum uſquequaq; permanſit, ſed & à ſingulis, & per factionem, & denique

P S ciuili

Petit à conſulibus Claud. ut in prædijs, quæ priuato poſidebat, nūdine celebrari poſſent.

Cognit. mag. i. quando de cauſa aliqua cognoſcebant.

ciuili bello infestatus est. E plebe homo nocte media iuxta cubiculū eius cum pugione deprehensus est. Reperti & equestris ordinis duo in publico cum dolone, ac uenatorio cultro, præstolantes, alter ut egressum theatro, alter ut sacrificantem apud Martis ædem adoriretur. Conspirauerant autem ad res nouas Gallus Asinius, & Stilius Coruinus Pollionis ac Messala oratorum nepotes, assumptis compluribus libertis ipsius, atque seruis. Bellum ciuile mouit Furius Camillus Scribonianus Delmatia legatus: uerū intra quintum diem oppressus est, legionibus, quæ sacramentū mutauerāt, in pœnitentiam religione conuersis, post quā denunciato ad nouum imperatorem itinere casu quodam, ac diuinitus, neq; aquila ornari, neque signa conuelli, moueriq; potuerunt.

Consulatus eius, & gesta in eis.

C A P.

XIIII.

Consulatus super pristinum quatuor gessit. Ex quibus duos primos iunctim, sequentes per interuallū, quarto quenq; anno, semestrem nouissimum, bimestres ceteros. Tertium autem nouo circa principem exemplo in locum demortui susceptus. Primus & Consul, & extra honorem laboriosissime dixit, etiam suis suorumq; diebus solennibus, nonnunquam festis quoque antiquitus, & religiosis. Nec semper præscripta legum secutus, duritiam, lenitatem uel multarum ex bono, & æquo perinde ut afficeretur, moderatus est. Nam & ijs, qui apud priuatos iudices plus petendo formula excidissent, restituit actiones: & in maiore fraude coniunctos, legitimam pœnam supergressus, ad bestias condemnauit.

Copiosius hinc
Roriam hanc
explicat Pau.
Orof. libr. 7.
cap. 4.

In castris signa
Ro. figebant,
quæ ituri ad
prælium auel-
lere si nō pote-
rāt, ominosum
erat: qd Cras-
so in bello Par-
thico accidit.
Inter autē au-
guria erat, si a-
uellentem faci-
le sequeretur.
Hinc Ver. A. 6.
II. Vbi pri-
mū uellere si-
gna Annuerint
superi.

Varietas

Varietas eius in cognoscendo, & sententiando.

C A P.

X V.

IN cognoscendo autem, ac decernendo mira uarietate animi fuit, modò circūspectus, & sagax, modò inconsultus, ac præceps, nonnuquam friuolus, amentiq; similis.

Cum decurias rerum actu expungeret, cum qui dissimu-

lata uacatione, quam beneficio liberorum habebat, respō-

derat, ut cupidum iudicandi dimisit. Alium interpellatū

ab aduersarijs de propria lite, negantem que cognitionis

rem, sed ordinarij iuris esse, agere causam cōfestim apud

se cōegit, proprio negotio documentum daturum, quam

æquus iudex in alieno negotio futurus esset. Fœminam

non agnoscentem filium suum, dubia utrinque argumen-

torum fide ad cōfessionem compulit, indicto matrimonio

iuuenis. Absentibus, secundum præsentem facillimè dabat,

nullo delectu culpæ, si quis in aliqua necessitate cessas-

set. Proclamante quodam, præcidendas falsario manus,

carnificem statim acciri cum machara, mensaq; lanionia

flagitauit. Peregrinitatis reū, orta inter aduocatos leui

contentione, togatum ne, an palliatum dicere causam

oporteret, quasi æquitatem integram ostentans, mutare

habitum sæpius, & prout accusaretur, defenderetur ue-

iusit. De quodā etiā negotio, ita ex tabella pronunciaffe

creditur, secundum eos se sentire, qui uera proposuissent.

Propter quæ usque eò euiluit, ut passim ac propalam cō-

temptui esset. Excusans quidam testem è prouincia ab eo

uocatum, negauit præstò esse posse. Dissimulata diu

causa, ac post longas demum interrogaciones, mor-

tuus est, inquit, puto: licuit. Alius gratias agens, quòd

recum

Re. ac. exp. i. re
moueret ab a-
fitione rerū in
dicialium.

Numero libe-
rorū excusatio-
nem præstat à
numeribus cis-
uilibus.

Respondere dī
cūtur iudices,
& iuriscon. cū
de iure respon-
sant: hinc res-
ponso prudenti-
um dicta.

Peregr. reum
i. accusabatur
quòd cum per-
reginus esset
Romanum se
faciebat.

reum defendi pateretur, adiecit, Et tamen fieri solet. Il-
 lud quoq; à maioribus natu audiebã: adeò causidicos pa-
 tientia eius solitos abuti, ut descendente in Tribunali nõ
 solum uoce reuocarent, sed & lacinia togæ retenta, in-
 terdum pede apprehenso retinerent. Ac ne cui hæc mira
 sint, litigatori Græculo uox in altercatione excidit,
 ἡγὼ σὺ γέροντες εἶ, καὶ μωροὺς. Equitem quidem Ro. ob-
 scœnitatis in foeminas reum, sed falsò & ab imponenti-
 bus inimicis conficto crimine, satis constat, cum scorta
 meritoria citari aduersus se, & audiri pro testimonio ui-
 deret, graphium & libellos, quos tenebat in manu, ita
 cum magna stultitia, & seuitiã exprobratione iecisse in
 faciem eius, ut genam non leuiter perstrinxerit.

Id est, & tu se-
 nex es, & stul-
 tus.

Obsco. in hoc
 hunc quidam
 cõsilingũ fuit
 se volunt,

Officium censuræ, & gesta per eum. c. xvi.

CEsit & censurã intermissam diu post Paulũ, Plan-
 cumq; censores. Sed hanc quoque inæqualiter, ua-
 rioq; & animo, & euentu. Recognitione equitum iuue-
 nem plenum probri, sed quem pater probatissimum sibi
 affirmabat, sine ignominia dimisit, habere dicens censo-
 rem suum. Aliũ corruptelis, adulterijsq; famosum, nihil
 amplius quàm monuit, ut aut parcius et atule indulgeret,
 aut certe cautius. Addiditq;, Quare enim ego scio quam
 amicam habeas? Et cum orantibus familiaribus dem-
 psisset cuidam appositam notam, Litura tamen, inquit,
 extet. Splendidum uirum, Græciq; prouincia princi-
 pem, uerũ Latinis sermonis ignarum, non modò albo iu-
 dicum erasit, sed etiam in peregrinitatem redegit. Nec
 quenquam nisi sua uoce, utcunq; quis posset, ac sine pa-
 trono rationẽ uitæ passus est reddere. Notauitq; multos,
 & quos

Cens. f. scili-
 set patrem.

Amasis olim
 Aegyptiorũ rex
 legẽ condidit,
 ut qsq; quot
 annis apud præ-
 sidẽ rationem
 uitæ redderet,
 demonstraretq;
 unde uiueret,
 & quo questu
 sustentaretur,
 quod qui non
 faceret, morte
 afficeretur.

et
 se in
 ue
 ma
 Ale
 men
 inq
 xios
 aut
 ban
 bat
 illa
 ptu
 diq
 pos
 uin
 aq

E
 libu
 uell
 pot
 tun
 ab E
 sus
 Qu
 con

et quosdam inopinātes, et ex causa noui generis, quòd se infcio, ac sine comœatu Italia excessissent. Quendam uerò, et quòd comes regis in provincia fuisset, referens maiorum temporibus Rabirio Posthumo Ptolemæum Alexādriam crediti seruandi causa secuto, maiestatis crimen apud iudices motum. Plures notare conatus, magna inquisitorum negligentia, sed suo maiore dedecore innoxios ferè reperit, quibuscunq; coelibatum, aut orbitatem, aut egestatē obijceret, maritos, patres, opulentos se probantibus: eo quidē, qui sibimet uim ferro intulisse arguebatur, ille sum corpus ueste deposita ostētate. Fuerūt et illa in cēsura eius notabilia, quòd esset edum argētē sumptuosè fabricatum, ac uenale, ad figi laria redimi, conciditq; coram imperauit. Quodq; uno die xx. edicta proposuit: inter quæ duo, quorū altero admonebat, ut uberi uinearum prouentu bene dolia picarentur: altero, nihil æquè facere ad uiperæ morsum, quàm taxi arboris succū. Expediitio eius Britannica, et triumphus.

CAP. XVII.

EXpeditionem unam omnino suscepit, eamq; modicam. Cùm decretis sibi à Senatu ornāmētis triūphalibus leuiorem maiestati principali titulum arbitraretur, uelletq; iusti triumphus decus, unde acquireret Britannia potissimum elegit, neque tentatam ulli post D. Iulium, et tunc tumultuantem ob non reditos transfugas. Huc cùm ab Hostia nauigaret, uehementi Circio bis penè demersus est prope Liguriam, iuxta que Stoëchadas insulas. Quare à Masilia Gessoriacum usque pedestri itinere confecto inde trāsmisit: ac sine ullo prælio, aut sanguine inter

Vide Cic. oratio. pro Rabirio.

Gessoriacum nūc vulgò Calles vocatur.

inter paucissimos dies parte insule in deditionē recepta, sexto, quā profectus erat mense, Romam redijt, triumphauitq; maximo apparatu. Ad cuius spectaculū cōmea-

Preſidibus p. re in urbem non solum preſidibus prouinciarum permi-
uinciarum nō ſit, uerū etiam exulibus quibusdam: atque inter hostilia
licebat extra ſpolia, naualem coronam fastigio Palatinæ domus iuxta
prouinciā diē integrū abesse. ciuicam fixit, traiecti & quasi domiti Oceani insigne.

Currum eius Messalina uxor carpento secuta est. Secuti & triumphalia ornamenta eodem bello adepti, sed ceteri pedibus & in prætexta: Crassus Frugi equo phalerato, & in ueste palmata, quod eum honorem iterauerat.

Primus Rom.
Lucius Piso
Frugi cogno-
minatus est.
Aemiliana edī
ficia sic dicta
ab Aemijorū
familia: quæ
erant in Cæpo
Martio prope
septem, & villā
publicā. Arē.
aut. an. &c. Vi
de Oros. libr.
7. c. 4.

Cura urbis, & annonæ. CAP. XVIII.

VRbis, annonæq; curā sollicitissimè semp egit. Cūm Aemiliana pertinacius arderet, in diribitorio duabus noctibus mansit: ac deficiente militum, ac familiarū turba, auxilio plebem per magistratus ex omnibus uicis conuocauit: ac positus ante se cum pecunia fisci, ad subueniendum hortatus est, representaturus pro opera dignam cuiq; mercedem. Arctiore autem annona ob astiduas sterilitates detentus quondā medio foro à turba, cōuuit ijsq; ac simul fragminibus panis ita instratus, ut agrè nec nisi postico euadere in Palatium ualuerit. Nihil non ex eo cogitauit ad inuicēdos etiam in tempore hyberno cōmeatus. Nā & negociatoribus certa lucra proposuit, suscepto in se damno, si cui quid per tēpestates accidisset & naue mercaturæ causa fabricatibus magna cōmoda.

De lege Papiæ
Poppææ vide
Egnati, in an-
not, in Sueto.

Vacationes per eum concessæ. CAP. XIX.

Constituit pro cōditione cuiusq; ciuis uacationē legi Papiæ Poppææ. Latinis ius Quiritiū feminis ius quatuor

quatuor liberorum, quæ constituta hodie seruantur.

Opera publica per eum facta.

CAP. XX.

Opera magna potius, quam necessaria, quam multa perfecit. Sed uel præcipua, aquæ ductum à Caio in choatum. Item emissariū Fucini lacus, portumq; Hostiensem. Quanquam sciret ex his alterum ab Augusto præcantibus assidue Marsis negatum, alterum à D. Iulio sæpius destinatum, ac propter difficultatem omissum. Claudio aquæ gelidos, & uberes fontes, quorum alteri Caruleo, alteri Curtio, & Albulino nomen est: simulq; riuum Anienis nouo lapideo opere in urbem perduxit, diuisitq; in plurimos, & ornatissimos lacus. Fucinum aggressus est, non minus compendij spe, quam gloriæ, cum quidam priuato sumptu emissuros se repromitterent, si sibi siccati agri cõcederentur. Per tria autem passuum millia, partim effosso monte, partim exciso canalem absoluit agrè, & post undecim annos, quamuis continuis xxx. hominum millibus sine intermissione operantibus. Portum Hostie extruxit, circumducto dextra, sinistraq; brachio, & ad introitum profundo iam solo mole obiecta. Quam quò stabilius fundaret, nauem antè demersit, qua magnus obeliscus ex Aegypto fuerat aduectus, congestisq; pilis superposuit altissimam turrim in exemplū Alexandrinæ Phari, ut ad nocturnos ignes cursum nauigia dirigeret. Congiaria populo sæpius distribuit.

Spectacula per eum edita.

CAP. XXI.

Spectacula quoq; cõplura, magnificaq; edidit, nõ usitata modo, ac solitis locis, sed & cõmēticia, & ex anti-

quitate

Vide Plin. lib.
36, cap. 5.

Commentit. i.
nouiter iuuen-
ta. Nam com-
mentium par-
tim nouū, par-
tim fictitium
significat.

Imperat̄e Ty.
theatrum incē
sum fuit,

Inter secula
res ludos, quos
fecit Auguf. &
poſtea Claud.
anni. 63. inter
fuere. Stepha
nioq; rogatū
fab. hiftrio in
vtrifq; falſa
uit, hiftrio
niam; fecit.

Plurifar. i. plu
ribus in locis.
Ibidem. i. in fe
ptis.

*afs, præmiū.

quitate repetita, & ubi præterea nemo ante eum. Ludos
dedicationis Pompeiani theatri, quod ambustum restitue
rat, è tribunali posito in orchestra commisit, cū prius
apud superiores aedes supplicasset, perq; mediam caueam
sedentibus, ac silentibus cunctis, descendisset. Fecit & se
culares, quasi anticipatos ab Augusto, nec legitimo tēpo
ri reſeruatōs: quamuis ipse in historijs suis prodat inter
missos eos Augustum multo post, diligentissimè anno
ram ratione subducta, in ordinem redeſſe. Quare uox
præconis irrita est inuitantis more solenni ad ludos, quos
nec spectasset quisquam, nec spectaturus esset: cū superes
sent adhuc, qui spectauerant, & quidā histrionum produ
cti olim, tunc quoq; producerentur. Circenses frequenter
etiā in Vaticano cōmisit, nōnunquam interiecta per qui
nos missus uenatione. Circo uerò maximo marmoreis car
ceribus, auratisq; metis, quæ utraq; & tophina, ac lignea
antea fuerāt, exculto, propria Senatoribus cōstituit loca
promiscuè spectare solitis. Ac super quadrigarū certami
na Troiæ lusum exhibuit: exhibuit & Africanas, cōficien
te turma equitū prætorianorum, ducibus tribunis, ipsoq;
præfecto. Præterea Theſſalos equites, qui feros tauros
per spatia circi agunt, insiliuntq; deſſos, & ad terram
cornibus detrahunt. Gladiatoria munera plurifariam, ac
multiplicia exhibuit. Anniuersarium in castris prætoria
nis, sine uenatione, apparatusq; iustum, atq; legitimum in
septis, ibidem per extraordinarium, & breue, dierumq;
paucorum, quodq; appellare cœpit sportulam: quia* pri
mum daturum se dixerat, uelut ad subitam, condictamq;
cœnulam inuitare se populū. Nec ullo spectaculi genere
commu

cōmunior, aut remissior erat, adeo ut oblatos uictoribus aureos, prolataq; sinistra pariter cum uulgo, uoce, digitisq; numeraret: ac sepe hortando, rogādoq; ad hilaritatem homines prouocaret, dominos identidē appellās, immixtis interdū frigidis, & accersitis iocis. Qualis est, ut cū palumbū postulantibus daturū se promisit, si captus esset. Illud quoq; planē quātumuis salubriter, & in tēpore, cū essedario, pro quo quatuor filij deprecabātur, magno omniū fauore indulisset rudem, tabulā ilico misit admonens populum, quantopere liberos suscipere deberet, quos uideret & gladiatori praesidio, gratiaq; esse. Edidit & in Martio cāpo expugnationē, direptionemq; oppidi ad imaginem bellicā, & deditiōnē Britanniae regum, praeseditq; paludatus. Quin & emissurus Eucinū lacum, naumachiā antē commisit. Sed cū proclamantibus nau-machiarijs, Aue imperator, morituri te salutant, respōdisset, Aue te uos, neq; post hanc uocem, quasi uenia data quisquam dimicare uellet, diu cunctatus, an omnes igni, ferroq; absumeret, tandem ē sede sua profluit, ac per ambitum lacus non sine foeda uacillatione discurrens, partim minando, partim adhortando ad pugnam compulit. Hoc spectaculo classis Sicula & Rhodia concurrerunt, duodenarum triremium singulae, exciente buccina Tritone argenteo, qui ē medio lacu per machinam emerferat.

Institutio, correctio, & ordinatio quorundam morum, & actuum.

C A P. XXII.

Quaedam circa ceremonias, ciuileq; & militare morum, itē circa omniū ordinū statū domi, forisq; aut correxit, aut exoleta reuocauit, aut etiā noua instituit.

Cōmunior. i. magis expositus, obuiusq; omnibus. Palumbū gladiatore postulabat populi, respōdit Claud. de aue.

Cū essedario gladiatore significat ex effedo sciēter de pugnantem.

Ait Tacitus Claud. i. 2. ho. minime milia armasse, nec triremes solum, sed & quadriremes fuisse in hoc nauali praelio.



Nisi iurat. i. ni
fi iureiurando
se optimū quē
que, ac maxi
mē idoneū no
minaturum as
firmasset.

ua instituit. In cooptadis per collegia sacerdotibus, nemi
nē nisi iuratus nominauit, obseruauitq; sedulo, ut quoties
terra in urbe mouisset, ferias aduocata concione Prator
indiceret: utq; ob dira aut in urbe, aut in Capitolio uisa,
obsecratio haberetur, eamq; ipse iure Max. Pont. cōmo
nito pro Rostris populo, praireret. Submotaq; operariorū,
seruorumq; turba, rerum actum diuisum antea in hyber
nos, æstiuosq; menses coniunxit.

Actus rerū, p
actione causa
rum in foro, tu
clisq; antea p
tempora distri
buita.

Instituta, & sanctiones eius. CAP. XXIII.

Potestates, p
magistratibus
qui gladij, &
necis habēt po
testatem.

Iurisditionem de fideicommissis quotannis, & tantum
in urbe delegari magistratibus solitam, in perpetuum,
atque etiam per prouincias potestatibus demādauit. Ca
piti Papiæ Popæ legis, à Tyberio Cesare, quasi sexage
narij generare non possent, edito abrogauit. Sæxit, ut pu
pillis extra ordinem tutores à coss. darentur, utq; hi,
quibus à magistratibus prouinciæ interdicerentur: urbe

Extra ord. i.
qu, & quos
illis uisum es
se dari oportere.

quoq; & Italia submouerentur. Ipse quosdam nouo exem
plo relegauit, ut ultra lapidem tertium uetaret egredi ab
urbe. De maiore negotio acturus in curia medius inter
Consulum sellas Tribunitio subsellio sedebat. Commeatus
à Senatu peti solitos beneficij sui fecit.

Benef. sui se. i.
à se petivoluit.

Indulgentia, & liberalitas eius. CAP. XXIII.

Ornamenta consularia etiam procuratoribus duce
narijs indulsit. Senatoriam dignitatem recusanti
bus, equestrem quoque ademit. Latum clauum, quamuis
initio affirmasset non lecturum Senatorem, nisi ciuis Ro.
abnepotem, etiam libertini filio tribuit: sed sub conditio
ne, si prius ab equite Ro. adoptatus esset. Ac sic quoque
reprehensionem uerens, etiam Appium Cæcum censo
rem,

rem, generis sui pro autorem, libertinorum filios in Senatū allegisse docuit, ignarus temporibus Appij, & deinceps aliquandiu libertinos dictos, non ipsos qui manumiterentur, sed ingenuos ex his procreatos. Collegio Quæstorū pro stratura uiarum gladiatorum munus iniunxit: detractaq; Hostiensi, & Gallica prouincia, curam ærarij Saturni reddidit, quam medio tēpore Prætores, aut utiq; tunc prætura functi sustinuerāt. Triumphalia ornāmēta Syllano filie suæ sponso nondum puberi dedit: maioribus uerò natu tam multis, tamq; facile, ut epistola cōmunis legionum nomine extiterit, petentium, ut legatis consularibus simul cum exercitu & triumphalia darentur, ne causam belli quoquomodo quærerent. Aulo Plautio etiam ouationem decreuit, ingressoq; urbem obuiā progressus, & in capitoliū eunti, & inde rursus reuertentilatus textit. Gabino Secūdo, Caucis gente Germanica superatis, Caucius cognomen usurpare concessit.

Quædā ciuilia gesta et ordinationes eius. c. xxv. Quæstres militias ita ordinauit, ut post cohortem, Alam: post alam, tribunatum legionis daret: stipendiā que instituit, & imaginariæ militiæ genus, quod uocatur super numerum, quo absentes, & titulo tenus fungerentur. Milites domos senatoriis salutandi causa ingredi, etiam patrum decreto prohibuit. Libertinos, qui se pro equitibus Romanis agerent, publicauit. Ingratos, & de quibus patroni quererentur, reuocauit in seruitutem, aduocatisq; eorum negauit se aduersus liberos ipsorum ius dicturum. Cum quidam ægra, & affecta mancipia in insulam Aesculapij tædio medendi exponerent,

Proautorem, i. procul, & iōga origine autorem.

Quæstura olim gratuitō cōce debatur, pōst coepa est uenit: ex qua pecunia quæstores ipsi uias si licite sternēdas curabant: uoluit Claud. ex illa pecūia gladiatorū spē, staculum celebrari. Ademit idē quæstori- bus Hostiē. & Galli. prouincias, quæ quæstorig erāt. sed illarū loco eis præfecturā ærarij restituit: q̄ Aug. a quæstoribus ad prætores transtulerat. Brat autē ærariū in sede Saturni, cuius rei causam uide apud Macrobiolib. 1. Saturn. c. 8.

omnes qui exponeretur, liberos esse sanxit, nec redire in ditionē domini, si cōualuisset: quōd si quis necare mallet quem, quā exponere, cædis crimine teneri. Viatores ne per Italiæ oppida, nisi aut pedibus, aut sella, aut lectica trāstrēt, monuit edicto. Puteolis, & Hostiæ singulas co-

hortes ad arcendos incendiorū casus collocauit. Peregrinae cōditionis homines uetuit usurpare Romana nomina, duntaxat gētilitia. Ciuitatē Romanā usurpātes in campo Aesquilmo securi percussit. Prouincias Achaiam, & Macedoniā, quas Tyberius ad curam suam transtulerat, Senatui reddidit. Lycijs ob exitiabiles inter se discordias libertatem ademit: Rhodijs, ob pœnitentiam ueterū delictorū reddidit. Iliensibus, quasi Romanæ gentis auctoribus tributa in perpetuū remisit, recitata uetere epistola Græca Senatus, populiq; Ro. Seleuco regi amicitiam, & societātē ita demū pollicentis, si cōsanguineos suos Ilienses ab omni onere immunes præstitisset. Iudeos impulsore Christo assiduè tumultuantes Roma expulit. Germanorū legatis in orchestra sedere permisit, simplicitate eorū, & fiducia motus, quōd in popularia deducti, cū animaduertissent Parthos, & Armenios sedētes in Senatu, ad eadem loca sponte transierant, nihilo deteriorem uirtutē, aut conditionē suam prædicātes. Druidarum religionē apud Gallos diræ immanitatis, & tantū ciuibus sub Augusto interdictā penitus aboleuit. Contrā, sacra Eleusina etiam transferre ex Attica Romam conatus est. Templū quoq; in Sicilia Veneris Erycinæ uetustate colapsū, ut ex arario Po. Ro. reficeretur, autor fuit. Cū regibus fœdus in foro icit, porca cæsa, ac uetere fecialiū præfat

Gētilitia, qua
lia sunt. Clau-
diorū, Fabio,
rū, Scipionū,
Iuliorum, &c.
Ciuit. Rom.
usurp. hoc est,
qui cū pere-
grini essent, ci-
ues se Romāos
dicēbant.

Ind. imp. Chr.
uide Orof. lib.
7. c. 4.

De Druidis,
eorūq; religio
ne & sacris le-
ge Cæf. 6. cō-
& Pli. lib. 16.
c. 44. & It. 30.
c. 1. ubi non à
Claud. sed à
Tyb. sublatā
religionē Drui-
darū dicit. Me-
minit. & Drui-
darum Strab.
lib. 4.

eorū, & fiducia motus, quōd in popularia deducti, cū animaduertissent Parthos, & Armenios sedētes in Senatu, ad eadem loca sponte transierant, nihilo deteriorem uirtutē, aut conditionē suam prædicātes. Druidarum religionē apud Gallos diræ immanitatis, & tantū ciuibus sub Augusto interdictā penitus aboleuit. Contrā, sacra Eleusina etiam transferre ex Attica Romam conatus est. Templū quoq; in Sicilia Veneris Erycinæ uetustate colapsū, ut ex arario Po. Ro. reficeretur, autor fuit. Cū regibus fœdus in foro icit, porca cæsa, ac uetere fecialiū præfat

praefatione adhibita. Sed & haec, & caetera, totūq; adeo De foederis
ex parte magna principatū non tam suo, quam uxorum, formula lege
libertorūq; arbitrio administravit, talis ubiq; plerunq; Liui. lib. j. ab
qualem esse eum aut expediret illis, aut liberet. vrb.

Sponsæ, & vxores eius. C A P. X X V I.

Sponsas admodum adolescens duas habuit, Aemiliam
Lepidam Augusti proneptem, item Liuiam Medul-
linam, cui cognomen & Camillæ erat, è genere antiquo
Dictatoris Comilli. Priorē, quod parentes eius Augustū
offenderant, uirginē adhuc repudiavit. Posteriorem ipso
die, qui erat nuptijs destinatus, ex uoletudine amisit. Vxo-
res deinde duxit Plautiam Herculanillam triumphali, &
mox Aeliam Petinam consulari patre. Cum utraq; diuor-
tium fecit. Sed cum Petina ex leuibus offensis, cū Hercu-
lanilla ob libidinum probra, & homicidij suspicionem.
Post has Valeriā Messalinā Barbatī Messalæ consobrini
sui filiā in matrimoniū accepit. Quam cum comperisset
super caetera flagitia, atq; dedecora, C. Sillio etiā nupsis-
se, dote inter auspices cōsignata, supplicio affecit, confir-
mauitq; pro concione apud prætorianos, quatinus sibi
matrimonia male cederent, permansurū se in coelibatu, ac
nisi permāsisset, non recusaturū confodi manibus ipsorū.
Nec durare ualuit, quin de cōditionibus cōtinuò tracta-
ret, etiā de Petinæ, quam olim exegerat, deq; Lolie Pau-
line, quæ C. Cesari nupta fuerat. Verū illecebris Agrip-
pinæ Germanici fratris sui filiæ per ius osculi, & blan-
ditiarū occasiones plectus in amorē, subornauit proxi-
mo Senatu, qui censerent cogendum se ad ducendum eam
uxorem, quasi Reipublicæ maximè interesset, dandamq;

C. Sillio nimia
pulchritudo
parauit excidi-
um: de quo, &
Messalina lege
Tacit. lib. II.
De condit. no-
uæ cōiugis du-
cendæ.

cæteris ueniam talium coniugiorū, quæ ad id tempus incesta habebantur: ac uix uno interposito die, cōfecit nuptias, non repertis qui sequeretur exemplum, excepto libertino quodam, & altero principilari, cuius officiū nuptiarum & ipse cum Agrippina celebravit.

Liberi, et generi eius. CAP. XXVII.

Liberos ex tribus uxoribus tulit: ex Herculanilla Drusum, & claudiam: ex Petina Antoniā: ex Messalina Octauiam, & quem primò Germanicum, mox Britannicum cognominavit. Drusum Pompeium puberem amisit, pyro per lusum in sublime iactato, & hiatu oris excepto strangulatū, cui & ante paucos dies filiam Seiani despondisset: quo magis miror fuisse qui traderet, fraude à Seiano necatum. Claudiam ex liberto suo Botere cōceptam, quamuis ante quintum mensem diuortij natam, aliq̄; cœptā, exponi tamen ad matris ianuam, & nudam iussit abijci. Antoniam Cn. Pōpeio Magno, deinde Fausto Sylle nobilissimis iuuenibus, Octauiam Neroni priuigno suo collocauit, Syllano antè desponsatam. Britanicū uigesimo imperij die, inq̄; secundo consulatu natum sibi paruulum etiam tum, & militibus pro concione manibus suis gestans, & plebi per spectacula gremio, aut ante se retinens assidue commendabat, faustisq̄; omnibus cum acclamantium turba prosequabatur. E' generis Neronem adoptauit. Pompeium, atq̄; Syllanum non recusauit modò, sed & interemit.

Liberti ab eo prædilecti. CAP. XXVIII.

Libertorum præcipue suspexit Posidem Spadonem, quem etiam Britanico triumpho inter militares uiros

De Seiano
in Tyb. dictū.

Cn. Pōp. mag.
i. vni ex posteris
magni Pōp.
peij.
Syllanum tradit
Tacit⁹ mortem
sibi conscississe
eo die, quo inter
Agrippinam, &
Claudium nuptias
celebratae sunt.

ros hasta pura donauit. Nec minus Felicem, quem cohortibus, & alis, prouinciæq; Iudææ præposuit, triū reginarum maritum. Et Harpocram, cui lectica per urbem uehendi, spectacu laq; publicæ edendi ius tribuit. Ac super hos Polybium à studijs, qui sepe inter duos coss. ambulabat. Sed ante omnes Narcissum ab epistolis, & Palantem à rationibus, quos decreto quoque Senatus non præmijs modò ingentibus, sed & quæstorij, prætorijq; ornamentis ornari libenter passus est. Tantùm præterea acquirere, & rapere, ut querente eo quondam de fisci exiguitate, non absurdè sit dictum, Abundaturum si à duobus libertis in consortium reciperetur.

Maleficia, opera libertorum, et uxorum ab eo perpetrata.

CAP. XXIX.

His (ut dixi) uxoribusq; addictus, non principem se, sed ministrum egit. Compendio cuiusq; horum, uel etiam studio, ac libidine, honores, exercitus, impunitates, supplicia largitus est: & quidem insciens plerunque, & ignarus. Ac ne singulatim minima quæq; enumerem, reuocatas libertates, eius iudicia rescissa, suppositos, aut etiã palàm immutatos datorum officiorum codicillos, Ap pium Syllanum confocerum suū, * Liuiasq; alterã Drusi, alterã Germanici filiã crimine incerto, nec defensione u-

Hasta pur. i. si ne ferro. Hasta pura donabantur milites ob fortitudinem. Huius Felicis liberti mentio fit in act. Aposto. meminit & Ioseph. 2. de bel. Iud.

* act. Iulias.

amplius equites Rom. tanta facilitate animaduertit, ut de
 nece consularis uiri renunciantem centurione, factum esse
 quod imperasset, negaret quicquā se imperasse, nihilomi-
 nus rem comprobaret, affirmatus libertis officio mili-
 tes sanctos, quod ad ultionem imperatoris ultro procura-
 rissent. Nam illud omnem fidem excefferit, quod nuptijs,
 quas Messalina cum adultero Silio fecerat, tabellas dotis
 & ipse cōsignauerit, inductus quasi de industria simula-
 rentur ad auertendum, transferendumq; periculum, quod
 imminere ipsi per quædam ostenta portenderetur.

Forma & statura eius.

CAP. XXX.

Medici tres af-
 ferrimos cru-
 ciatu esse indi-
 cauerunt: pri-
 mum calculo,
 rē à stillicidij
 vesicæ proximū
 stomachi, ter-
 tium capitis.
 Plin. lib. 36. c.
 24. ait C. Pro-
 culeium Aug.
 Cæs. familia-
 rē in maximo
 stomachi dolo-
 re gypso potō
 mortē sibi con-
 sciuisse: vnde
 non mirādum
 si Claud. dolo-
 re stomachi
 correptus cogi-
 tarit de morte
 sibi inferenda.

Autoritas, dignitasq; formæ nō defuit uel stanti, uel
 sedenti, ac præcipuè quiescenti. Nam & prolixo,
 nec exili corpore erat. Et specie, canicicq; pulchra, opi-
 nis cervicibus. Ceterum & ingredientem destituebant
 poplites minus firmi, & remisse quid, uel serio agenter
 multa dehonestabant. Risus indecens, ira turpior, spu-
 mante rictu, humentibus naribus: plectra linguæ tituban-
 tia, caputq; tum semper, tum in quantolocunque actu uel
 maximè tremulum.

Valetudo eius.

CAP. XXXI.

Valitudine sicut olim graui, ita princeps per prospe-
 ra usus est, excepto stomachi dolore. Quo se corre-
 ptum etiam de consciscenda morte cogitasse dixit.

Conuiuia & alia gesta eius.

CAP. XXXII.

Conuiuia agitauit & ampla, & assidua, ac frē pa-
 tentissimis locis, ut plerunq; sexcenti simul dis-
 cumberent. Conuiuatus & super emissarium Fucini la-
 cus, ac penè submersus, cum emissa impetu aqua redun-
 dasset.

dasset. Adhibebat omni cenæ & liberos suos cū pueris, puellisq; nobilibus, qui more ueteri ad fulcra lectorū sedentes uescerentur. Conuiuæ, qui pridie scyphum aureū surripuisse existimabatur, reuocato in diem posterum, calicem fictilem apposuit. Dicitur etiam meditatus edictū, quo ueniam daret efflatum, crepitumq; uentris in conuiuio emittendi, cū periclitatum quendam præ pudore ex continentia reperisset.

Plut. in Galba
conuiuam hūc
Ouinium, Ta-
citus Titū Lu-
rium appellat.

Cibus, potus, somnus, et luxuria eius, liber quoque eiusdem de aleæ lusu.

CAP. XXXIII.

Cibi, uiniq; quocunq; & tempore, & loco appetentissimus. Cognoscēs quondā in Augusti foro, ictusq; nidore prandij, quod in maxima Martis æde Salij apparabatur, deserto Tribunali, ascendit ad sacerdotes, unaq; discubuit. Nec temere unquam triclinio abscessit, nisi distentus, ac madens, & ut statim supino, ac per somnū hiatipinna in os inderetur, ad exonerandum stomachum. Somni breuissimi erat. Nam ante mediam noctē plerunq; uigilabat, ut tamē interdū nonnunquā in iure dicēdo obdormisceret, uixq; ab aduocatis de industria uocē auentibus excitaretur. Libidinis in scēmas profusissimæ, mariū omnino expers. *Alea studiosissimè lusit, de cuius arte librum quoque emisit. Solitus etiam in gestatio ludere,

Cognoscēs. i.
litigantium cō-
trouersias au-
diens.

Qui vomitum
prouocare uo-
lunt, pennā in
os demittunt.

*als, aleam.
*als, gestatiōe,

Sauitia, & crudelitas eius. CAP. XXXIIII.

Sacuum, & sanguinarium natura fuisse magnis, minisq; apparuit rebus. Tormenta quæstionum, pœnasq; parricidarum representabat, exigebatq; coram.

Representabat
i. præfens exhi-
bebat,

q s Cum

Apud antiquos Cum spectare antiqui moris supplicium Tiburi concupisset, & deligatis ad palum noxijs carnifex deesset, accitū set, & ab urbe uesperam usq; opperiri perseuerauit. Quocunq; ab urbe uesperam usq; opperiri perseuerauit. Quocunq; gladiatorio munere, uel suo, uel alieno, etiam fortē prolapsos iugulari iubebat, maxime retiarios, ut expirantium faciem uideret. Cum par quoddam mutuis ictibus concidisset, cultellos sibi paruulos ex utroq; ferro in usum fieri sine mora iussit. Bestiarijs, meridianisq; adeò delectabatur, ut etiam prima luce ad spectaculum descenderet, & meridie dimisso ad prandium populo persederet. præterq; destinatos etiam leui, subitaq; de causa quosdā committeret: de fabrorum quoque, ac ministrorum, atque id genus numero, si aut *αὐτομάτως*, uel *pegma*, uel quid tale aliquid parum cessisset. Induxit & unum ex nomenclatoribus suis, sicut erat togatus.

Retiariorū facies nuda erat, & aperta, solo enim pileo tecti digladiabantur.

Spectaculorū alia erāt matutina, alia meridiana, alia pomeridiana.

Timiditas, ac diffidentia eius. CAP. XXXV.

SED nihil æquè quàm timidus, ac diffidens fuit. Primis Imperij diebus, quanquam (ut diximus) iactator ciuitatis, neq; cōiuiua inire ausus est, nisi ut spiculatores cū lanceis circumstaret, militesq; uice ministrorū fungerentur: neq; agrū quenquam uisitauit, nisi explorato prius cubiculo, culcitrisq; & stragulis prætentatis, & excusis: reliquo autē tēpore saluatoribus scrutatores semper apposit, & quidē omnibus, & acerbissimos. Serò enim ac uix remisit ne foemina, prætestatiq; pueri, & puella contereantur, & ne cuius comiti, aut librario calamaria, aut graphiaria thecæ adimerentur. Motu ciuili cū cum Camillus non dubitans etiā citra bellum posse terreri, cōtumeliosa, & minaci, & cōtumaci epistola cedere imperio

rio iuberet, uitamq; otiosam in priuata re agere, dubitauit adhibitis principibus uiris an obtemperaret.

Timor insidiarum, et alia gesta eius.

CAP.

XXXVI.

Quodam insidias temere delatas adeo expauit, ut deponere imperium tentauerit. Quodam (ut supra retuli) cum ferro circa sacrificantem se depresso, Senatam per praecones propere conuocauit, lacrymisq; et uociferatione miseratus est conditionem suam, cui nihil tuti usquam esset, ac diu publico abstinuit. Messalina quoq; amorem flagrantissimum non tam indignitate contumeliarum, quam periculi metu abiecit, cum adultero Silio acquiri imperium credidisset. Quo tempore foedum in modum trepidus ad castra confugit, nihil tota uia, quam esset ne sibi saluum imperium, requirens.

Poenae ob leues suspitiones innocentibus illatae.

CAP.

XXXVII.

Nulla adeo suspitio, nullus autor tam leuis extitit, a quo non mediocri scrupulo iniecto ad cauendum, ulciscendumq; compelleretur. Vnus ex litigatoribus seducto in salutatione affirmauit se uidisse per quietem occidit eum a quoda: deinde paulo post quasi percussorem agnosceret, libellum tradentem aduersarium suum demonstrauit: confestimq; is pro deprehenso ad poenam raptus est.

Pari modo oppressum ferunt Appium Syllanum: quem cum Messalina, et Narcissus conspirasset perdere, diuisis partibus, alter ante lucem similis attonito, patroni cubiculum irrupit, affirmans somniasse se uim ei ab Appio illata: altera

Hunc Appium Syllanum supra Suetonio. c. 6. foce, rui Claudij apertauit.

altera

Formata in ad-
miratione, pro
simulans.

altera in admirationem formata, sibi quoque eandem speciem aliquot iam noctibus obuersari retulit. Nec multo post ex composito irumpere Appius nuntiatus, cui pridie ad id temporis, ut adesset, præceptum erat, quasi plane representaretur somnij fides, accersi statim, ac mori iussus est. Nec dubitauit postero die Claudius ordinem rei gestæ perferre ad Senatum, ac liberto gratias agere, quod pro salute sua etiam dormiens excubaret.

Iracundiæ, & stultitia eius. CAP. XXXVIII.

IRæ, atque iracundiæ conscius sibi, utrunque excusauit edito: distinxitque; pollicitus alteram quidem breuem, & innoxiam, alteram non iniustam fore. Hostiensibus, quia sibi subeunti Tyberim scaphas obuiam non miserint, grauius correptis, eaque cum inuidia, ut in ordine se coactum conscriberet, repente tantum non satis facientibus ueniã dedit. Quosdam in publico parum tempestiuè adeuntes manu sua repulit. Idem scribam quæstorium, itemque prætura functum Senatorem, inauditos, & innoxios relegauit: quod ille aduersus impriuatum se tpeerantius affuisset: hic in ædilitate inquilinos prædiorum suorum contra uetitum coacta uidentes multasset, uillicumque; interuenientem flagellasset. Qua de causa etiam coërtionem popinarum Aedilibus ademit. At ne stultitiã quidem suam reticuit, simulatamque; à se ex industria sub Caio, quod aliter euasurus, peruenturusque; ad susceptam stationem non fuerit, quibusdam oratiunculis testatus est. Nec antè per-suasit: quam intra breue tempus liber editus sit, cui index erat $\mu\omega\sigma\omega\psi$ * $\alpha\upsilon\alpha\sigma\tau\omicron\iota\varsigma$. Argumentum autem, stultitiam neminem fingere.

Questores qui
præerant æra-
rio scribas ha-
bebant, quorum
ministerio uter-
bantur.

Aedilium offi-
cium erat, eos
punire, si ciba-
ria cocta con-
tra legem vende-
rent.

Aliã. $\epsilon\omega\alpha$
 $\nu\alpha\sigma\tau\omicron\iota\varsigma$.

Id est, stultorum
reuerectio,

Oblitio

Obliuio, et alia gesta eius. CAP. XXXIX.

INter cetera in eo mirati sunt homines & obliuionem, *μετριοψια. i.*
 & inconsiderantiam, uel ut Graecè dicam, *μετριοψια* sublimitas, spe
αβλεψια. Occisa Messalina, paulò post quàm in tri- *culatioq; inter*
 clinio decubuit, cur domina non ueniret, requisit. Mul- *dum soliditas.*
 tos ex ijs, quos capite damnauerat, postero statim die & *αβλεψια,*
 in concilium, & ad aleæ lusum admoueri iussit, & quasi *i. cæcitas, incō-*
 morarētur, ut somniculosos per nuntium increpuit. Ductu- *fiderantia.*
 rus contra fas Agrippinam uxorē, non cessauit omni ora-
 tione filiam, & alumnam, & in gremio suo natam, atque
 educatam predicare. Asciturus in nomen familiae Nero-
 nem, quasi parum reprehenderetur, quòd adulto iam fi-
 lio priuignum adoptaret, identidem diuulgauit neminem
 unquam per adoptionem familiae Claudiae insertum.

Sermones, & orationes eius. CAP. XL.

Sermonis uerò rerumq; tantā saepe negligentia ostendit, ut nec quis, nec inter quos, quo uel tempore, ac loco uerba faceret, scire, ac cogitare existimaretur. Cum de lanijs, aut uinarijs ageretur, exclamauit in curia: Rogo uos, quis potest sine offula uiuere? Descripsit abundantiam ueterum tabernarum, unde solitus esset uinum olim & ipse petere. De Questore quodā cādidato inter causas suffragationis suae posuit, quòd pater eius frigidam ægro sibi tempestiue dedisset. Inducta teste in Senatu, Hæc, inquit, matris meae liberta, & ornatrix fuit: sed me patronum semper existimauit. Hoc ideo dixi, quòd quidam sunt adhuc in domo mea, qui me patronum non putant. Sed & pro tribunali, Hostiensibus quiddam publicè orantibus, cum excanduisset, nihil habere se uociferatus

feratus est, qua re eos demereatur, si quem alium, & se liberum esse. Nam illa eius quotidiana, & planè omnium horarum, & momentorum erant, quid ego tibi Theogonius uideor, & λογίωντες & multa q̄; talia etiam priuatius deformia, nedum principi, neq; insacundo, neq; indocto, imò etiam pertinaciter liber alib us studijs dedito.

Libri, et opuscula per eum edita. CAP. XLII.

Historiã in adolescentia hortante Tito Liiuo, Sulpitio uerò Flauo etiam adiuuante, scribere aggressus est. Et cum primum frequenti auditorio cõmisset: agrè perlegit, refrigeratus saepe à semetipso. Nã cū initio recitationis defractis cõpluribus subsellijs, obesitate cuiusdam risus exortus esset, ne sedato quidem tumultu temperare potuit, quin ex interuallo subinde facti reminisceretur, cachinnosq; reuocaret. In principatu quoq; & scripsit plurimū, & assiduè recitauit per lectorē. Initiū autē sumpsit historiæ post cædem Cesaris Dictatoris. Sed & transijt ad inferiora tēpora, cœpitq; à pace ciuili: cū sentiret neq; liberè, neque uerè sibi de superioribus tradendi potestati relictã, correptus saepe & à matre, & ab auia.

Commisisset: q̄i in certamine literario, & historicorū cõmissione. Refrigerat⁹ .i. ab ardore recitãdi retardat⁹.

Mag. inep. f. nimirū seipsum laudãdo, quod indecorū est.

Asinius Gall⁹ Asinij Pollionis filius libros edidit de comparatione patris & Ciceronis: uide Plin. lib. 7. ep. 4.

Prioris materiæ duo uolumina, posterioris unum & xl. reliquit. Composuit & de uita sua octo uolumina magis inepte, quàm inelegãter. Itē Ciceronis defensionē aduersus Asinij Galli libros satis eruditam. Nouas etiam commentus est literas tres, ac numero ueterum quasi maximè necessarias addidit. De quarum ratione cum priuatus adhuc uolumen edidisset, mox princeps nō difficulter obtinuit, ut in usu quoq; promiscuo esset. Extat talis scriptura in plerisq; libris, ac diurnis, titulisq; operum.

Studium

Studium eius in literis Græcis. CAP. XLII.

NEC minore cura Græca studia secutus est, anorem, præstatiãq; linguæ occasione omni professus. Cui dam Barbaro Græcè, & Latine differenti, cum utroq; inquit, sermone nostro sis peritus. Et in commendanda partibus conscriptis Achaia, gratam sibi prouinciã ait communiũ studiorum commercio. Ac sæpe in Senatu legatis perpetua oratione respondit. Multum uerò pro Tribunali etiã* Homericis locutus est uersibus. Quoties quidẽ hostem, uel insidiatorem ultus esset, excubitori Tribuno signum de more poscenti non temere aliud dedit, quam, *ἀνδρῶν παρ' ἑταίρων ἀδελφῶν ὅτι τῆς προτέρας χαλεπαίνου.* id est, uirum uel cisci quãdo alii quis prior molestus sit. Deniq; & Græcas scripsit historias* Tyrreheicon x x. Carchedoniacon VIII. Quarum causa ueteri Alexandria Museo additum ex ipsius nomine, institutumq; ut quotannis in altero Tyrreheicon libri, altero Carchedoniacon diebus statutis, uelut in auditorio recitarentur toti à singulis per uices.

Pœnitentia de matrimonio Agrippinæ, & adoptione Neronis CAP. XLIII.

SUB exitu uitæ signa quedam nec obscura pœnitentis de matrimonio Agrippinæ, deq; Neronis adoptione dederat. Siquidẽ cõmemorantibus libertis, ac laudantibus cognitionẽ, qua pridie quandã adulterij ream condemnauerat, sibi quoq; in satis esse iactauit omnia impudica, sed non impunita matrimonia. Et subinde obuũ sibi Britannicũ arctius cõplexus, hortatus est, ut cresceret, ratio nemq; à se omniũ factorũ acciperet, Græca in super uoce psecutus, *ὁ ἕπος δ' ἔπ' ἐγχεῖται.* Cũq; impubi, teneroq; ad huc, qñ statura pmitteret, togã dare desinasset, adiecit,

Legatis. s. Græcorum.

* alii, heroicis.

id est, uirum uel cisci quãdo alii quis prior molestus sit.

* alii Cyrenai con legunt, id est de rebus Cyrenaicis.

Carchedoniacon. id est de rebus Punicis: Græcè Carthago Carchedon, dicitur.

id est, amor impellit.

ut tandem Pop. Rom. uerum Cesarem habeat.

Testamentum eius, & mors. CAP. XLIIII.

Vide Ioseph.
lib. 20. Anti. c.
10.

Non multoq; post testamentum etiam cōscripsit, ac signis omnium magistratuū ob signauit. Prius igitur quā ultra progredere tur præuentus est ab Agrippina, quā præter hæc consciam quoq; nec minus delatores multorum criminum arguebant. Et ueneno quidem occisum conuenit: ubi autem, & per quem dato, discrepat. Quidam tradunt, epulanti in arce cum sacerdotibus, per Halotum spadonem prægustatorem. Alij domestico conuiuio, per ipsam Agrippinam, quæ boletum medicatum auidissimo ciborū talium obtulerat. Etiam de subsequen- tibus diuersa fama est. Multi statim hausto ueneno obm- tuisse aiūt, excruciatumq; doloribus nocte tota, defcisse prope lucem. Nonnulli inter initia consopitum, deinde cibo affluēte euomuisse omnia, repetitumq; toxico, incer- tum pultine addito, cum uelut exhaustū refici cibo oportet, an immisso per clysterem, ut quasi abundantia labo- ranti etiam hoc genere egestionis subueniretur.

Mors eius celata, tempus mortis, & funus.

CAP.

XLV.

Mors eius celata est, donec circa successorē omnia ordinarentur. Itaque & quasi pro ægro adhuc uota suscepta sunt, & inducti per simulationem comæ- di, qui uelut desiderantem oblectarent. Excessit. III. Idus Octobris, Asinio Marcello, Acilio Auiola coss. LXXIIII. etatis, imperij XIIII. anno. Funeratusq; est solenni principum pompa, & in numerum deorum rela- tus, quem honorem à Nerone destitutum, abolitumq; recepit

ecepit mox per Vespasianum,

Præfagia de morte eius CAP. XLVI.

PRÆfagia mortis eius præcipua fuerunt: exortus cri-
nita stelle, quã cometen uocant: tactumq; de cœlo
monumentũ Drusi patris: & quod eodem anno ex omniũ
magistratum genere pleriq; mortem obierant. Sed ipse
nec ignorasse, aut dissimulasse ultima uitæ suæ tempora
uidetur, aliquot quidem argumentis. Nam & cùm eos s.
designaret, neminem ultra mensẽ, quo obiit, designauit:
& in Senatu, cui nouissimè interfuit, multũ ad cõcordiã
liberos suos cohortatus, utriusq; etatẽ suppliciter patri-
bus commendauit. Et in ultima cognitione pro tribunali
accessisse se ad finem mortalitatis, quanquã abominan-
tibus qui audiebant, semel, atq; iterum pronuntiauit.

C. SVETONII

TRANQVLLI

Nero Claudius Cæsar.



EX GENTE Domitia duæ familie
claruerunt Caluinarum, & Aenobarbo-
rum. Aenobarbi autorem originis, itemq; cognominis habent L. Domitium: cui ru-
re quondam reuertenti, iuuenes gemini au-
gustiore forma ex occurso imperasse traduntur, nun-
tiaret Senatui, ac populo uictoriam, de qua incertum ad-
huc erat: atque in fidem maiestatis adeo permulsiſſe ma-
las, ut è nigro rutilum, æriq; asimilem capillum redde-
rent.

Vide Livi. lib.
2. ab urb. &
Dionys. lib. 6.
Antiq. Ro. ac
Plutar. in vita
Paul. Aemil.

In eod. cogno.
s. Aenobarbo-
rum,

rent. Quod insigne mansit & in posteris eius, ac magna pars rutila barba fuerunt. Functi autem consulatibus VII. triumpho, censuraq; duplici, & inter patritios allesti perseuerarunt omnes in eodem cognomine. Ac ne prænomena quidem ulla, præterquam Cnei, & Lucij usurparunt: eaq; ipsa notabili uarietate, modò cõtinuan-tes unumquodque per ternas personas, modò alternan-tes per singulas. Nam primum, secundumq; ac tertium Aenobarborum Lucios, rursus sequentes tres ex ordine Cneos accepimus: reliquos non nisi uicissim, tum Lucios, tum Cneos. Plures è familia cognosci referre arbitror, quò facilius appareat ita degenerasse à suorũ uirtutibus Neronem, ut tamen uitia cuiusque quasi tradita, & inge-rita retulerit.

Cneus Domitius, Neronis atauus. C A P. II.

VT igitur paulò altius repetam, atauus eius Cn. Do-
mitius in tribunatu pontificibus offensior, quòd
alium quàm se in patris sui locum cooptassent, ius sacer-
dotum subrogandorum à collegijs ad populum transtu-
lit, ac in consulatu Allobrogibus, Aruernisq; superatis,
elephanto per prouinciam inuectus est, turba militum,
quasi inter solennia triumphi prosequente. In hunc dixit
Licinius Crassus orator, non esse miradum, quòd eneam
barbam haberet, cui esset os ferreum, cor plumbeum.
Huius filius Prætor Cæsarem abeuntem consulatu, quem
aduersus auspicia legesq; gessisse existimabatur, ad dis-
quisitionem Senatus uocauit. Mox c o s. imperatorem ab
exercitibus Gallicis retrahere tetauit. Successorq; ei per
factionem nominatus, principio ciuiliis belli ad Corfiniũ
captus

Significabat
Crassus Do mi-
tiũ habere os
durum, & infle-
xibile, ingeniũ
quoq; liuidũ,
ponderosum,
& obtusum.

captus est. Vnde dimissus, Masilienses obsidione laborantes cum aduentu suo confirmasset, repente destituit. Acicq; demum Pharsalica occubuit, uir neque satis constans, & ingenio truci. In desperatione rerum mortem timore appetitam, ita expauit, ut haustum uenenū poenitentia euomuerit, medicumq; manumiserit, qui idem sibi prudens, ac sciens minus noxium temperasset. Consultante autem Cn. Pompeio de medijs, ac neutram partem sequentibus, solus censuit hostium numero habendos.

Item Neronis proauus.

CAP. III.

Reliquit filiiū omnibus gentis suae procul dubio praefereandum. Is inter cōscios Caesarianae necis (quandam insons) dānatus lege Pedia, cum ad Cassium, Brutumq; se propinqua sibi cognatione coniunctos contulisset, post utriusq; interitum classē olim cōmissam retinuit: auxit etiam, nec nisi partibus ubiq; profligatis, M. Antonio sponte, & ingentis meriti loco tradidit, solusq; omnium ex ijs, qui pari lege damnati erant, restitutus in patriā, amplissimos honores pcurrit: ac subinde redintegrata disensione ciuili, eidem Antonio legatus, delatā sibi summam imperij ab ijs, quos Cleopatra pudebat, neq; suscipere, neq; recusare fidēter, propter subitā ualetudinem, ausus, trāsijt ad Augustū: & in diebus paucis obiit, nonnulla & ipse infamia aspersus. Nam Antonius cum desiderio amicae Seruiliae Naidis transfugisse iactauit.

Domitius, auus Neronis.

CAP. IIII.

Ex hoc Domitius nascitur: quem emptorē familiae, pecuniaeq; in testamento Augusti fuisse, mox uulgō notatum est: non minus aurigādi arte in adolescentia cla-

Qui strenuam operā imperatori in bello nauassent, ornamentis triumphalibus infigiebantur, quā deinde ornamentis triumphalibus ex Germani cobello. Verū arrogās, p̄fusus, immitis CENSOREM L. Plancum uia sibi decedere AEDILIS cōegit: prætura, consulatusq̄; honore equites Ro. matronasq̄; ad agendum minimum produxit in scenam: uenationesq̄; & in circo, & in omnibus urbis regionibus dedit. Munus etiam gladiatorium, sed tanta seuitia, ut necesse fuerit Augusto clam frustra monitum edicto coercere.

De patre Neronis.

CAP. V.

Ex Anto. & Octauiā dux Antonie nate sunt, quarum maior Domitio Aenobarbo, minor Druso Augusti priuigno nuplit, Argētatiū præerant auctionibus, rerumq̄; uenaliū prætia referēbant in libros.

EX Antonia maiore patrē Neronis procreauit, omni parte uitæ detestabilem. Siquidem comes ad Orientem C. Cesaris iuuenis occiso libertō suo, quod potare quantū iubebatur, recusarat, dimissus è cohorte amicorum nihilo modestius uixit. Sed & in uia Appiæ uico repente puerum citatis iumentis, haud ignarus obtriuuit. Et Romæ medio foro cuidam equiti Rom. liberius iurganti oculum eruit. Perfidiæ uerò tantæ, ut non modò argentarios pretijs rerum cōemptarum, sed & in prætura mercede palmarum aurigarios fraudauerit. Notatus ob hæc & sororis ioco, querētibus dominis factionum representanda præmia in posterum sanxit. Maiestatis quoque, & adulteriorum, incestiq̄; cum sorore Lepida sub excessu Tyberij reus, mutatione tēporū euasit. Decessitq̄; Pyrgis morbo aquæ intercutis, sublato filio Nerone ex Agrippina Germanico genita.

Ortus, & infantia Neronis, & præfagia quædam.

CAP.

VI.

Nero natus est antè 1x. menses, quā Tyberius excessit, xvi. ii. Calend. Ianuarias, iam tum quidem exoriente

ex oriente sole, penè ut radijs prius, quàm terra contingere-
retur. De genitura eius statim multa, & formidolosa mul-
tis coniectantibus. Prasagium fuit etiã Domitij patris uox, inter gratulationes amicorum negantis quicquam ex se
& Agrippina, nisi detestabile, & malo publico nasci po-
tuisse. Eiusdem futuræ infelicitatis signum euidentis die lu-
strico extitit. Nam C. Caesar rogãte sorore, ut infanti ei,
quod uellet, nomẽ daret, intuens Claudium patruũ suum,
a quo mox principe Nero adoptatus est, eius se dixit da-
re: neq; ipse seriò, sed per iocum, & aspernante Agrippi-
na, quòd tum Claudius inter ludibria aulae erat. Trimu-
lus patrem amisit: cuius ex parte tertia heres, ne hanc
quidem integram cepit, correptis per coheredem Caium
uniuersis bonis, & subinde matre etiam relegata, penè
inops, atq; egens apud amitam Lepidam nutritus est sub
duobus pædagogis, saltatore, atq; tonsore. Verùm Clau-
dio imperium adeptò, non solum paternas opes recupera-
uit, sed & Crispi Passieni uitrici sui hereditate ditatus
est. Gratia quidem, & potentia reuocata, restitutaq; ma-
tris usq; eò floruit, ut emaneret in uulgus, missos à Messa-
lina uxore Claudij, qui eum meridianam quasi Britanici
amulum strangularent. Additum fabulae, & eosdem dra-
cone è puluino se proferente conterritos refugisse. Quæ
fabula exorta est, deprehensis in lecto eius circũ ceruicæ
lia serpentis exuuijs. Quas tamen aureæ armilla ex uolũ-
tate matris inclusas dextro brachio gestauit aliquandiu,
ac tædio tandem maternæ memoriæ abiicit, rursusq; ex-
tremis suis rebus frustra requisit.

Pueritia eius, & gesta in ea. CAP. VII.

r 3 Tener

Ex Domit. &
Agripp. pesti-
mis vix pote-
rat nisi pesti-
mus nasci. Lu-
stricus dies q-
sit, vide Ma-
cro. lib. j. Sat.
c. 16. & Plut.
in Æblematis.

Tener adhuc, necdum matura pueritia, Circensibus ludis Troiam constantissime, fauorabiliterq; lusit. Undecimo ætatis anno à Claudio adoptatus est, Anneoq; Senecæ iam tunc Senatori in disciplinam traditus. Ferunt Senecam proxima nocte uisum sibi per quietem, C. Cæsari præcipere, & fidem somnio Nero breui fecit, prodita immanitate naturæ, quibus primum potuit experimentis. Nanque Britannicum fratrem, quod se post adoptionem Aenobarbum ex consuetudine salutasset, ut subditium apud patrem arguere conatus est. Amitam etiã Lepidam ream testimonio coram affixit, gratificans matri, à qua rea premebatur. Deductus in forum tyro, populo congiarium, militi donatiuum proposuit: indicta decursione prætorianis, scutum sua manu prætulit, exinde patri gratias in Senatu egit. Apud eundem Cõsulem pro Bononiensibus Latine, & pro Rhodijs, atq; Iliensibus Græcè uerba fecit. Auspicatus est & iurisdictionem præfecti urbis sacro Latinarum: celeberrimis patronis nõ translatis (ut a solet) & breues, sed maximas, plurimasq; postulationes certatim ingerentibus, quamuis interdictum à Claudio esset. Nec multò post duxit uxorem Octauiam: ediditq; pro Claudij salute Circenses, & uenationem.

Imperium Neronis.

CAP. VIII.

Septendecim natus annos, ut de Claudio palam factum est, inter horam sextam, septimanq; processit ad excubitores: cum ob totius diei diritatem nõ aliud auspiciandi tempus accommodatius uideretur, proq; palatii gradibus imperator cõsalutatus, lectica in castra, & inde

Ded. in Fo. ty.
id est die tyro,
cinq.

Decursio hæc
ludicri certa,
minis genus
erat.

Nero præfectus
urbis Latina
rũ ferijs creatus
fuit.

Diritatẽ. i. di-
ram extorum
speciẽ, quibus
istare non po-
uerat,

inde raptim appellatis militibus in curiam delatus est. Di-
fcesit iam uesperis ex immensis, quibus cumulabatur hono-
ribus, tantum patris patriae nomine recusato propter aetate.

Gesta per eum in initio principatus.

C A P. IX.

Orsus hinc à pietatis ostentatione, Claudium appa-
ratissimo funere elatum laudauit, cōsecrauitq; Me-
morie Domitij patris honores maximos habuit. Matri
summam omnium rerum publicarum, priuatarumq; per-
misit. Primo etiam imperij die signum excubati Tribuno
dedit, optimam matrem, ac deinceps eiusdem saepe lectica
per publicum simul uectus est. Antium coloniam deduxit,
ascriptis ueteranis è prætorio, additisq; per domicilij
translationem ditissimis primipilarij, ubi et portum
operis sumptuosissimi fecit.

Ascripti dice-
bantur, qui in
colonias nomi-
na dedissent.

Ciuiilia gesta ei us.

C A P. X.

Atque, ut certiore adhuc indolem ostenderet, ex
Augusti praescripto imperaturum se professus, neque
liberalitatis, neque clementiae, nec comitatis quidem exhi-
bende ullam occasionem omisit. Grauiora uectigalia aut
aboluit, aut minuit. Praemia delatorum Papiæ legis ad
quartas redegit, diuisis populo uiritim quadringenis num-
mis. Senatorum nobilissimo cuique, sed à re familiari de-
stituto, annua salaria, et quibusdam quingena constituit.
Item praetorianis cohortibus frumentum mensurum
gratuitum. Et cum de supplicio cuiusdam capite dam-
nati, ut ex more subscriberet, admoneretur, quam uellem,
inquit, nescire literas. Omnes ordine subinde, ac memo-
riter salutauit. Agenti Senatui gratias, respondit, cum

meruero. Ad cæpestres exercitationes suas admisit & plebem: declamauitq; sæpius publicè. Recitauit & carmina, non modò domi, sed in theatro, tanta uniuersorum letitia, ut ob recitationem supplicatio decreta sit, atq; pars carminum aureis literis Ioui Capitolino dicata.

Spectacula per eum edita, & liberalitas in populum. CAP. XI.

Spectaculorum plurima, & uaria genera edidit: iuuenales, circenses, scenicos ludos, gladiatorium munus. Iuuenalibus senes quoque consulares, anusq; matronas recepit ad lusum. Circensibus loca equiti secreta à cateris tribuit. Commisitq; etiam camelorū quadrigas ludus, quos pro æternitate imperij susceptos appellari maximos uoluit. Ex utroque ordine & sexu pleriq; ludicras partes sustinuerunt. Notissimus eques Rom. elephantum super sedens per catadromum decucurrit. Inducta est Afranij togata, quæ Incendiū inscribitur: concessumq; ut scenici ardentis domus supellectilem diriperent, ac sibi haberent. Sparsa & populo misilia omnium rerum per omnes dies singula quotidie millia. Auium cuiusq; generis multiplex penus, tesserae frumentariae, uestis, aurum, argentum, gemmae, margaritae, tabulae pictae, mancipia, iumenta, atque etiam mansuetæ ferae, nouissimè naues, insulae, agri.

Ludi Romani magni appellabantur, Nero ludos suos tanquam nobilitates maximos appellari uoluit. Ex utroque ordine senatorio, & equestri.

Na. inf. ag. nō hæc sparsa sūt, sed tesserae, quas qui occubabant, illis edabantur. Infulas autem dominos intelligit. Ad ferrū. i. ad gladiaturam,

Spectacula unde spectauerit, & alia eius gesta.

CAP. XII.

Hos ludos spectauit è proscenij fastigio, munere quod in amphiteatro ligneo, in regione Martij campi intra anni spatium fabricato dedit. Neminem occidit, ne noxium quidem. Exhibuit autem ad ferrum etiam quadrim

quadringentos Senatores, sexcentosq; equites Romanos, & quosdā fortunæ, atq; existimationis integræ: ex iisdem ordinibus confectoresq; ferarum, & uaria arenæ ministria. Exhibuit & naumachiā marina aqua innantibus beluis. Item pyrrhicas quasdam è numero epheborum, quibus post editam operā diplomata ciuitatis Romane singulis obtulit. Inter pyrrhicarum argumenta, taurus Paphæen ligneo iuuençæ simulacro abditam iniijt, ut multis spectantiū crediderunt. Icarus primo statim conatu iuxta cubiculū eius decidit, ipsumq; cruore resperfit. Nam per raro presidere, caterū accubans primum paruis foraminibus, deinde toto podio adaperto spectare consueuerat. Instituit & quinquennale certamen primus omnium Romæ more Græco triplex, musicum, gymnicum, equestre, quod appellauit Neronia. Dedicatisq; thermis, atq; gymnasio, Senatui quoq; & equiti oleum præbuit. Magistros totum certamini præposuit consulares sorte, sede prætorum: deinde in orchestram, Senatūq; descendit, & orationis quiddam, carminisq; Latini coronā, de qua honestissimus quisq; contenderat, ipsorum cōsensu concessam sibi recepit. Citharam autem à iudicibus ad se delatam adorauit, ferriq; ad Augusti statuam iussit. Gymnico, quod in septis edebat, inter buthysia apparatus, barbam primam posuit, conditam in auream pyxidem, & pretiosissimis margaritis adornatam Capitolio consecrauit. Ad athletarū spectaculum inuitauit & uirgines Vestales, quia Olympiæ quoque Cereris sacerdotibus spectare conceditur.

Manificentia in excipiendo Tiridate Ar-

Mari, æq. quæ induxerat ex proximo mori in Vaticano autem illa nauumachia fuit.

Eius. f. Nero nis. Ipsum. f. Nero nem.

Docet Cic. in Verr. sacra Ceteris per uirgines, phatasq; mulieres solita confici. Illis autem ob sacerdotij maiestatem concedebatur spectare ludos Olympicos. quos aliis mulieribus spectare prohibis tum erat.

De Tiridate Armenię rege, Vologesi Parthorũ regis fratre, & cur Romanam venerit, quamq; eũ Nero honorifice exceperit, vide Tacit. lib.

Non immeritò inter spectacula ab eo edita & Tiridatis in urbem introitum retulerim. Quem Armenię regem magnis pollicitationibus sollicitatum, cum destinato per edictum die ostensurus populo propter nihilum distulisset, produxit, quò opportunissimè potuit, dispositis circa fori templa armatis cohortibus, curuli resedens apud rostra triumphantis habitu, inter signa militaria, atque vexilla: & primo per deuexum pulpitem subeuntem admisit ad genua, alleuatumq; dextra exoscultatus est: dein precanti, tiara deducta, diadema imposuit, uerba supplicis interpretata prætorio uiro multitudini pronuntiante. Perductum inde in theatrũ, ac rursus supplicantem, iuxta se latere dextro collocauit. Ob quæ imperator consalutatus, laurea in Capitolium lata.

Ianum geminum claudit.

CAP. XIII.

Tã nul. quam res. bel. i. sine respectu bellũ, ne esset an pax.

Ianum geminum clausit, tã nullo, quam residuo bello. Consulatus quatuor gessit: primum bimestrem, secundum & nouissimũ semestres, tertium quadrimestrẽ, medios duos continuauit, reliquos inter annua spatia uariavit.

Mos eius in iure dicendo, & sententiando.

CAP.

XV.

*als, secede, ret.

In iurisdictione postulatoribus nisi sequenti die, ac per libellos non temere respondit. In cognoscendo, morem eum tenuit, ut continuis actionibus omisis, singulatim quæq; per uices ageret. Quoties autem ad consultandum* sederet, neq; in commune quicquam, neq; pro palam deliberabat, sed & cõscriptas ab uno quoq; sententias tacitus ac secretò legēs, quid ipsi libuisset, perinde atque pluribus idẽ uideretur, pronuntiabat. In curiã libertinorum filios

filios diu nō admisit, admisisq; à prioribus principibus honores denegauit. Cādidatos, qui supra numerū esēt, in solatiū dilationis, ac moræ, legionibus præposuit. Consulātū in senos plerunq; menses dedit. Defunctoq; circa Calend. Ianuarij altero è c o s s. neminē substituit, impro-
bans exēplū uetus Caninij Rebuli uno die Consulis. Triū phalia ornamenta etiā quæstorie dignitatis, & nonnullis ex equestri ordine tribuit, nec utiq; de causa militari, sed & quibusdam rebus. Orationes ad Senatū missas, præ-
terito quæstoris officio, per c o s s. plerunq; recitabat.

De Cani. Reb. vide supra in vit. Cæsar. 76.

Ex quæstoribus quidā candidati principis dicebātur, qui libris principalibus in senatu legendis vacabant.

Afflictio Christianorum. CAP. XVI.

Formam ædificiorum urbis nouam excogitauit: & ut ante insulas, ac domos porticus esent, de quarum solarijs incēdia arcerētur, easq; sumptu suo extruxit. Destinat etia Hostia tenus mœnia promouere, atq; inde fossa mare ueteri urbi inducere. Multa sub eo & animaduersa seuerè, & coërcita, nec minus instituta. Adhibitus sumptibus modus, publicæ cenæ ad sportulas reductæ. Interdictū, ne qd in popinis cocti præter legumina, aut ole-
ra uenirat, cū anteà nullū nō obsonij genus proponeretur. Afflicti supplicijs Christiani, genus hominū supstitio-
nis nouæ, ac maleficæ. Vetiti quadrigariorū lusus, qbus in ueterata licētia passim uagātibus, fallere, ac furari piocū ius erat. Pantomimorū factiones cū ipsis simul relegatæ.

Ad sportul. i. ad certam reū nūmarie sum- mam, ut quidā interpretātur alij uolūt speciem esse con- uitiij hominis parci.

Cautū in falsarios pro testamentis. c. xvii.

ADuersus falsarios tūc primū repertū, ne tabulæ nisi pertusæ, ac ter limo per foramina traiecto ob-
gnarētur. Cautū, ut in testamētis primæ duæ cere, testato-
rū modò nomine inscripto, uacue signaturis ostēderētur,

ac ne quis alieni testamenti scriptor legatum sibi ascribe
ret. Item ut litigatores pro patrocinijs certam, iustamq;
mercedem, pro subsellis nullam omnino darent, prebente
erario gratuita: utq; rerū actu ab erario causæ ad forū,
ac recuperatores transferrētur: & ut omnes appellatio-
nes à iudicibus ad Senatum fierent.

Subsellia, in
quibus litigan-
tes dum causæ
agebātur sede-
bant, certo pre-
cio cōducebā-
tur ante Nero-
nem.

Imperium sub Nerone non auctum. C. XVIII.

Avgendi, propagadiq; imperij neq; uoluntate ulla,
neq; spe motus unquā, etiam ex Britānia deduce-
re exercitum cogitauit: nec nisi uerecundia, ne obtrecta-
re parentis gloriæ uideretur, destitit. Ponti modò regnum
concedente Polemone, item Alpium, defuncto Cottio in
prouincia formam redegit.

Expeditiones Alexandriae, & Achaiae per eum
susceptae.

CAP.

XIX.

Peregrinationes duas omnino suscepit, Alexandrinā,
& Achaicam: sed Alexandrina ipso profectiois die
destitit, turbatus simul religione, ac periculo. Nam cum
circuitis templis in æde Vestæ resedisset, consurgenti ei
primū lacinia obhesit: deinde tanta caligo coorta est,
ut dispicere non posset. In Achaia Isthmum perfodere
aggessus, praetorianos pro concione ad inchoandū opus
cohortatus est, tubaq; signo dato, primus rastello humū
effodit, & corbulæ congestam humeris extulit. Parabat
& ad Cassias portas expeditionem, conscripta ex Itali-
cis senū pedum tyronibus noua legione, quam Magni
Alexandri phalangem appellabat. Hæc partim nulla re-
prehensione, partim etiam non mediocri laude digna in
unum cōtuli, ut secernerem à probris, ac sceleribus eius,
de quibus

Longitudo sex
pedū, inquit
physici, legiti-
ma est ampli-
tudo humane
staturæ.

de quibus dehinc dicam.

Studium eius in cantu, & musica. CAP. XX.

Inter cæteras disciplinas pueritiæ imbutus tempore & musica, statim ut imperium adeptus est, Terpnium citharædum uigentem tunc præter alios accersijt, diebusq; continuis post coenam canenti in multam noctem assidens, paulatim & ipse meditari, exerceriq; cœpit. Nec eorum quicquam omittere, quæ generis eius artifices uel conseruandæ uocis causa, uel augedæ factitarent. Sed & plumbeam chartam supinus pectore sustinere, & clystere, uomitūq; purgari, & abstinere pomis, cibisq; officientibus, donec blandiente profectu (quanquam exiguæ uocis, & fuscæ) prodire in scenam cœcupuit, subinde inter familiares Græcum prouerbium iactans, occultæ musicæ nullum esse respectū. Et prodijt Neapoli primū, ac ne cœcussio quidem repente motu terræ theatro, antè cantare destitit, quàm inchoatum absolueret νόμος. Ibidem sæpius & per complures cantauit dies, sumpto etiam ad reficiendā uocē breui tēpore, impatiēs secreti à balneis in theatrū trāsijt, mediāq; in orchestra frequente populo epulatus: si paulum subbibisset, aliquid se suffertim timiturū Græco sermone promisit. Captus autē modulatis Alexādrinorū laudationibus, q de nouo cōmeatu Neapolim cōfluxerāt, plures Alexādria euocauit. Neq; eo segnius adolescētes equestris ordinis, & qnq; amplius millia è plebe robustissima iuuentutis undiq; elegit, qui diuisi in factiones, plausuum genera cōdiscerent (bombos, & imbrices, & testas uocabant) operāq; nauarēt cantanti sibi, insignes pinguisima coma, & excellētissimo cultu pueri, nec sine anulo leuis,

Nomos quid sit uide Egnati, in annot. in Sueto. Græc. pro. iac. &c. Huius Græci prouerbij meminuit Gell. li.

13. c. 29. Suffertim quid sit. uide Egnati in Annot. in Sueto.

Accipitur cōmeatus aliqui pro itu & reditu classis cōmeantis: sicq; hic accipi potest: nisi dicamus, de nouo cōmeatu. i. ob nouum cōmeatum. s. ab eo impetrandum,

quorum

Annū s̄ in lz.
na hī pueri ge
stabant.

quorum duces quadragena millia h s. merebant.

Tragœdias cantat.

CAP. XXI.

Neron. agon.
quod quinque
nale institue
rat.

Niobē. id est,
Niobes fabu
lam.

Se publici, i.
suz vocis, mu
sicę; in pu
blico potesta
tem facere.

Cum magni aestimaret cantare, etiam Romæ Nero=
neum agona ante præstitutam diem reuocauit. Fla
gitantibusq; cunctis cœlestem uocem, respondit quidē in
hortis se copiam uolentibus facturum: sed adiuuante uul
gi preces etiam statione militum, quæ tūc excubabat, re=
presentaturum se pollicitus est libens, ac sine mora nomē
suum in albo profitentium citharædorum iussit ascribi,
sorticulaq; in urnam cum cæteris demissa intrauit ordine
suo, simulq; præfecti prætorij citharam substinentes, post
Tribuni militum, iuxtaq; amicorum intimi. Utq; consti
tit peracto principio, Nioben se cantaturū per Cluium
Rufum consularem pronunciauit, & in horam serè deci
mam perseuerauit, coronamq; eam, & reliquam certami
nis partem in annum sequentem distulit, ut sapius canen
di occasio esset. Quod cum tardum uideretur, non cessa
uit identidem se publicare. Non dubitauit etiam in priua
tis spectaculis operam inter scenicos dare, quodam Præ
torum h s. decies offerente. Tragœdias quoque cantauit
personatus heroum, deorumq; item heroidum, ac dearū
p̄sonis effectis ad similitudinē oris sui, & fœminæ prout
quanque diligeret. Inter cætera cantauit Canacem partu
rientem, Orestem matricidam, Oedipodem excæcatum,
Herculem insanum. In qua fabula fama est tyrunculum
militem positū ad custodiam aditus, cum eum ornari, ac
uinciri catenis, sicut argumentū postulabat, uideret, ac
currisse ferendæ opis gratia.

Studiū eius aurigadi, & citharizadi. c. xxii.

Equorum

E Quorum studio uel præcipuè ab incunte ætate flau-
grauit, plurimusq; illi sermo, quanquam uetaretur,
de Circensibus erat: & quondam tractum Prasinum agita-
torem inter condiscipulos querens, obiurgante magistro,
de Hæcore se loqui emittitur est. Sed cum inter initia im-
perij eburneis quadrigis quotidie in abaco luderet, ad
omnes etiam minimos Circenses secessu commeabat, pri-
mò clam, deinde propalam, ut nemini dubium esset, eo die
utique affuturum. Neq; dissimulabat, uelle se palmarum
numerum ampliare, quare spectaculū multiplicatis mis-
sibus in serū protraheretur, ut dominis quidē iam factio-
num dignantibus, nisi ad totius diei cursum greges du-
cere. Mox & ipse aurigare, atque etiam spectari sæpius
uoluit, positoq; in hortis inter seruitia, & sordidam ple-
bem rudimento, uniuersorum se oculis in circo maximo
præbuit, aliquo liberto mittente mappam, unde magistra-
tus solent. Nec contentus harum artium experimenta
Romæ dedisse, Achaiā (ut diximus) petijt, hinc maxime
motus: Instituerant ciuitates, apud quas musici agones edi-
solent, omnes citharædorum coronas ad ipsum mittere.
Eas adeò gratè recipiebat, ut legatos, qui pertulissent, nò
modo primos admitteret, sed etiam familiaribus epulis
interponeret. A quibusdā ex his rogatus, ut cantaret su-
per cœnam, exceptusq; effusius, solos scire audire Græ-
cos, solosq; se, & studijs suis dignos ait. Nec profectio-
ne dilata, ut primum Cassiopen traiecit, statim ad aram Io-
uis Cassij cantare auspiciatus est.

Certamina exercitum, ac timore in eo genere.

C A P. XXIII.

Certamina

Tractum. f. vi
& ipetu equos
rum.

Mimi. circ. &
mim⁹ celebres.

Domini factio-
num tãro opa-
lenticiores erãt.
quanto plures
erant in circo
sibus missus.

Mappa olim si-
gn⁹ erat, qua
missa equi cur-
sum circensem
auspicabatur.

Except. effus.
i. imodica lau-
datio. & plau-
su assentato-
rio.

Certamina deinceps obijt omnia. Nam & que diuer-
sissimorū temporum sunt, cogi in unum annum qui-
busdam etiā iteratis iussit. Olympiæ quoq; præter consue-
tudinem musicū agona cōmisit. Ac, ne quid circa hæc oc-
cupatum auocaret, detineret ue, cū præsentia eius urbicas
res egere à liberto Helio admoneretur, rescripsit his uer-
bis: *Quamuis nunc tuū consilium sit, & uotum, me cele-*

Cantante eo
&c. Delato
res, inquit Phi-
lostratus, his
delationib; cri-
minabatur scū
primis: Non
venisti auditū
Neronē; aut,
negligenter, &
parum attente
audiebas; aut,
risisti, nō plau-
disti; aut, non sa-
criticasti p vo-
ce Nero. ut
clarior esset, at
que lucidior.
In ludis Olym-
picis iudices,
10. sorte ducti
præficiēbatur.

rone dignus reuertar. Cantante eo, nec necessaria quidem
causa excedere theatro licitum erat. Itaq; & enixæ quæ-
dam in spectaculis dicuntur, & multi tædio audiendi, lau-
dandiq; clausis oppidorū portis, aut furtim desiluisse de
muro, aut morte simulata funere elati. Quam autē trepi-
de, anxieq; certauerit, quāta aduersariorum æmulatione,
quo metu iudicū, uix credi potest. Aduersarios quasi pla-
nè cōditionis eiusdē obseruare, captare, infamare secretò
nonnunquā, ex occurso maledictis incessere: ac si qui arte
præcellerēt, corrūpere etiā solebat. Iudices autem prius,
quā inciperet, reuerētissimè alloquebatur, omnia se sa-
ciēda fecisse, sed euentū in manu esse fortunæ: Illos ut sa-
piētes, & doctos uiros fortuita debere excludere: atq; ut
auderet, hortātibus, æquiore animo recedebat: ac ne sic
quidē sine sollicitudine taciturnitatē, pudorēq; quorūdā
p tristitia, ac malignitate arguēs, suspectosq; sibi dicēs.

Obedientia eius in dictis certaminibus.

CAP. XIII.

IN certando uerò ita legi obediebat, ut nunquā ex-
creare ausus, sudorem quoque frontis brachio deter-
geret, atque etiam in quodam tragico actu, cū elapsum
baculum

baculū citō resumpisset, pavidus, & metuens ne ob delictum certamine submoueretur, non aliter cōfirmatus est, quā adiurante hypocrita non animaduersum id inter exultationes, succlamationesq; populi. Victorem autem seipse pronuntiabat. Qua de causa & praenonio ubique contendit. Ac ne cuius alterius hieronicarū memoria, aut uestigium extaret usquā, subuerti, & unco trahi, abijciq; in latrinas omnium statuas, & imagines imperauit. Augurauit quoq; plurifariam, Olympijs uerō etiam decemium gem, quamuis id ipsum in rege Mithridate carmine quodam suo reprehendisset. Sed excussus curru, ac rursus repositus cum perdurare nō posset, destitit ante decursum, nec eo secius coronatus est. Decedens deinde, prouinciam uniuersam libertate donauit, simulq; iudices ciuitate Romana, & pecunia grandi. Quae beneficia è medio stadio Isthmiorum die sua ipse uoce pronuntiavit.

Reditus eius è Græcia, ac eiusdem triumphi.

CAP.

XXV.

Reuersus è Græcia Neapolim, quod in ea primā artem protulerat, albis equis introijt disiecta parte muri, ut mos hieronicarū est. Simili modo Antiū, inde Albanū, inde Romā. Sed & Romā eo curru, quo Augustus olim triumphauerat, & in ueste purpurea, distinctaq; stellis aureis chlamyde, coronāq; capite gerēs Olympicā, dextra manu Pythiā, praecūte pompa caterarū cū titulis ubi, & quos, quo cantionū, quo ue fabularū argumēto uicisset, sequentibus currum ouantiū ritu plausoribus, Augustanos, militesq; se triumphi eius clamantibus. Dehinc diruto circi maximi arcu, per uelabrum, forumq; palatiū, &

Hypocrita, p
histrione, siue
mimo, nam si
mulatores sūt,
& imitatores.
Contendit Ne
ro cum praeco
nibus de praeco
nij peritia, &
uocis magnitu
dine, ac de no
mine uictoris
pronunciādo,

Hieronicæ vi
ctores sunt fa
crozum certas
minū: quae sunt
Olympia, Isth
mia, Pythia,
Nemæa. Caes
terarum. f. co
ronarum,

s

Apol

Sacræ coronæ
sunt, quæ in sa-
cris certamini-
bus quæruntur.

Phonascus,
magister vocis
exercendæ.

Naturæ vitia
tollî non pos-
sunt, leniri pos-
sunt: ætatis vi-
tia cum ætate
deponuntur.

Quintana in
castris porta
erat post præ-
torium, ubi re-
rum vrensiliū
erat forum,

Apollinem petijt. Incedenti passim uictimæ case, sparsæ
per uias identidē croco, ingestæq; aues, ac lemnisci, & bel-
laria. Sacras coronas in cubili circū lectos posuit. Itē sta-
tuas suas citharædico habitu: qua nota etiam nummū per-
cusit. Ac post hæc tantum abijt à remittendo, laxandōq;
studio, ut cōseruandæ uocis gratia, neq; milites unquam,
nisi absens, aut alio uerba pronuntiante appellaret: neq;
quicquam seriō, iocō ue egerit, nisi astante phonasco, qui
moneret, parceret arterijs, ac sudarium ad os applicaret,
multisq; uel amicitiam suam obtulerit, uel simulatam in-
dixerit, prout quisq; se magis, parcius ue laudasset.

Rapinæ eius, & alia scelera. CAP. XXVI.

Petulantiam, libidinem, luxuriam, auaritiā, crudelita-
tem sensim quidē primō, & occultē uelut iuuenili er-
rore exercuit: sed ut tunc quoq; dubium nemini foret, na-
turæ illa uitia, non ætatis esse. Post crepusculū statim ar-
repto pileo, uel galero popinas inibat, circumq; uicos ua-
gabatur ludibundus, nec sine pernicie tamē. Siquidem re-
deuntes à coena uerberare, ac repugnātes uulnerare, cloa-
cisq; demergere assueuerat: tabernulas etiā effringere, &
expilare, quintana domi constituta, ubi partæ, & ad lici-
tationē diuidendæ prædæ pretiū assumeretur. Ac sepe in
cuiusmodi rixis, oculorū, & uitæ periculū adiit, à quodā la-
ticlauiō, cuius uxorē attrectauerat, propè ad necē casus.

Quare nunquā postea se publico illud horæ sine tribunis
cōmisit, procul & occultē subsequētibus. Interdium quoq;
clām gestoria sella delatus in theatrū, seditionibus pan-
tomimorū ex parte prosœnij superiori signifer, simul ac
spectator aderat. Et cū ad manus uentū esset, lapidibusq;
& sub

et si
icit

C

P

lām ei

bat, r

tis. C

præcl

torum

Hosti

garet

parab

opera

cebat

h s. c

Li

Sv

tu

tam, p

submi

rēt. Pu

trāssig

ptiarū

huit. E

cū reb

rem. H

uectum

et subselliorum fragminibus decerneretur, multa et ipse
 iccit in populū, atque etiam praetoris caput confancianit.

Commestationes, & eius epulae. CAP. XXVII.

Paulatim uero inualescentibus uitijs, iocularia, & la-
 tebras omisit, nullaque dissimulandi cura ad maiora pa-
 lam erupit. Epulae è medio die ad mediā noctē protrabe-
 bat, refotus saepius calidis piscinis, ac tēpore aestiuo niua-
 tis. Coenabatque nonnunquam et in publica naumachia

Niuatis. i. niue
 refrigeratis.

praelusa, uel Martio cāpo, uel circo maximo, inter scor-
 torum totius urbis, Ambubaiarumque ministeria. Quoties
 Hostiā Tyberi deslueret, aut* Baianum sinū praeternaui-
 garet, disposita per littora, et ripas diuersorie taberne
 parabantur, insignes ganeae, * et matronarum institorias
 operas imitatiū, atque hinc inde oratiū, ut appelleret. Indi-
 cebat et familiaribus coenas, quorum uni mellita quadragies
 n s. constiterūt, alteri pluris aliquanto ab Syrtio rosaria.

* Als. ad Ba

* Als. & ma,
 tro. ad institu-
 ta loca inuitan-
 tium, &c.

Rosaria: nō tā
 coronamēta in-
 telligas, quā
 vnguenta, &
 condimenta.

Proagogia
 quae sint, vide
 Egnat. in an-
 not. in Sucto.

Libido eiusdem, matrisque nefarius concubitus.

C A P. XXVIII.

Super ingenuorum proagogia, et nuptiarum concubina-
 tus, Vestali uirgini Rubriae uim intulit. Acten liber-
 tan, paulum absuit, quin iusto matrimonio sibi coniungeret,
 submissis consularibus uiris, qui regio genere ortā peiera-
 rēt. Puerum Sporū exactis testibus, etiā in muliebrem naturā
 transfigurare conatus est, cum dote, et flāmeo persoleni nu-
 ptiarum celeberrimo officio, deductum ad se pro uxore ha-
 buit. Extatque cuiusdam non insecutus iocus, bene agi potuisse
 cum rebus humanis, si Domitius pater talē habuisset uxo-
 rem. Hūc Sporū augustarum ornamenti excultum, lecticaque
 uectum, et circa conuentus, mercatusque Graeciae, ac mox

Sigillaria hic accipe vicū in quo sigillaria vendebantur: quod autē sigillaria sint, vide Macrobi. lib. i. Satur. c. II.

Romæ circa sigillaria comitatus est, identidē ex osculans. Nam matris concubitū appetiſſe, & ab obrectatoribus eius, ne ferox atq; impotēs mulier, & hoc genere gratiæ prævaleret, deterritū nemo dubitauit, utiq; poſtquam me retriciē, quā fama erat Agrippinæ ſimillimā, inter cōcubinas recepit. Olim etiā quoties lectica cum matre uehere-
tur, libidinatū inceſtē, ac maculis ueſtis proditū affirmāt.

Pudicitia eius paſſim proſtrata. CAP. XXIX.

Seneca, vt tradit Tacitus, Aſien libertā immiſit, quæ Neronē mone retvulgarū eſſe eius cū matre inceſtū, nec toleraturos milites pphani principis imperiū. Cōſaceretur, prædicaretur. Quæ hic Suetonio, Doryphorū, alij Pythagoram appellant,

Staminatus penē omnibus membris, nouiſimē quaſi genulus uſus excogitaret, quo ſeræ pelle contactus emitteretur ē cauea, uirorumq; ac ſcœminarum ad ſtipitē deligatōrum inguina inuaderet: & cum affatim deſcuiſſet, cōficeretur à Doryphoro liberto, cui etiam ſicut ipſi Sporus, ita ipſe denuſſit, uoces quoq; & eiulatus uim patientium uirginum imitatus. Ex nōnullis comperi, perſuaſiſſimū habuiſſe eum, neminem hominem pudicum, aut ulla corporis parte purum eſſe: uerū pleroſq; diſſimulare uitiū, & callidē obtegere. Ideoq; profeſſis apud ſe obſcœnitatem, cætera quoq; conſeſſiſſe delicta.

Prodigalitas eius, ac diuitiarum profuſio.

CAP.

XXX.

Diuitiarum, & pecuniæ fructū non alium putabat, quā profuſionē: ſordidos, ac deparcos eſſe, quibus ratio impenſarum conſtaret: prælautos, uereq; magnificos, qui abuterētur, ac perderent. Laudabat, miraturq; auunculū Caium nullo magis nomine, quā quod ingentes à Tyberio relictas opes in breui ſpatio prodegiſſet. Quare nec largiendi, nec abſumendi modum tenuit.

In Tiridatem, quod uix credibile uideatur, octingenta Diurna, *i. p. e.* singulos dies, uummium millia diurna erogauit, abeutiq; super h s. mil-
 lies contulit. Menecratem citharædum, & * Specillum * *Ap. Specillio,*
 mirmillonem triumphalium uirorum patrimonijs, ædia
 busq; donauit. Cercopithecum Pancrotem sœneratorem,
 & urbanis, rusticisq; prædijs locupletatum, propè regio
 extulit funere. Nullā uestem bis induit. Quadragenis in *Canusi. musio,*
 punctum h s. aleam lusit. Piscatus est rete aurato, purpu- *i. indutis vesti,*
 ra, coccoq; funibus nexis. Nunquam carrucis minus mille *bus ex lana ca-*
 fecisse iter traditur, soleis mularum argenteis, canusinatis *nulina factis:*
 mulionibus, armillata, & phalerata cum Mazacum tur- *Pli. li. 8. c. 48.*
 ba, atq; cursorum. *Mazace qui*
lint, vide Bgn.
in ānot. in Sue
to,

Opera publicata per eum facta. CAP. XXXI.

Non in alia re dannosior, quam in ædificando. Do-
 mum à palatio Exquilijs usque fecit. Quā primò
 transitoriam, mox incēdio absumptam, restitutamq; au- *Transitoriam,*
 le ad alterum, *quia per eā fa-*
 reā nominauit. De cuius spatio, atq; cultu suffecerit hoc *cillis erat trās-*
 retulisse. Vestibulum eius fuit, in quo colossus cxx. pe- *tus abvno col-*
 dum staret ipsius effigie: tanta laxitas, ut porticus tripli- *le ad alterum,*
 ces milliarias haberet. Item stagnum maris instar, circun- *Porticus du-*
 septum ædificijs ad urbium speciem. Rurā insuper aruis, *plices, tripli-*
 atque uinetis, & pascuis, syluisq; uaria cum multitudine *ce ue diceban-*
 omnis generis pecudum, ac ferarum. In cæteris partibus *tur à colūna-*
 cuncta auro lita, distincta gemmis, unionumq; conchis *rū ordine: mi-*
 erāt. Cœnationes laqueatae tabulis eburneis uersatilibus, *liariz autem à*
 ut flores ex fistulis, & unguenta desuper spargerentur. *mille passuum*
 Præcipua cœnationum rotunda, quæ perpetuò diebus, ac *longitudine.*
 noctibus uice mundi circumageretur: balinæ marinis, &
 Albulis fluentes aquis. Eiusmodi domum cum absolutam

dedicaret, hactenus cōprobauit, ut se diceret quasi hominem tandē habitare cōpisse. Præterea inchoabat piscinā à Miseno ad Auernum lacum, contestam, porticibus conclusam, quò quicquid totis Baijs calidarum esset, cōmiteretur. Fossam ab Auerno Hostiam usq; ut nauibus, nec tamen mari iretur, longitudinis per c l x. milliaria, latitudinis, qua cōtrariæ quinq; remes cōmearent. Quorū operum perficiendorum gratia, quod ubiq; esset custodiæ in Italiam deportari, etiā scelere conuictos non nisi ad opus damnari præceperat. Ad hunc impendiorum furorem super fiduciam imperij, etiam spe quadam repentina immensarum, & reconditarū opū impulsus est, ex indicio equitis Ro. pro comperto pollicentis thesauros antiquissimæ gazæ, quos Dido regina fugiens Tyro secum extulisset, esse in Africa uastissimis specubus abditos, ac posse erui paruula molientium opera.

Vide Tacit. li.
16.

Rapinæ eius, extorsiones, & sacrilegia.

CAP. XXXII.

Dismidium bonorū defuncti liberti olim ad patronū perueniebat. Victoribus in sacris certaminibus dabatur coronæ, & præmia. Nero solis coronis, solūq; honore cōtentus præmia omiserat, quæ postea per cunij exhaustus repetijt.

Verū ut spes sefellit destitutus, atq; ita iam exhaustus, & egens, ut stipendia quoq; militum, & comoda ueteranorum protrahi, ac differri necesse esset, calumnij, rapinisq; intendit animum. Ante omnia instituit, ut è libertorum defunctorum bonis pro semisse drans congeretur ei, qui sine probabili causa eo nomine essent, quo fuissent illæ familiæ, quas ipse contingeret: deinde ut ingratorum in principem testamenta ad fiscum pertinerēt: ac ne impune esset studiose uiris, qui scripsissent, uel dicta sēt ea: tum ut lege maiestatis facta: dictaq; omnia, quibus modò delator nō deesset, tenerētur. Reuo-

cavit

cauit & premia coronarum, quæ unquam sibi in certami-
nibus ciuitates detulissent. Et cum interdixisset usum ame-
thysthini, ac Tyrii coloris, submisissetq; qui nundinarum
die pauculas uncias uenderet, præclusit cunctos negotiato-
res. Quinetiam inter canendum animaduersam matronã Præclusit. i. in
carcerem cõie-
cit.
è spectaculis, uerita purpura cultam, demonstrasse procu-
ratoribus suis creditur, detractamq; ilicò non ueste modò,
sed & bonis exiit. Nulli delegauit officium, ut non adice-
ret: scis quid mihi opus sit: & hoc agamus, ne quis quic-
quam habeat. Vt imò templis cõpluribus dona detraxit,
simulacraq; ex auro, uel argento fabricata conflauit, in
his penatium deorum, quæ mox Galba restituit.

Parricidium eius in Claudium, & Britannicum.

CAP. XXXIII.

Parricidia, & cædes a Claudio exorsus est. Cuius ne-
cis, etsi non autor, at conscius fuit: neque dissimu-
lanter, ut qui boletos, in quo cibi genere uenenum is acce-
perat, quasi deorum cibum, posthac prouerbio Græco
collaudare sit solitus. Certè omnibus rerum, uerborumq;
contumelijs mortuũ insectatus est, modò stultitiæ, modò
seuitiæ arguens. Nam & morari cum inter homines de-
sijisse producta prima syllaba iocabatur, multaq; decreta,
& constituta, ut insipientis, atq; deliri pro irritis habuit.
Denique bustum eius consepiri nisi humili, leuiq; materia
neglexit. Britannicum non minus amulatione uocis, quæ
illi iucundior suppetebat, quàm metu, nequando apud ho-
minum gratiam paterna memoria præualeret, ueneno
aggressus est. Quod acceptum à quadam Locusta uenena-
riorum indice, cum opinione tardius cederet, uenter mo-

A Claud. ante
cessore, & per
adoptionẽ pa-
tre.
Claudio q bo-
leti estu extin-
ctus est, in deo-
rum numerum
reclatus fuit.

De Britannici
morte le Cor.
Tac, lib. 13.

Legibus primò Britannici moto, accersitam mulierem sua manu uerbe
 ceptus solutus raurit, arguens pro ueneno remedium dedisse, excusantiq;
 est cuius est le- minus datum ad occultandam facinoris inuidiam: sanè, in
 ges dare, non quit, legem Iuliam timeo. coëgitq; se coram in cubiculo
 significat hic quam posset uelocissimum, ac presentaneum coquere. De
 Nero se leg. inde in hædo expertus, post quam is quinq; horas protra
 Iul. nō timere, xit, iterum ac sæpius recoctum porcello obiecit. Quo sta
 quæ in quodā tim exanimato, inferri in tricliniū, dariq; coenanti secum
 cap. pœnā sta- cos. Britannico imperauit. Et cum ille ad primum gustū con-

Transla. fu. i. non legitimo, imperatoridue sed uili, modo dicoq; quasi aliunde translato, C. A. uilib⁹, & plebeijs ad virum imperatorium.

Inquietare, p molestus esse.

*As, laxata.

Parricidium eius in matrem, & amitam.

CAP.

XXXIII.

MAtrem dicta, factaq; sua exquirentem, acerbius et
 corrigentem, hæcenus primò grauabatur, ut inui
 dia identidè oneraret, quasi cessurus imperio, Rhodumq;
 abiturus, mox & honore omni, & potestate priuauit,
 abductaq; militum, & Germanorum statione, contuber-
 nio quoq; ac palatio expulit. Neque in diuexanda quic-
 quam pensi habuit, submissis & qui Romæ morantem li-
 tibus, & in secessu quiescentem per conuitia, & iocos,
 terra, mariq; præteruehentes inquietarent. Verum minis
 eius, ac uolentia territus, perdere statuit. Et cum ueneno
 ter tentasset, sentiretq; antidotis præmunitam, lacunaria,
 quæ noctu super dormientē* luxata machina deciderent,
 parauit. Hoc consilio per conscios parū celato, solutilem
 nauem, cuius uel naufragio, uel cameræ ruina periret, cō-
 mentus

mentus est. Atq; ita reconciliante simulata, iucundissimis literis Baias euocauit ad solennia quinquatrum simul celebranda, datoq; negotio trierarchis, qui liburnicâ, qua aduecta erat, uelut fortuito concursu confringerent, protulit conuiuium. Repetentiq; Baulos in locum corrupti nauigij, machinosum illud obtulit. hilarè profectus, atq; in digressu papillas quoq; exosculatus, reliquum temporis cum magna trepidatione uigilauit, opperiens cæporum exitum. Sed ut aduersa omnia, nandoq; euasisse eam comperit, inops consilij L. Agerinum libertum eius saluam, & incolumè cum gaudio nunciantè, * obiecto clam iuxta pugione, ut percussorem sibi subornatū arripi, constringiq; iussit, matremq; occidi, quasi deprehensum crimen uoluntaria morte uitasset. Adduntur his atrociora, nec incertis autoribus, ad uisendum interfecta cadauer accurrisse, contrectasse membra, alia uituperasse, alia laudasse, sitiq; interim oborta bibisse. Neq; tamè sceleris cõscientiâ, quanquã & militū, & Senatus, populiq; gratulationibus cõfirmaretur, aut statim, aut unquã postea ferre potuit, sepe cõfessus exagitari se materna specie, uerberibus furiarū, ac tædis ardētibus. Quin & factio per Magos sacro euocare manes, & exoraret tētauit. Peregrinatione quidē Græciæ Eleusinijs sacris, quorum initiatione impij & scelerati uoce præconis submouerētur, interesse nō ausus est. Iunxitq; parricidio matris amitæ necē. Quã cum ex duritia alui cubantē uisitaret, & illa tractās lanuginem eius, ut assolet, iam grãdis natu, per blãditias fortè dixisset, simul hãc excepero, mori uolo: cõuersus ad proximis confestim sepositurū uelut irridēs ait, præcepitq;

De Agrippinæ morte lege Tacit. lib. 4.

* xafs, abiecio.

De Furijs leg. Laçat. dicitur in lib. 6. c. 19. Furiarū faces & uerbera pulchre interpretatur Cicer. in orat. in Piso. & in ea, quæ est pro Roscio Amer.

medicis, ut largius purgarent egrā. Nam necdū defunctæ bona inuasit, suppresso testamento ne quid abscederet.

Parriciū eius in vxores, ac sibi cōiunctissimos.

C A P.

XXXV.

Octavia Clau-
dij filia fuit.

VXores præter Octaiam duas postea duxit, Poppeam Sabina, questorio patre natā, & equiti Romano antè nuptam: deinde Statiliam Messalinam, Tauribus Consulis, ac triumphalis abnepsem. Qua ut potiretur, uirum eius Atticum Vestinum cōs. in honore ipso trucidauit. Octauiæ cōsuetudinē citò aspernatus, corripientibus amicis sufficere illi debare respōdit uxoriam ornamenta. Eandē mox sepe frustra strangulare meditatus, dimisit ut sterilem, sed improbāte diuortii populo, nec parcente conuitijs, etiā relegauit. Deniq; occidit sub crimine adulteriorum adeò impudenti, falsoq; ut in quaestione pernegantibus cunctis, Anicetum pædagogū suum indicē subiecerit, qui dolo stupratam à se fateretur. Poppæa duodecimo die post diuortii Octauiæ in matrimoniū acceptā, dilexit unice. Et tamē ipsam quoq; ictu calcis occidit, quòd se ex aurigatione serò reuersum grauida, & egra conuitijs inceserat. Ex hac filiā tulit Claudiam Augustam, amicitq; admodū infantem. Nullum adeò necessitudinis genus est, quòd nō scelere perculerit. Antonia filiā Claudij recusatē post Poppææ mortem nuptias suas, quasi molitricē nouarū rerū interemit. Similiter interemit ceteros, aut afinitate aliqua sibi, aut propinquitate conuictos. In quibus Aulū Plancū iuuenē: quē cū ante mortē, per uim* cōstuprasset: eat nūc, inquit, mater mea, & successorē meū osculetur, iactans dilectum ab ea, & ad spem imperij impulsū

Meditatus, p
tentauit.

Scripta est à Seneca tragœdia, quæ inscribitur Octauiæ, propter hanc Octaiam.

Poppeæ huius formæ studio se meminit Plin. lib. 11. ca. 41. & lib. 28. ca. 12.

*al's, conspurcasset.

pulsum. Priuignum Ruffinum Crispinum Poppæa natum
 impuberè adhuc, quia ferebatur ducatus, & imperia lu=
 dere, mergendum mari, dum piscaretur, seruis ipsius de=
 mandauit. Thuscum nutricis filiū relegauit, quòd in pro=
 curatione Aegypti balneis in aduentū suum extractis, la=
 uisset. Senecam præceptorem ad necem compulit: quāuis
 sepe cōmeatum petēti, bonisq; cedēti persanctè iurasset,
 suspectū se frustra, periturumq; potius, quàm nociturum
 ei. Burro præfecto remediū ad fauces pollicitus, toxicum
 misit. Libertos diuites, & senes olim adoptionis, mox do=
 minationis suæ fautores, atq; rectores, ueneno partim cia=
 bis, partim potionibus indito, interceptit.

De Senecæ
 morte lege Ta
 cit. lib. 13.

Sæuitia eius in exteros, & cædes illustrium
 uirorum. CAP. XXXVI.

Nec minore sæuitia foris, & in exteros grassatus
 est. Stella crinita, quæ summis potestatibus exitiū
 portendere uulgò putatur, per cōtinuas noctes oriri cœ=
 perat. Anxius ea re, ut ex Babilo astrologo didicit, sole=
 re reges talia ostenta cæde aliqua illustri expiare, atq; à
 semet in capita procerum depellere, nobilissimo cuiq; exi=
 tium destinauit. Enimvero multo magis & quasi per iu=
 stam causam duabus conurationibus* promulgatis: qua=
 rum prior, maiorq; Pisoniana Romæ, posterior Vinicia=
 na Beneuenti cōslata, atq; detecta est. Cōiurati è uinculis
 tripliciū catenarū dixere causam, cū quidā crimē ultro
 faterentur, nonnulli etiam imputarent, tanquam aliter illi
 non possent nisi morte succurrere dedecorato flagitijs
 omnibus. Damnatorum liberi urbe pulsi, enestiq; uene=
 no, aut fame. Constat quosdam cum pædagogis, & capsu
 rijs

*As, prouul=
 gatis.

Tanq. ali. &c.
 Hoc! repondis
 se fertur Sulpi
 tius Asper cen
 turio.

rijs uno prandio pariter necatos, alios diurnum uictum prohibitos querere.

Cædes multorū passim facta, & alia eius gesta.

CAP. XXXVII.

Saluidien⁹ domum suā conuerterat in vñū triū tabernarū, q̄ erant circa forū, easq; locauerat ciuicitatibus. i. peregrinis, in vñū stationum.

* Af. retinuit, fet.

Nullus posthac adhibitus delectus, aut modus interimenti quoscunq; libuisset quacunq; de causa. Sed ne de pluribus referam, Saluidieno Orphito obiectū est, quòd tabernas tres de domo sua circa forū ciuitatibus ad stationem locasset: Casio Lōgino iuriconsulto, ac luminibus orbato, quòd in uetere gentili stemmate C. Casij percussoris Cesaris, imagines* restituisset: Peto Thraseæ tristior, & pædagogi uultus. Mori iussis non amplius, quàm horariū spatii dabat. At ne quid moræ interueniret, medicos admouebat, qui cūctantes cōinuò curarent (ita enim uocabat) uenas mortis gratia incidere, Creditur etiā Polyphago cuidā Aegyptij generis crudā carnē, & quicquid daretur mandere assueto, concupisse uiuos homines laniandos, absumentosq; obijcere. Elatus inflatusq; tantis uelut successibus, negauit quenquam principū scisse, qd sibi liceret. Multasq; nec dubias significationes sæpe iecit, ne reliquis quidem se parsurum Senatoribus, eumq; ordinē sublaturum quandoq; è Repub. ac prouincias, & exercitus equiti Ro. ac libertis permissurū. Certe neq; adueniens, neque proficiens quenquam osculo impertiuit, ac ne resalutatione quidem. Et in auspiciando opere Isthmi magna frequentia clarē, ut sibi ac Po. Rom. bene res uerteret, optauit, dissimulata senatus mentione.

Vrbis incendium per eum factum.

CAP. XXXVIII.

Sed

Sed nec populo, aut mœnibus patriæ pepercit, dicens: *Id est, me mor-
 Ste quodã in sermone communi, εὐδὲ θανόντ & γαίᾳ riente terra mi-
 μυχθῶτω πυρὶ, imo inquit, εὐδὲ θανόντ & γαίᾳ seratur igni. id
 est, me viuente.*
 cit. Nam quasi offensus deformitate ueterum ædificiorũ,
 & angustijs, flexurisq; uicorum incendit urbem tam pa-
 lam, ut pleriq; consulares* cubiculares eius cū stupa, tæ-
 daq; in prædijs suis deprehensos non attigerint, & quæ * At. cubicula-
 rios.
 dam horrea circa domũ aureã, quorum spatium maximè
 desiderabat, ui bellicis machinis labefactata, atq; inflãma
 ta sint, quod saxeo muro constructa erãt. Per sex dies, se-
 ptemq; noctes ea clade seuitũ est, ad monumetorũ, busto-
 rumq; diuersoria plebe cõpulsã. Tunc præter immensum
 numerũ insularũ, domus priscorũ ducũ arserunt, hostili-
 bus adhuc spolijs adornatæ, deorumq; ædes ab regibus,
 ac deĩmde Punicis, & Gallicis bellis uotæ, dedicatæq; &
 quicquid uisendũ, atq; memorabile ex antiquitate dura-
 uerat. Hoc incendium è turri* Mecœnaticã prospectas, * At. Mecœ-
 letusq; flammæ (ut aiebat) pulchritudine, ἀλωσιϋ ilij de-
 cantauit in illo suo scenico habitu. Ac ne nõ hinc quoque
 quantũ posset prædæ, & manubiarum inuaderet, pollici-
 tus cadauerũ & ruderũ gratuitã egestionem, nemini ad
 reliquias rerum suarũ adire permisit, collationibusq; non
 receptis modò, uerũ & efflagitatis, prouincias priuato-
 rumq; census propè exhaustis.
 Collation. ut
 unusquisq; p
 facultatib; cõ
 ferret.

Clades, & probra in eum. CAP. XXXIX.

Accesserũt tantis ex principe malis, probrisq; quædam
 & fortuita, pestilẽtia unius autũni, qua xxx.
 funerũ millia in rationem libitinæ uenerunt. Clades Bri-
 tannicã, qua duo præcipua oppida, magna ciuium, socio-
 rumq;

rumq; cæde direpta sunt: ignominia ad orientem legionibus in Armenia sub iugum missis, ægræq; Syria retenta. Mirum, & uel præcipuè notabile inter hæc fuit, nihil eū patientius quàm maledicta, & cōuitia hominum tulisse: neq; in ullos leniorem, quàm qui se dictis, aut carminibus laceßissent, extitisse. Multa Græcè, Latineq; proscripta aut uulgata sunt, sicut illa:

Proscripta, pro
propalam scri
pta.

Id est, Nero
Orestes, Alc/
mæon, matri
cidæ, Nouus
spōsus Nero,
propriam ma
trē interfecit.

Νέρω, ὀρέσσης, ἀλκμαίων, μυτροκτόμοι,

Νεόνυμφου, Νέρω, ἰδίου, μητρὸς ἀπέκτεσσευ.

Quis negat Aeneæ magna de stirpe Neronem?

Sustulit hic matrem, sustulit ille patrem.

Dum tendit citharam noſter, dum cornua Parthus,

Noſter erit Pæan, ille Hecatebeletes.

Roma domus fiet, Veios migrate Quirites,

Si non & Veios occupat ista domus.

Sed neq; autores requisit, & quosdam per indicē delatos ad Senatū, affici grauiore pœna prohibuit. Trāseuntem eum Isidorus Cynicus in publico clara uoce corripuerat, quòd Nauplij mala bene cantitaret, sua bona malè disponderet. Et Datus Atellanarū histrio in cantico quodam, ὕγιαίνε πατέρες, ὕγιαίνε μητέρες, ita demōstrauerat, ut bibentē, natantemq; faceret, exitum C. Claudij, Agripinæq; significans: & in nouissima clausula,

Orcus uobis ducit pedes,

Id est, bene uale pater, bene uale mater.

Or, vo. du. pe.
i. ad mortē du
cimini.

Senatum gestu notaret: histriōnem, & philosophum Nero nihil amplius quàm urbe, Italiaq; submouit, uel cōtemptu omnis infamiae, uel ne fatendo dolorem, irritaret ingenia.

Histr. f. Datū.
Philo. f. Isido
rum,

Defectio Galliarum in eum.

CAP. XL.

Talem

TAlem principem paulominus per XIII. annos Paulominus,
 perpeſſus terrarum orbis, tandem deſtituit, initium pro penē,
 facientibus Gallis, duce Iulio Vindice, qui tum eam pro-
 uinciam propraetore obtinebat. Prædictum à mathemati-
 cis Neroni olim erat, fore ut quandoq; deſtitueretur: un-
 de illa uox eius celeberrima, ὁ τὸ χυλὸν τῆς γαῖας τῷ φει: quo maiore uenia meditaretur citharædicam ar-
 tem principi ſibi gratam, priuato neceſſariam. Spon-
 derunt tamē quidam deſtituto ei ordinationem Orientis, Id eſt, partem
 artē omnis ter-
 ra nutrit.
 nonnulli nominatim regnum Hieroſolymorum, plures
 omnis priſtinæ fortunæ reſtitutionem. Cui ſpei pronior,
 Britannia, Armeniaq; amiſſa, ac ruruſus utraq; recepta,
 deſunctum ſe fatalibus malis exiſtimabat. Vt uerò conſul
 to Delphis Apolline, ſeptuageſimū ac tertium annum ca-
 uendum ſibi audiuit, quaſi eo demum obiturus, ac nihil
 coniectans de ætate Galbæ, tanta fiducia non modò ſene-
 ctam, ſe etiam perpetuam, ſingularēq; concepit felici-
 tatem, ut amiſſis naufragio pretioſiſſimis rebus non dubi-
 tauerit inter ſuos dicere, piſces eaſ ſibi relatu-
 ros. Neapo- Die ipſo, non
 eodem tempo-
 re, ſed poſtea
 eo anni die,
 li de motu Galliarum cognouit die ipſo, quo matrem occi-
 derat: adeoq; lentè, ac ſecurè tulit, ut gaudentis etiam ſu-
 ſpitionem præberet, tanquam occasione nata ſpolianda-
 rum iure belli opulentiſſimarum prouinciæ. Statimq;
 in Gymnaſium progreſſus, certantes athletas effuſiſſimo
 ſtudio ſpectauit. Cœnæ quoque tempore interpellatus tu-
 multuoſioribus literis, hætenus excanduit, ut malum ijs,
 qui deſciſſent, minaretur. Deniq; per octo continuos dies
 non reſcribere cuiquam, non mandare quid, aut præcipe-
 re conatus, rem ſilentio obliterauit.

Reditus

Reditus eius in urbem, & contumeliæ in eum
dictæ.

C A P.

XLI

Vindex, vt ait
Philostratus,
vocato ad con
cionem exerci
tu orationem
virulentam ha
buit cōtra Ne
ronē, inter alia
dicebat illum
magis esse o
mnia quàm ci
tharœdum, ci
tharœdum ve
ro multo ma
gis quam regē,
eundem quoq;
auaritia, furo
re, lasciuia, in
fama, omniq;
crudelitate cor
ruptum crimi
nabatur.

EDictis tandem Vindicis contumeliosis, & frequenti
bus permotus senatum epistola in ultionē sui, rei q;
publicæ adhortatus est, excusato languore faucium, pro
pter quem non adesset. Nihil autem æquē doluit, quàm
ut citharœdum malum se increpitū, ac pro Nerone Aeno
barbum appellatum. Et nomen quidem gentile, quod sibi
per contumeliā exprobraretur, resumpturum se profes
sus est, deposito adoptiuo. Cetera cōiuitia ut falsa, nō alio
argumento refellebat, quàm quòd etiam inscitia tantope
re laboratæ, perfectæq; à se artis obijceretur, singulos sub
inde rogans, nossent ne quenquam præstantiorem. Sed
urgētibus alijs super alios nuncijs, Romam prætrepidus
rediit. Leuiterq; modò in itinere friuolo auspicio mente
recreata, cum annotasset insculptū monumento, militem
Gallum ab equite Ro. oppressum trahi criminibus, ad eam
speciē exiluit gaudio, cœlumq; adorauit. Ac ne tunc qui
dem aut Senatu, aut populo coram appellato, quosdam è
primoribus uiris demū euocauit, transacta q; raptim con
sultatione, reliquā diei partē per organa hydraulica noui
& ignoti generis circumduxit. Ostendensq; singula, de ra
tione, ac difficultate cuiusq; differens, iamq; etiā prolatus
rum omnia in theatrū affirmavit, si per Vindicem liceat.

Defectō Hispaniarum, & Galbæ contra eum.

C A P.

XLII.

Post quàm etiam deinde Galbam, & Hispanias de
sciuisse cognouit, collapsus, animoq; male fracto
diu & sine uoce, & propè intermortuus iacuit. Vtq; re
sippiuit,

si piuit, ueste discissa, capite conuerberato, actum de se
 pronuntiauit. Consolantiq; nutriculae, & alijs quoque
 iam principibus similia accidisse memoranti, se uero praeter
 ceteros inaudita, & incognita patire respondit, qui suum
 imperium uiuui amitteret. Nec eò secius quicquam ex con-
 suetudine luxus, atque desidia omisit, uel imminuit.

Quinimo cum prosperi quiddam ex prouincijs nuntia-
 tum esset, super abundantissimam coenam iocularia in de-
 fectionis duces carmina, lasciuieq; modulata, quae uulgò
 innotuerunt, etiam gesticulatus est: ac spectaculis thea-
 tri clam illatus, cuidam scenico placenti nuntium misit,
 abuti eum occupationibus suis.

Malum eius propositum, Consulatum priuato,
 & consulatus assumptio.

CAP. XLIII.

Initio statim tumultus multa, & immania, uerum non
 abhorrentia à sua natura creditur destinasse: successores,
 percussoresq; submittere exercitus, & prouincias
 regentibus quasi conspiratis, idemq; & unum sententi-
 bus, quicquid ubiq; exulum, quicquid in urbe hominum
 Gallicanorum esset, contrucidare: illos, ne descendentibus
 aggregarentur: hos, ut conscios popularium suorum, at-
 que fautores. Gallias exercitibus diripiendas permittere,
 Senatui uniuersum ueneno per conuiuia necare, urbem
 incendere, feris in populū immisis, quò difficilium defen-
 deretur. Sed absteritus, non tam poenitentia, quam perfi-
 ciendi desperatione, credensq; expeditionē necessariam,
 C O S S. ante tempus priuauit honore: atq; in utriusq; lo-
 cum solus iniit consulatum, quasi fatale esse non posse
 Gallias debellari, nisi à C O S S. ac susceptis fascibus. Cum
 post

Respuit. i. ad
 se redijt.

Histriones nō
 solum carmi-
 na ore depro-
 munt, sed gesti-
 culante vultu,
 & motu cor-
 poris accom-
 modato profe-
 quantur: hinc
 ait hic Suetos.
 Gesticulat' est,

post epulas triclinio digrederetur, innixus humeris familiarium, affirmavit, simulac primū provinciā attigisset, inermem se in conspectum exercituum proditurum, nec quicquā aliud, quam fleturum. Reuocatisq; ad penitentiam defecto-ribus, sequenti die letum inter letos cantatum epinicia, quæ iam nunc sibi componi oporteret.

Nec quicquā aliud, pro tantum,

Apparatus expeditionis in Gallos. CAP. XLIII.

IN præparanda expeditione primam curam habuit deligendi uehicula, portandis scenicis organis, concubinasq; quas secum educeret, tondendi ad uirilem modum, & securibus, peltisq; Amazonicis instruendi. Mox tribus urbanas ad sacramentum citauit, ac nullo idoneo respondente, certum dominis seruorum numerum indixit: nec nisi ex tota cuiusq; familia probatissimos, ne dispensatori bus quidem, aut amanuensibus exceptis, recepit. Partem etiam census omnes ordines conferre iussit, & insuper in quilinos priuatarum ædium, atque insularum, pensionem annuam representare fisco. Exegitq; ingenti fastidio, & acerbitate nummum asperum, argentum pustulatum, aurum obryzum, ut pleriq; omnem collationem palam recusarent, consensu flagitantes à delatoribus potius reuocanda præmia quæcunque cepissent.

Ad sacram. militare.

Flagitabāt Romani Nerone reuocare præmia à delatoribus. Nam delatoribus ob delationem criminum præmia erant constituta: ex quibus quidā quadruplatores dicti, qui quartam partem de proscriptorum bonis, quos detulerant, con-quebantur.

Probra in eum scripta.

CAP. XLV.

EX annonæ quoque caritate luctantium accreuit inuidia. Nam & fortè accidit, ut in publica fame Alexandrina nauis nuntiaretur puluerem luctatoribus aulicis aduexisse. Quare omnium in se odio concitato, nihil contumeliarum defuit, quin subiret. Statuæ eius à uertice currus appositus est cum inscriptione Græca, Nunc de-

num

num agona esse, & traheret tandem. Alterius collo & ascopera deligata, simulq; titulus, ego quod potui: sed tu culeum meruisti. A scriptum & columnis, iam gallos eum cantando excitasse. Iam noctibus iurgia cum seruis plerique simulantes, crebro Vindicem poscebant.

Portentis somniorum territus.

CAP. XLVI.

TErrebat ad hæc evidentibus portentis somniorum, & auspiciorum, & omnium tum ueteribus, tum nouis, nunquam antea somniare solitus. Occisa deum matre, uidit per quietem nauem sibi regenti extortum gubernaculū, trahiq; se ab Octauia uxore in arctissimas tenebras. Et modo pennatarum formicarum multitudine oppleri, modò à simulacris gentium ad Pompeij theatrū dedicatarū circui, arceriq; progressu. Asturconem, quo maximè letabatur, posteriore corporis parte in simia speciem transfiguratum, ac tantum capite integro hinnitus edere canoros. De Mausoleo sponte fortibus patefactis exaudita uox est, nomine eum cientis. Calend. Ianuarij exornati Lares in ipso sacrificij apparatu conciderunt. Auspicianti Sporus anulum munci obtulit: cuius gēme sculptura erat Proserpine raptus. Votorum nuncupatione magna iam ordinum frequentia uix replete Capitolij claues. Cum ex oratione eius, qua in Vindicem perorabat, recitaretur in Senatu, daturus poenas sceleratos, ac breui dignum exitum facturos, conclamatum est ab uniuersis: Tu facies Auguste. Obseruatum etiam fuerat nouissimam fabulā cantasse eum publicè Oedipodem exulem, atque in hoc decidisse uersu,

Vide Politia. Miscel. c. 20. Ego quod potui sensus est, feci quod potui in ducendo statuæ tuæ sacculum, qui symbolū est culei, quem meruisti, quia matrem peremisti.

De formicis pennatis lege Herodo. lib. 3. & Plin. lib. 11. c. 30. et 31. Mo. à simul. gen. hoc est, somniauit Nero quod simulacra, & effigies earum generum, quæ dedicatæ ad ornatum theatri Pompeiani uidebantur, seipsum circuiret, prohiberentq; ingredi theatrum.

Id est, mori
me iusserunt
vxoꝝ, mater,
pater.

Θανείμ' ἄνωγ' σύγγαμ' ὄ. μὴ τῆρ, πατῆρ.

Deseritur ab omnibus,

CAP. XLVII.

NVntiata etiam interim cæterorum exercitum defectione, literas prædenti sibi redditas cõcorpfit, mēsam subuertit, duos scyphos gratissimi usus, quos Homericos à celatura carminum Homeri uocabat, solo illisit, ac sumpto à Locusta ueneno, & in auream pyxidem condito, transijt in hortos Seruilianos. Vbi præmissis libertorum fidiſſimis Hostiam, ad classẽ præparandam, tribunos, centurionesq; Prætorij de fugæ societate tentauit. Sed partim tergiuersantibus, partim apertè detractantibus, uno uerò etiam proclamante,

Verg. Aen. 12.
hemistichion.

Vsque adeo ne mori miserum est? uaria agitauit, Parthos ne, an Galbam supplex peteret, an atratus prodiret in publicum, proq; rostris quanta posset maxima miseratione ueniam præteritorum precaretur. Ac ni flexisset animos, uel Aegypti præfecturam concedi sibi oraret. Inuentus est postea in scrinio eius hac de re sermo formatus. Sed deterritū putant, ne prius, quàm in forum perueniret, discerperetur. Sic cogitatione in posterum diem dilata, ad mediam serè noctem excitatus, ut comperit stationem militum recessisse, profiluit è lecto, misitq; circum amicos. Et quia nihil à quoquam renunciabatur, ipse cum paucis hospitia singulorum adiit. Verum clausis omnium foribus, respondente nullo, in cubiculum rediit, unde iam & custodes diffugerant, direptis etiam stragulis, amota & pyxide ueneni. Ac statim * Spiculum mirmillonem, uel quemlibet alium percussorem, cuius manu periret, requisit. Et nemine reperto: ergo,

* AEs, Spectil.
lum,

ego,

ego, inquit, nec amicū habeo, nec inimicum, procurritūq;
quasi precipitaturus se in Tyberim.

Fuga eius ab urbe.

CAP. XLVIII.

Sed reuocato rursus impetu, aliquid secretioris late-
brae ad colligendum animum desiderauit: & offeren-
te Phaonte liberto suburbanum suum inter Salarianam &
Numentanā uiam circa quartū milliariū, ut erat nudo pe-
de, atq; tunicatus, penulam obsoleti coloris superinduit, Obsoleti. i. for-
didi squalidi. adopertoq; capite, & ante faciem obteso sudario, equum
inscendit, quatuor solis comitantibus, inter quos & spo-
rus erat. Statimq; tremore terrae, & fulgure aduerso pa-
uesfactus, audiit ex proximis castris clamorem militū, &
sibi aduersa, & Galbae prospera ominantium: etiam ex
obuijs uiatoribus quēdā dicentē, hi Neronem persequun-
tur: aliū sciscitantē, ecquid in urbe noni de Nerone. Equo
autem odore abiecti in uia cadaueris cōsternato, detecta
facie agnitus est à quodā Missitio praetoriano, & saluta-
tus. Ut ad diuerticulum uentū est, dimissis equis inter fru-
ticeta, ac uepres per arundineti semitā agrē, nec nisi strata
sub pedibus ueste, ad aduersum uillae parietem euasit. Nero decoct.
Plin. lib. 31. c.
Ibi hortate eodem Phaonte, ut interim in specum egeste
arenae* concederet, negauit se uiuum sub terram iturum: 3. Neronis in-
uentum fuisse
ait aquam de-
coquere, vi-
troq; demis-
tam in niues,
refrigerare: ita
voluptas frigo-
ris contingit,
sine uittis ni-
uis.
ac parumper cōmoratus, dum clandestinus ad uillam in-
troitus pararetur, aquā ex subiecta lacuna potaturus ma-
nu hausit. Et haec est, inquit: Neronis decocta. Deinde di-
uulsa sentibus penula, traiectos surculos rasit: atque ita
quadrupes per angustias effose cauae receptus, in pro-
ximam cellam decubuit super lectum* modice illa culcitra,
ueteri pallio strato instructū. Fameq; & iterum siti in-
* Als: conder-
retur.
* Al. modica,

terpellante, panem quidem sordidum oblatum aspernatus est, aqua autem tepida aliquantulum bibit.

Mors eius, & gesta in ea. CAP. XLIX.

TVnc unoquoq; hunc inde instante, ut quam primum se impendentibus cōtumelijs eriperet, scrobem coram fieri imperavit, dimensus ad corporis sui modulum, componiq; simul, si qua inuenirentur frusta marmoris, & aquam, simul ac ligna conferri curando mox cadaueri, flens ad singula, atque identidem dictitans: Qualis arti-

Qual. arti. per. ex imperatore em maximo, effectus erat sui funcri cura, tor miserabilis.

sex pereo. Inter moras perlatos à cursore Phaontis codicillos præripuit, legitq; se hostem à Senatu iudicatum, & queri, ut puniatur more maiorum. Interrogauitq; quale esset id genus pœnæ. Et cū comperisset nudi hominis ceruicem inferi furcæ, corpus uirgis ad necem cædi, conterritus duos pugiones, quos secum contulerat, arripuit, tentataq; utriusq; acie, rursus condidit, causatus nōdum adesse fatalem horam. Ac modò sporum hortabatur, ut lamentari, ac plangere inciperet, modò orabat, ut se aliquis ad mortem capeffendam exemplo iuuaret: interdum segnitiam suā his uerbis increpabat: Viuo deformiter, ac turpiter, ὁ πρῆτες Νερωί, ὁ πρῆτες, νύφευ δ' εἰ ἐν τῆς

Id est, non decet Nerone, non decet, vigilare oportet in his, age ex-cita te ipsum.

Id est, equorū velocium vnde dicit strepitus aures ferit,

Γιού τοις, ἄγε ἔγχετε σάου τοῦ. lamq; equites appropinquant, quibus præceptum erat, ut uiuum eum attraherent. Quod ut sensit, trepidanter effatus: ἰππῶν ὠκυτόων ἀμφὶ κλισίῃ & ἄετρε Βάλλει.

Ferrum iugulo adegit iuuāte Epaphrodito à libellis. Semianimisq; adhuc irrumpenti Centurioni, & penula ad uulnus apposita, in auxilium se uenisse simulanti, non aliud respōdit, quā, Serò: & Hæc est fides. Atque in ea

uoce

voce defecit, extantibus, rigētibusq; oculis usq; ad horrorem, formidinemq; uisentium. Nihil prius, ac magis à comitibus exegerat, quàm ne potestas cuiquam capitis sui fieret, sed ut quoquo modo totus cremaretur. * Promisit * als, permis hoc Seius Galbæ libertus non multò ante uinculis exolutus, in quæ primo tumultu coniectus fuerat.

Funus eius.

CAP.

L.

Fuerat est impensa ducentorū millium, stragulis albis auro intextis, quibus usus Cal. Ianuarij fuerat. Reliquas Aegloge, & Alexandria nutrices cum Acte concubina gentili Domitiorum monumēto condiderūt, quod prospicitur è campo Martio impositū * colle hortorum.

In eo monumento solitum Porphyretici marmoris superstanti Lunensi ara circumseptum est lapide Thasio.

In eo mon. sol. loculus in sepulchro, i quo conditur cada

Statura & cultus corporis eius.

CAP.

L. I.

Statura fuit penè iusta, corpore maculoso, & * scædo, sufflato capillo, uultu pulchro magis quàm uenusto, oculis cæsijs, & hebetioribus, ceruice obesa, uentre proiecto, gracillimis cruribus, ualetudine prospera. Nam qui luxuriæ immoderatissimæ esset, ter omnino per annos languit: atq; ita, ut neq; uino, neque consuetudine reliqua abstineret. Circa cultū, habitumq; ad eò pudendus, ut comam semper in gradus formatam, peregrinatione Achaica etiam ponè uerticem summiserit: ac plerunq; synthesium indutus, ligato circum collum sudario prodierit in publicum sine cinctu, & discalciatus.

LI. uer, dicitur solitum.

* als, collo, id est eminentio, te loco.

Lunēsi ar. i. ex marmore Lunensi constru-
ta.

* als, foetido.

Cæsar à uertice capillum reuocabat, Nero post uerticē summittebat, deprimebat.

Studium eius artium liberalium.

CAP.

L. II.

Liberales disciplinas omnes ferè puer attigit. Sed à philosophia cum mater auertit, monens impera-

turo contrariam esse : à cognitione ueterum oratorum Seneca præceptor, quò diutius in admiratione sui detine-
ret. Itaque ad poëticen pronus carmina libenter, ac sine labore composuit: nec (ut quidam putant) aliena pro suis edidit. Venere in manus meas pugillares, libelliq; cum quibusdam notissimis uersibus ipsius chirographo scriptis, ut facile appareret non translatos, aut dictante aliquo exceptos, sed planè quasi à cogitante, atque gen-
rante exaratos, ita multa & deleta, & inducta, & super scripta inerant.

Chirographo,
t. manu ppria.

Studiū eius pingendi, ac fingendi. CAP. LIII.

HAbuit & pingendi, fingendiq; maximè non medio cre studium. Maxima autem popularitate efferebatur, omnium æmulus, qui quoquo modo animum uulgi mouerent. Exijt post scenicas coronas opinio, proximo lustro descēs surum eum ad* Olympia inter athletas. Nam luctabatur assidue: nec aliter certamina gymnica Græcia tota spectauerat, quàm Brabeutarū more in stadio hu-
mi assidens, ac si qua paria lōgius recessissent, in medium manibus suis protrahens. Destinauerat etiam, qui Apollinem cantu, solem aurigando æquiparare æstimaretur, imitari & Hercules facta. Præparatumq; leonem aiunt, quem uel claua, uel brachiorum nexibus in amphiteatri arena spectante populo nudus elideret.

*17s, Olym-
piam.

Verg. Turu. i.
quē Vergilius
carmine suo
cōplexus est.
Aut, ut alij vo-
lunt, Vergilia,
num poëma,
quò Aenex &
Turni congressus
describitur.

Votum eius si uinceret. CAP. LIIII.

Sub exitu quidem uitæ palàm uouerat, si sibi incolu-
mis status permansisset, proditurum se parta uictoria ludis, etiam hydraulam, & choraulam, & utriculatum, ac nouissimo die histrionem saltaturum Vergilij

Turnum:

Turnum: & sunt, qui tradant Paridem histrionem occisum ab eo, quasi grauem aduersarium.

Famae, & aeternitatis cupidus. CAP. LV.

ERat illi aeternitatis, perpetuaeque fame cupidus, sed inconsulta. Ideoque multis rebus, ac locis uetere appellatione detracta, nouam induxit ex suo nomine. Mensem quoque Aprilem Neroneum appellauit. Destinauerat & Romam Neropolim nuncupare.

Apr. Nero. ap. quonia, vr ait Tacitus, eo me se retecta fuis, set confuratio, Pisoniana.

Religionum contemptor. CAP. LVI.

Religionum usquequaque contemptor praeter unius deae Syriae. Hanc mox ita spreuit, ut urina cotaminaret, alia superstitione captus, in qua sola pertinacissime haesit. Si quidem icunculam puellarem, cum quasi remedii insidiarum a plebeio quodam, & ignoto muneri accepisset, detecta confestim coniuratione pro summo numine, trinisque in die sacrificijs colere perseuerauit, uolebatque credi monitione eius futura praenoscere. Ante paucos quae periret menses, attedit & extispicio, nec unquam litauit.

De dea Syria uide Beroal. in annot.

Trinis, propter nis,

Aetas, & post obitum eius gesta. CAP. LVII.

Obit xxx. & secundo aetatis anno, die quo quodam Octauiam interemerat. Tantumque gaudium publice praebuit, ut plebs pileata tota urbe discurreret. Et tam men non defuerunt, qui per longum tempus uernis aestiuisque floribus tumulum eius ornarent, ac modo imagines praetextatas in rostris proferrent, modo edicta quasi uiuentis, & breui magno inimicorum malo reuersuri. Quin etiam Vologesus Parthorum rex, missis ad Senatum legatis de instauranda societate, hoc etiam magnopere orauit, ut Neronis memoria coleretur. Denique cum post

Pileum libertatis patere signum est: unde & manumissi pileum induebant.

x x. annos adolescente me extitisset conditi onis incertæ,
qui se Nerone esse iactaret, tã fauorabile nomẽ eius apud
Parthos fuit, ut uehementer adiutus, & uix redditus sit.

C. SVETONII

TRANQVILLI

Sergius Galba.

De progenie Cæsarum, quæ in Nerone defecit,
& prodigijs hoc præcedentibus.

Tradit & hæc
historiam Pli.
lib. 25. cap. 30.

Veientanũ.
willam in agro
Veicntano.



ROGENIES Cæsarum in Nerone de
fecit: quod futurum compluribus quidem
signis, sed euidentissimis duobus apparuit.
Liuiæ olim post Augusti statim nuptias Ve-
ientanum suum reuifenti, præteruolans aquila gallinam
albam ramum lauri rostro tenentem, ita ut rapuerat, de-
misit in gremium: cumq; nutriri alitem, pangiq; ranulũ
placuiisset, tanta pullorum soboles prouenit, ut hodie
quoque ea uilla ad Gallinas uocetur: tale uerò lauretum,
ut triumphaturi Cæsares inde laureas decerperent: fuitq;
mos triumphantibus, alias confestim eodem loco pange-
re: & obseruatum est sub cuiusque obitum, arborem ab
ipso institutam, elanguisse. Ergo nouissimo Neronis an-
no, & sylua omnis exaruit radicitus, & quicquid ibi gal-
linarum erat, interiit: ac súbinde tacta de cælo Cæsarum
æde, capita omnibus statuis simul deciderunt: Augustiq;
sceptrum è manibus excussum est.

Profapia

Profapia, & uetus origo Galbæ. CAP. II.

Neroni Galba successit, nullo gradu cōtingens Cæsarium domum: sed haud dubiè nobilissimus, magnaq; & uetere profapia, ut qui statuarum titulis nepotem se Q. Catuli Capitolini semper ascripserit: Imperator uerò etiam stemma in atrio proposuerit, quo paternam originem ad Iouem, maternam ad Pasiphaën Minois uxorem referret.

Progenies, & cognomina Galbæ, & unde dicitur Galba. CAP. III.

Images, & elogia uniuersi generis exequi longum est, familie breuiter attingā. Qui primus Sulpitorū cognomē Galbæ tulit, cur, aut unde traxerit, ambigitur. Quidā putāt quòd oppidū Hispaniæ frustra diu oppugnatum, illitis demum galbano facibus succenderit: alij quòd in diurna ualetudine galbeo, id est, remedijs lana inuolutis assiduè uteretur, nonnulli quòd præpinguis fuerit uisus, quem Galbam Galli uocant: uel contrā, quòd tam exilis, quàm sunt animalia, quæ in æsculis nascuntur, appellanturq; Galbæ. Familiam illustrauit Sergius Galba consularis, temporum suorum eloquētissimus, quem tradunt Hispaniam ex prætura obtinentem, xxx. Lusitanorū millibus perfidia trucidatis, Viriati belli causam exitisse. Eius nepos ob repulsam consulatus infensus Iulio Cæsari, cuius legatus in Gallia fuerat, conspirauit cū Cassio, & Bruto, propter quod Pedia lege damnatus est. Ab hoc sunt imperatoris Galbæ auus, & pater. Auus clarior studijs, quàm dignitate. Non enim egressus præturæ gradum, multiplicem, nec incuriosam historiam

In atrijs apud maiores erant stemmata, & imagines ceteræ, quæ singulis armarijs disponebantur, comitabantq; funera gentilitia.

De Sergio Galbavide Cicerone, de Claudio Orato.

riam edidit. Pater cōsulatu functus, quāquam breui corpore, atq; etiā gibber, modicæq; in dicēdo facultatis, causas industriæ actitauit. Vxores habuit Mumiam Achaiam neptem Catuli, proneptemq; L. Mummij, qui Corinthū excidit. Item Liuiam Ocellinam ditē admodū, & pulchram. A qua tamē nobilitatis causa appetitus ultro exstimatur, & aliquanto enixius, postquam subinde instāti uitū corporis secretò posita ueste detexit, ne quasi ignaram fallere uideretur. Ex Achaiā liberos, Caium & Sergium procreauit. Quorum maior Caius attritis facultatibus urbe cēsit, prohibitusq; à Tyberio sortiri anno suo proconsulatum, uoluntaria morte obiit.

Consulibus mos erat forti
ri proconsula-
res puincias,
hinc saepe lege
re est apud hi-
stóricos, cōsu-
libus forte ob-
uenisse prouin-
cias.

Ortus Galbæ, & præfagia principatus eius.

CAP.

III.

Sergius Galba imperator, M. Valerio Messala, Cn. Lentulo cōs s. natus est i x. Cal. Ianuarij, in uilla colli supposita, prope Terracinam sinistrorsum Fundos petētibus. Adoptatus à nouerca sua, Liuij nomē, & Ocellare cognomen assumpsit, mutato prænomine. Nam Liuium mox pro Sergio usque ad tempus imperij usurpauit. Constat Augustum puero adhuc salutanti se inter æquales, apprehensa buccula dixisse, ἤγε σὺ τῆς τοῦ τῆς ἀρχῆς ἡμῶν παραρτίστου. Sed & Tyberius, cū cōperisset eum imperaturum, uerū in senectā: uiuat sane, ait, quando id ad nos nihil pertinet. Auo quoque eius fulgur procuranti, cum exta de manibus aquila rapuisset, & in frugiferam quer cum contulisset, summum, sed serum imperium portendi familiæ, responsum est. Et ille irridens: sanē, inquit, cū mula pepererit. Nihil æquē postea Galbam

Id est, & tu si
li imperio no-
stro adnascere.
Fulminū que-
dā sunt aduer-
sa: que olim
pcurabātur, &
expiabantur
sue propitia
bātur ad auer-
tēda mala que
minabantur.

bantentantem res nouas confirmauit, quam mule par- De mularum
 tus, ceterisq; ut obscœnū ostentum, abhorrentibus, solus sterilitate lege
 pro letissimo accepit, memor sacrificij, dictiq; aui. Sum- Aristo. li. 2. de
 pta uirili toga, somniauit fortunam dicentē, stare se an- gen. animal. &
 te fores deffessam, & nisi ocyus reciperetur, cuiusq; ob- Pli. li. 8. c. 44.
 uio p. d. e. futuram. Utq; euigilauit, aperto atrio, simula-
 crum æneum deæ cubitali maius iuxta limen inuenit, idq;
 gremio suo Tusculum, ubi æstiuare consueuerat, auexit,
 & in parte ædium consecratum: menstruis deinceps sup-
 plicationibus, & peruigilio anniuersario coluit. Quan-
 quam etate nōdum cōstanti, ueterē ciuitatis, exoletumq;
 morem, ac tantum in domo sua hærentem obstinatissimē
 retinuit, ut liberti, seruiq; bis die frequentes adessent, ac
 manē saluere, uesperī ualere sibi singuli dicerent.

Studium in liberalibus disciplinis, & Iure, & de
 vxoribus, ac filijs.

C A P.

V.

Inter liberales disciplinais attendit Iuri: dedit & ma-
 trimonio operam. Verum amissa uxore Lepida, duo-
 busq; ex ea filijs, remansit in cœlibatu, neq; sollicitari ulla
 conditione amplius potuit, ne Agrippinæ quidem uidua-
 tæ morte Domitij, quæ maritū quoq; adhuc necdum cœ-
 libem Galbam, adeo omnibus sollicitauerat modis, ut in
 conuentu matronarum correpta iurgio, atque etiam ma-
 nu pulsata sit à matre Lepidæ. Obseruauit ante omnes Li-
 uiam Augustam: cuius & uiuæ gratia plurimū ualuit, &
 mortuæ testamento penè ditatus est. n s. nanq; quingen-
 ties cum præcipuum inter legatarios habuisset, quia uerò
 notata, non perscripta erat summa, hærede Tyberio lega-
 tum ad quinquaginta reuocante, ne hæc quidem accepit

Sūmā perscri-
 bere, est eā ip-
 sis literis, inter
 graq; dictione
 explicare: No-
 tate uerò est
 per notas eum
 scribere, ut cū
 pro quinquag-
 ginta ponitur
 L. pro quingē-
 tis D. Tyber-
 rius igitur le-
 gatū a quingē-
 tis reuocauit
 ad quinquagin-
 ta, loco D. sup-
 ponendo L.
 quod sine ma-
 gna immuta-
 tione facile sit.

Honores



Honores per eū gesti, & disciplina in re militari.

CAP.

VI.

Prætores pri-
uata impensa
Iudos exhibe-
re solebant.
De ludis Flo-
ralib⁹ lege La-
ciant. Firmi-
diui. instit. lib.
I. c. 20.

Consules alij
ordinarij, alij
suffecti.

Lud. substi. i.
vt loco ipsius.
C. ludis præ-
esset.

Dat. tesse. i. si-
gno ex more
militari dato.
Getulic⁹ mol-
lis, indulgēs q̄
fuerat.

Approbat se-
illi talem, pro
præstat.

Honoribus ante legitimū tempus initis, Prætor cō-
missione ludorum Floralium, nouum spectaculi ge-
nus, elephantos funābulos edidit: exinde prouinciæ Aquī-
taniæ anno ferè præfuit: mox cōsulatū per sex menses or-
dinarium gessit. Euenitq̄, ut in eo ipse L. Domitio patri
Neronis, ipsi Syluius Otho pater Othonis succederet,
uelut præfagiū insequentis casus, quo medius inter utri-
usq̄ filios extitit imperator. A^o Caio Cesare ludis substi-
tutus, postridie quā ad legiones uenit, solenni fortè spe-
ctaculo plaudentes inhibuit, data tessera, ut manus penu-
lis continerent, statim per castra iactatum est:

Disce miles militare, Galba est, non Getulicus.

Pari seueritate interdixit commeatus peti. Veteranū, ac
tyronem militem opere assiduo corroborauit, matureq̄
barbaris, qui iam in Galliam usque proruperant, coercia-
tis, præsentī quoq̄ Caio talem ex se, ex exercitū appro-
bauit, ut inter innumeras, contractasq̄ ex omnibus pro-
uincijs copias, neq̄ testimonium, neque præmia ampliora
ulli perciperent. Ipse maximè insignis, quod campestem
decursionem scuto moderatus, etiam ad essedum impera-
toris per xx. passuum millia cucurrit.

Iustitia, & æquitas eiusdem. CAP. VII.

Cæde Caij nunciata, multis ad occasionem stimula-
tibus, quietem prætulit. Per hoc gratissimus Clau-
dio, receptusq̄ in cohortem amicorum tantæ dignatio-
nis est habitus, ut cū subita ei ualetudo, nec adeo grauis
incidisset, dilatus sit expeditionis Britannicæ dies. Afri-
can

cam* pro Consule biennio obtinuit, extra sortem electus
ad ordinandam prouinciam, & in testina dissensione, &
Barbarorum tumultu inquietam: ordinauitq; magna se=
ueritatis, ac iustitiæ cura, etiam in paruulis rebus. Militi,
qui per expeditionem annonæ arctissima residuum ciba=
riorum tritici modium, centum denarijs uendidisse argue=
batur, uetuit, simulatq; indigere cibo cœpisset, à quoquã
opem ferri: & is fame extabuit. At in iure dicendo cum
de proprietate iumentis quæreretur, leuib; utrinq; argu=
mētis, & testibus, ideoq; difficili cōiectura ueritatis, ita
decreuit, ut ad lacum, ubi aduari solebat, duceretur
capite inuoluto, atque ibidem reuelato, eius esset, ad quẽ
sponte se à potu recepisset.

Honores ei collati, & signa futuri imperij eius.

CAP.

VIII.

OB res & tunc in Africa, & olim in Germania ge=
stas ornamenta triūphalia accepit, & sacerdotiũ
triplex, inter x v. uiros, sodalesq; Titios, item Augusta
les cooptatus, atq; ex eo tēpore propè ad Neronis mediũ:
principatum in secessu plurimũ uixit, ne ad gestandum
quidem unquam iter ingressus, quã ut secum uehiculo
proximo decies n. s. in auro efferret, donec in oppido
Fundis moranti Hispania Taraconensis oblata est. Acci=
ditq; ut cum prouinciã ingressus sacrificaret intra eadem
publicã, puero è ministris acerrã tenenti, capillus repen=
tẽ toto capite canesceret. Nec defuerunt qui interpretæ=
rentur, significari rerum mutationem, successurumq; iu=
ueni senẽ, hoc est, ipsum Neroni. Nec multò post in Can=
tabriæ lacum fulmen decidit, repertaq; sunt duodecim
secures

I 5. uiri præer=
rãt libris sibyl
linis: sodales tĩ
tij, sacerdotes
erant sic dictũ
à titijs auibus,
quas in augur
rijs obseruas
rũt dicti, aut
alij uolũt à Tĩ
to Tatio, à quo
Titũsis tribus.
& Titia curia:
hos innuere uĩ
detur Var. lib.
I. de ling. Lat.
Apollinis sar
cerdotes fuisse.
De sodalibus
Augu. dictũ
est in Augu.
Plurimum uĩ
xit, pro plerun
que.

ΕΠΙ ΤΟ ΠΛΕΪΣ
ΣΤΟΥ.

Quã ut, pro
aliter quã uĩt,

secures, haud ambiguum summi imperij signum.

Varietas eius in prouincia.

CAP.

IX.

PER octo annos uariè, & inæquabiliter prouinciam rexit. Primò acer, & uehemens, & in coërcendis quidem delictis uel immodicus. Nam & nummulario non ex fide uersanti pecunias, manus amputauit, mensæq; eius affixit. Et tutorè, quòd pupillū, cui substitutus hæres erat, ueneno necasset, cruce affecit. Implorantiq; leges, & ciuem Romanum se testificanti, quasi solatio, & honore aliquo pœnam leuaturus, mutari, multoq; præter ceteras altiore, & dealbatū statui cruce iussit. Paulatim in desidiã, segnitieq; conuersus est, ne quid materiæ præberet Neroni, & ut dicere solebat, quòd nemo rationè otij sui reddere cogeretur. Carthagine noua conuentū agens, tumultuari Gallias comperit. Legato Aquitaniæ auxilia implorante, superuenerunt Vindicis literæ, hortantis, ut humano generi assertorè, ducemq; se accommodaret. Nec diu cunctatus cõditionem partim metu, partim spe recepit. Nam & mandata Neronis de nece sua ad procuratores clammissa deprehēderat, & cõfirmabatur cùm secundissimis auspitijs, & omnibus, tum uirginis honestæ uaticinatione, tanto magis, quòd eadem illa carmina sacerdos Iouis Cluniæ ex penetrali somnio monitus eruerat, ante ducentos annos similiter à fatidica puella pronuntiatã. Quorum carminum sententia erat, Oriturum quondam ex Hispania principem, dominumq; rerum.

Initiū principatus, & alia eius gesta.

CAP. X.

IGitur cū quasi manumissioni uacaturus conscendisset tribunal, propositis ante se damnatorum, occisorumq; à Nerone

Cic. in vlt.
Verr. ait: Factus
est ciuem
Romanum uin
citi, scelus uer
berari, parrici
dium necari,
quid dicam in
cruce tolli?

à Nerone quā plurimis imaginibus, & astanti nobilissimē
 ro, quē exulantē ex proxima Balcari insula, ob id ipsum Hec copiosius tradunt à Plu. in vita Galbæ.
 acciuerat, deplorauit temporum statum, consalutatusq; imperator, legatum se Senatus, ac populi Rom. professus
 est. Deinde iustitio indicto, è plebe quidem prouinciæ le-
 giones, & auxilia conscripsit super exercitum ueterem
 legionis unius, duarumq; alarum, & cohortium trium.
 At è primoribus prudētia, atq; etate præstantibus, uelut
 instar Senatus, ad quos de maiore re, quoties opus esset,
 referretur, instituit. Delegit & equestris ordinis iuuenes,
 qui manente anulorum aureorum usu, euocati appellaren-
 tur, excubiasq; circa cubiculum suum uice militum age-
 rent. Etiam per prouincias edicta dimisit, auctor singulis,
 uniuersisq; conspirandi, simul & ut qua posset quisque
 opera, communem causam iuuarent. Per idem serē tem-
 pus in munitione oppidi, quod sedem bello delegerat, re-
 pertus est anulus opere antiquo, sculptura gemmæ Victo-
 riam cum trophæo exprimente. Ac subinde Alexandrina
 nauis* detorta appulit armis onusta, sine gubernatore, *als, decursis.
 sine nauta, ac uectore ullo, ut nemini dubium esset iustū,
 piūq; & fauentibus dijs bellum suscipi. Cū repente
 ex inopinato propè cūcta turbata sunt, alarum altera ca-
 stris appropinquantem, poenitentia mutati sacramenti de Appropinq. s. Galbam.
 situere conata est, ægreq; retēta in officio: & serui, quos
 à liberto Neronis ad fraudem præparatos muneri acce-
 perat, per angiportum in balnea transeuntem penē inter-
 emerunt, nisi cohortantibus inuicem, ne occasionem omit-
 terent, interrogatisq; de qua occasione loquerentur, ex-
 pressa cruciatu confessio esset.

Consternatio eius propter mortem Vindicis.

CAP. XI.

Vindicis, & Virginij exercitus conflixerunt, quo in conflictu se Vindex interemit.

Accesit ad tanta discrimina mors Vindicis, quam maxime consternatus, destitutusque similis, non multum abfuit, quin vitæ renunciaret. Sed superuenientibus ab urbe nuncijs, ut occisum Neronem, cunctosque in verba sua iurasse cognouit, deposita legati, suscepit Caesaris appellationem. Iterque ingressus est paludatus, ac dependente à

Paludamentum insigne belli erat, & eorumque in armis verfabantur, toga verò pacis,

cervicibus pugione ante pectus, nec prius usum togæ recuperavit, quam oppressis, qui nouas res moliebantur, præfecto Prætorij Nymphidio Sabino Romæ, in Germania Fonteio Capitone, in Africa Clodio Macro legatis.

Sæuitia et auaritia eius. CAP. XII.

Precesserat de eo fama sæuitiæ, simul atque auaritiæ, quod ciuitates Hispaniarum, Galliarumque, quæ cunctantius sibi accesserant, grauioribus tributis, quasdam etiã murorum destructione punisset, et præpositos, procuratoresque supplicio capitis affecisset cum coniugibus, ac liberis, quodque oblatam à Tarraconensibus è uetere templo Iouis coronam auream librarum xv. conlasset, ac tres uncias, quæ ponderi deerant, iussisset exigi. Ea fama et confirmata, et aucta est, ut primum urbem introijt. Nam cum clasiarios, quos Nero ex remigibus iustos milites fecerat, redire ad pristinum statum cogeret, recusantes, atque insuper aquilam, et signa pertinacius flagitantes, non modo immisso equite disiecit, sed decimauit etiam. Item Germanorum cohortem à Caesaribus olim ad custodiã corporis institutam, multisque experimentis fidelissimam dissoluit, ac sine ullo commodo remisit in patriam, quasi Cn. Dolabelle, iuxta

Vide Plut. in vita Galbæ.

Commodo. i. præmio, mune re.

le, iuxta cuius hortos tendebat, prouiore. Illa quoque uere ne an falsò per ludibrium iactabantur, apposita lautiore cœna ingemuisse eum. Et ordinario quidem dispensatori breuiarium rationū offerenti, paropsidem leguminis pro sedulitate, ac diligentia porrexisset. Cano autem choraulæ, mirè placenti, denarios quinque donasse, prolatos manu sua è peculiaribus oculis suis.

Breuiar. ratio. hoc est summa rium acceptæ, expensæq; pecuniz.

Aduentus eius ad urbem. CAP. XIII.

Quare aduentus eius non perinde gratus fuit, idq; proximo spectaculo apparuit: siquidè Atellanis notissimum canticum exorsis, * Venit id simus à uilla: cuncti simul spectatores cõsentiente uoce reliquam partem retulerunt, ac sepius uersu repetito egerunt.

* At. Venitio. Reliq. par. can tici atellanici.

Gesta p̄ eū in initio principatus eius. CA. XIII.

Maiore ad eò & fauore, & autoritate adeptus est, quam gessit imperiū: quāquam multa documenta egregij principis daret, sed nequaquā tam grata erāt, quam inuisa, quæ secus fierēt. Regebatur trium arbitrio, quos unā & intra palatium habitātes, nec unquā non adherentes, pedagogos uulgò uocabant. Hi erant T. Iunius legatus eius in Hispania cupiditatis immensæ: Cornelius Laco ex assessore præfectus prætorij, arrogantia, socordiaq; intolerabilis: libertus* Icellus paulò antè anulis aureis, & Martiani cognomine ornatus, ac iam summe equestris gradus candidatus. His diuerso uitiorū genere grassātibus ad eò se abutēdum permisit, & tradidit, ut uix sibi ipsi constaret: modò acerbior, parcioreq; modò remissior, ac negligētior, quàm cõueniret principi electo, atq; illius ætatis. Quosdam claros ex utroq; ordine uiros

* Ats, Icellus. Sum equest. cād. id est, accedens ad summā cēsus equestris.

Inauditos, p
indicta causa.

Iudicū decur
riæ. 4. fuerūt
primò, Caius
quintā adiecit,
precati sunt iu
dices Galbam
vt sextā adij
ceret, quò mi
nore tædio, la
boreq; in iudi
cando afficerē
tur, quod ne
gavit, vacatio
nēq; genialiū
dierū hyemis,
et cal. Ianua
rij fustulit.
Officia sena
to, et equestria
sunt quæ per
senatores, aut
equites obibā
tur.

suspitione minima, inauditos condēnauit. Ciuitatem Ro
manā rarò dedit. Iura trium liberorū uix uni atq; alteri,
ac ne his quidem nisi ad certū, præfinitumq; tēpus. Iudi
cibus sextam decuriam adijci precantibus nō modò nega
uit, sed etiam cōcessum à Claudio beneficium, ne hyeme,
initioq; anni ad iudicandum euocarentur, eripuit.

Gesta, & liberalitas eius.

CAP. XV.

EXistimabatur etiam senatoria, & equestria officia
biennij spatio determinaturus, nec daturus nisi inui
tis, ac recusantibus. Liberalitates Neronis nō plus deci
mis cōcessis, per quinquaginta equites Ro. ea cōditione
reuocādas curauit, exigendasq;, ut & si quid scenici, aut
xyistici donatū olim uēdidissent, auferretur emptoribus,
quādo illi absumpto pretio soluere nequirent. At cōtrā,
nihil nō per comites, atq; liberos pretio addici, aut dona
ri gratia passus est, uectigalia, immunitates, pœnas inno
centū, impunitatē noxiorū. Quinetiā populo Ro. depof
cēte suppliciiū Haloti, & Tigillini, solos ex omnibus Ne
ronis emissarijs uel malificētissimos, incolumes præstitit:
atq; insuper Halotum procuratione ampliſſima ornauit.
Pro Tigillino etiam seuitiæ populū edicto increpuit.

Inuidia, & rebellio exercitus Germaniæ in eum.

CAP.

XVI.

PER hæc propè uniuersis ordinibus offensus, uel præ
cipua flagrauit inuidia apud milites. Nam cū in uer
ba eius absentis iurātibus, donatiuū grandius solito præ
positi pronūtiassent, neq; rem ratam habuit, & subinde
iactauit, se legere militem; non emere consueſſe. Atque
eo quidem nomine omnes, qui ubique erant, exacerba
uit.

uit. Ceterum pratorianos etiã metu, & indignitate comouit, remouens subinde plerosq; ut suspectos, & Nymphidij socios. Sed maxime fremebat superioris Germaniæ exercitus fraudari se premijs nauate aduersus Gallos, & Vindicem operæ. Ergo primi obsequium* rumpere ausi, Calē. Ianuarij adigi sacramēto, nisi in nomē Senatus recusarunt, statimq; legationē ad pratorianos cū mandatis destinauerunt, displicere imperatorē in Hispania factū, eligerent ipsi, quem cuncti exercitus comprobarent.

*Rupere, ac se Calē. Ianuarij addici sacra, mēto, nisi in.

Adoptatio Pisonis per eū facta. C A P. X V I I.

Quod ut nūtiatū est, despectui esse non tam senectū suā, quā orbitatē ratus, pisonē Frugi Licinianū, nobilem, egregiumq; iuuenem, ac sibi olim probatissimum, testamentoq; semper in bona, & nomen adscitum, repente ē media salutantium turba apprehēdit: filiumq; appellās, perduxit in castra, ac pro cōcione adoptauit, ne tūc quidem donatiui ulla mentione facta: quo faciliorem occasionem M. Syluio Othoni præbuit perficiendi conata, intra sextum adoptionis diem.

Præfagia infelicem eius exitum præcedentia.

C A P. X V I I I.

Magna, & assidua mōstra iam inde à principio exitum ei, qualis euenit, portenderāt. Cū per omne iter dextra, sinistraq; oppidatim uictimæ cederētur, taurus securis ictu consternatus, rupto uinculo, esedum eius inuasit, elatisq; pedibus totum cruore perfudit, ac descendentem spiculator impulsu turbæ lancea propē uulnerauit. Urbem quoque, & deinde palatium ingressum, excipit terræ tremor, & assimilis quidam mugitui sonus.

Ante quā m terra moueaf, vt ait Seneca lib. nat. quæstio. 6. solet mugitus audiri, ventis in abdito tumultuantibus.

Huius simula
cri fortunę me
minit supra
c. 4.

Secuta sunt aliquantò maiora, & tristiora. Monile mara
garitis gemmisq; confertū ad ornandum fortunam suam
Thusculanam, ex omni gaza secreuerat. Id repente quasi
augustiore dignius loco capitolina Veneri dedicauit: ac
proxima nocte somniauit speciē fortunę querentis frau
datam se dono destinato, minantisq; erepturam & ipsam
quę dedisset. Cumq; exterritus luce prima ad expiandum
somniaū, premisis qui rem diuinā appararent, Thusculū
excucurisset, nihil inuenit præter tepidā in ara fauillā,
atratumq; iuxta senem in catino uitreo tus tenentem, &
in calice fictili merū. Obseruatū etiam est Cal. Ianuarijs,
sacrificanti coronam de capite excidisse: auspiciū pullos
euolasse: adoptionis die, neq; milites allocuturo castren
sem sellam de more positā pro tribunali oblitis ministris,
& in Senatu curulem peruersę collocatam.

Cædes eius atque mors. CAP. XIX.

PRius uerò, quàm occideretur, sacrificantem manē
paruspex identidem monuit, cauere periculum, non
longè percussores abesse. Haud multò post cognoscit te
neri castra ab Othone, ac plerisq; ut eodē quāprimum
pergeret suadētibus, posse enim autoritate, & præsentia
preualere, nihil amplius quàm continere se statuit, & le
gionariorum firmare præsidijs, qui multifariā, diuersęq;
tendebāt. Loricam tamē induit linteam, quanquān haud
dissimulans parum aduersus tot mucrones profuturā. Sed
extractus rumoribus falsis, quos conspirati, ut eum in pu
blicum elicerent, de industria dissiparant, paucis temere
affirmātibus, trāsactum negotium, oppressos qui tumul
tuarentur, aduenire frequentes ceteros gratulabundos,
& in

Thoracib⁹ sin
tejs vfos ali
quādo veteres
in prælijs tra
dunt Homer.
& Pli. lib. 19.
c. 1. q. inibi tra
dit regē Aegy
pti Amasim
thoracē lincū
habuisse, cu
ius singula sila
36 5. silis con
stabant.

et in omne obsequium paratos: his ut occurreret, prodijt tāta fiducia, ut militi cuidam occisum à se Othonem gloriant, quo autore responderit, atq; in forum usq; processit. Ibi equites, quibus mandata cedes erat, cum per publicum dimota paganorum turba equos adegissent, uiso procul eo, parumper restiterunt: deinde rursus incitati, desertum à suis contrucidarunt.

Gesta per eum in morte, & de eius funere atq; cadauere.

CAP.

XX.

Sunt qui tradant ad primū tumultū proclamasse eum, quid agitis cōmilitones? Ego uester sum, et uos mei: donatiuū etiam pollicitū. Plures autem prodiderunt, obtulisse ultro iugulum, et ut hoc agerent, ac ferirēt, quando ita uideretur, hortatum. Illud mirum admodū fuerit, neq; presentium quenquā opem imperatori ferre conatum, et omnes, qui accerserētur, spreuisse nūciū, excepta Germanicorum uexillatione. Hi ob recens meritū, quod se egros et inualidos magnopere fouisset, in auxilium aduolauere: sed serius itinere deuiō per ignorantia locorū retardati. Iugulatus est ad lacum Curtij, ac relictus, ita uti erat, donec gregarius miles à frumentatione rediens abiectō ore caput ei amputauit. Et quoniā capillo præcaluitio arripere nō poterat, in gremiū abdidit. Mox inserto per os pollice, ad Othonē detulit. Ille lixis, calonibusq; donauit: qui hasta suffixum, nō sine ludibrio circum castra portarunt, acclamantes identidem, Galba cupidē fruaris etate tua. Maximē irritati ad talem iocorum petulantia, quod ante paucos dies exierat in uulgus, laudati cuidā formam suam, ut adhuc floridam, et uegetam, respondiisse eum:

De lacu Curtio. & quare sic dicitur, lege L. i. lib. 4. ab vrb.

id est, adhuc
mibi robur fir-
mum est,

ἔτι μοι μέν & ἔμπροσθεν ἔστιν.

Ab his Patrobij Neroniani libertus, centum aureis redemptum, eo loco, ubi iussu Galbæ animaduersum in patrum fuerat, abiecit. Serò tandem dispensator Argius, & hoc, & cæterum truncum in priuatis eius hortis Aureliae sepulturae dedit.

Cæterum, pro
reliquum.

Statura corporis, & membrorum eius. CAP. XXI.

*ars, præcal-
uo.

Statura iusta fuit, capite caluo, oculis cæruleis, adunco naso, manibus, pedibusq; articulari morbo distortissimis, ut neque calceum perpeti, neq; libellos euoluere, aut tenere omnino ualeret. Excreuerat etiam in dexteriore latere eius caro, propendebatq; adeò, ut agrè fascia substringeretur.

Cibus, potus eius, atq; luxuria. CAP. XXII.

*ars, vsque eo
abundanti.

Cibi plurimi traditur, quem tempore hyberno etiam ante lucem capere consueuerat. Inter cenam uerò usq; ad abundantem, ut congestas super manus reliquias circumferri iuberet, spargiq; ad pedes stantibus. Libidinis in mares pronior, & eos non nisi præduros, exoletosq; ferebant in Hispania C. *Icelum è ueteribus concubinis, de Neronis exitu nunciantem, non modò arctissimis osculis palàm exceptum ab eo, sed ut sine mora uelleretur oratum, atque seductum.

*alij, Itellum.

Tempus imperij eius, & ætas. CAP. XXIII.

Perijt tertio & septuagesimo ætatis anno, imperij mense septimo. Senatus ut primū iicitū fuit, statuam ei decreuerat rostratæ columnæ superstantē in parte fori, qua trucidatus est. Sed decretū Vespasianus aboleuit, percussores sibi ex Hispania in Iudæam submississe opinatus

C. Sucto

313

C. SVETONII

TRANQVILLI

Otho Syluius.

De Othonis progenitoribus.



MAIORES Othonis sunt orti oppido Ferentino, familia uetere, & honorata, atque ex principibus Hetruriae. Auus M. Syluius Otho, patre equite Rom. matre humili, incertum an ingenua, per gratiam Liviae Augustae, in cuius domo creuerat, senator est factus, nec praeturae gradum excessit. Pater L. Otho materno genere praecclaro, multarum, & magnarum propinquitatum, tam charus, tamque non ab similis facie Tyberio principi fuit, ut plerique procreatum ex eo crederent. Urbanos honores, proconsulatum Africae, & extraordinaria imperia seuerissime administrauit. Ausus etiam est in Illyrico milites quosdam, quod motu Camilli ex poenitentia praepositos suos quasi defectionis aduersus Claudium autores occiderant, capite punire, & quidem ante principia se coram: quamuis ob id ipsum promotos in ampliore gradum a Claudio sciret. Quo facto, sicut gloriam auxit, ita gratiam minuit: quam tamen mature recuperauit detecta equitis Rom. fraude, quem prodentibus seruis necem Claudio parare compererat. Namque & Senatus honore rarissimo, statua in palatio posita profectus est eum: & Claudius allecctum inter patritios collaudans amplissimis uerbis, haec quoque adiecit: Vir, quo melio-

Honorata, honesta,

Principia quae
sint, lege Chili.
Braf. ubi inter
pretatur adago
post principia

res liberos habere ne opto quidem. Ex Albia Terentia splendidissima foemina duos tulit filios, L. Titianum, & minorem Marcum cognomine. Tulit & filiam, quã nondum nubilem Druso Germanici filio despondit.

Othonis ortus, & eius adolescentia. CAP. 11.

OTho imperator 1111. Calend. Maij natus est, Ca-
millo Aruntio, Domitio Aenobarbo c o s s. A pri-
ma adolescentia prodigus, ac procax, adeò ut saepe flagris
obiurgaretur à patre. Ferebatur & uagari noctibus soli-
tus, atque inualidum quenque obuiorum uel potulentum
corripere, ac distento sago impositũ in sublime iactare.
Post patris deinde mortem libertinã aulicam gratiosam,
quò efficacius coleret, etiam diligere simulauit, quamuis
anum, ac penè decrepitam. Per hanc insinuatũ Neroni
facile summum inter amicos locum tenuit congruentia
morum: ut uerò quidam tradunt, & consuetudine mutui
stupri: ac tantum potentia ualuit, ut damnatum repetun-
dis consularem uirum, ingens premium pactus, prius
quam planè restitutionem ei impetrasset, non dubitaret
in senatum ad agendas gratias introducere.

Gratiosa, pro
grata.

Congruentia,
pro similitudi-
ne.

Amicitia eius cum Nerone. CAP. 111.

OMnium autem cõsiliorũ, secretorumq; particeps,
die, quẽ Nero necandæ matri destinauerat, ad auer-
tendas suspiciones cœnam utriq; exquisitissime comitatis
dedit. Item Poppæam Sabinam tunc adhuc amicam eius
abductam marito, demandatamq; interim sibi nuptiarum
specie recepit. Nec * corripuisse contentus, adeò dilec-
xit, ut neriualem quidem Neronem æquo tulerit animo.
Credetur certè non modò missos ad * arcessendam non
rece

Vtriq; f. Nero
ni, & Agrippi
ne.

*afs, corrupis
se.

*afs, accersen-
dam.

recepisse, sed ipsum etiã exclusisse quondam pro foribus
astantem, miscentemq; frustra à minas, & preces, ac depo-
situm reposcentem. Quare diducto matrimonio, seposi-
tus est per causam legationis in Lusitaniam, & satis ui-
sum, ne pœna acrior nimium omnẽ diuulgaret: qui tamen
sic quoq; hoc disticho enotuit:

Cur Otho mentito sit queritis exul honore?

Vxoris mœchus cœperat esse suæ.

Provinciam administravit questorius per decem annos
moderatione, atq; abstinentia singulari.

Spes eius ad imperium.

CAP. IIII.

VT tandem occasio ultionis data est, conatibus Gal-
bæ primus accessit, eodemq; momẽto & ipse spem
imperij cepit: magnam quidem, & ex conditione tempo-
rum, sed aliquanto maiorem ex affirmatione Seleuci ma-
thematici. Qui cum cum olim superstitem Neroni fore
spopondisset, tũc ultrò inopinatus aducnerat, imperatu-
rum quoque breui repromittens. Nullo igitur officij, aut
ambitionis in quenquã genere omisso, quoties coena prin-
cipem acciperet, aureos excubãti cohorti uiritim diuide-
bat: nec eo minus aliũ alia uia militũ demerebatur. Cuidã
etiam de parte finium cum uicino litiganti adhibitus ar-
biter, totum agrum redemit, emancipauitq;, ut iam uix
ullus esset, qui non & sentiret, & prædicaret solum suc-
cessione imperij dignum.

Frustratur spe adoptionis à Galba.

CAP. V.

Sperauerat autem fore, ut adoptaretur à Galba, idq;
in dies expectabat. Sed postquam Pisone prælato
spe

Per causam, p
pretextu.
Diducto, i. se,
parato, Pop
pœa abducta,
Mim, om. i. to
tius fabulæ sce
nam: hoc est
ridiculã fabu-
lã, quod Otho
Neronẽ possit
sise Poppææ
exclusisset.

Quem hic Sue
to. Seleucũ ap-
pellat, Tacit.
& Plut. Pro-
lemæũ appella-
bant.

Stare, pro sub
sistere.

spe decidit, ad uim conuersus est, instigante super ani-
mi dolorem etiam magnitudine eris alieni. Neque enim
disimulabat, nisi principem se stare non posse, nihilq; re-
ferre ab hoste in acie: an in foro sub creditoribus caderet.
Ante paucos dies seruo Cæsaris pro impetrata dispensatio
ne x. sestertium expresserat. Hoc subsidium tanti coepti fuit:
ac primo quinque spiculatoribus comissa est res, deinde
decem alijs, quos singuli binos produxerant: omnibus de-
na sestertia representata, & quinquagena promissa. Per
hos sollicitati reliqui, nec adeo multi, haud dubia fiducia
in ipso negotio plures affuturos.

Assumptio eius ad principatum.

C A P.

V I.

Tulerat ani-
mus, p libuit.

Miliarium au-
reum tradit Plu-
in Galbæ vita
fuisse colunnam
auream, in qua
oës Italiæ uic-
tici fuerunt.

Aruspicias præ-
dicta uide in
Galba, c. 19.

Tulerat animus post adoptionem statim castra oc-
cupare, coenantemq; in palatio Galbam aggredi:
sed obstitit respectus cohortis, quæ tunc excubabat, ne
oneraretur inuidia, quod eiusdem statione & Caius fue-
rat occisus, & desertus Nero. Medium quoque tempus
religio, & Seleucus exemit. Ergo destinata die, præmoni-
tis conscijs, ut se in foro sub æde Saturni ad miliarium
aureum opperirentur, manè Galbam salutauit: utq; con-
sueuerat, osculo exceptus etiam sacrificanti interfuit, au-
diuitq; prædicta aruspicias. Deinde liberto adesse archite-
ctos nuntiante, quod signum conuenerat, quasi uenalem
domum inspecturus abscessit, proripuitq; se postica par-
te palatii ad constitutum. Alij febrem simulasse aiunt,
eamq; excusationem proximis mandasse, si quaeretur.
Tunc abditus properè muliebri sella in castra contendit:
ac deficientibus lecticarijs cum descendisset, cursumq;
cepit

cepisset, laxato calceo restitit, donec omiſſa mora ſuccol-
latus, & à præſente comitatu imperator cõſalutatus, in-
ter ſauſtas acclamationes, ſtrictosq; gladios ad principia
deuenit, obuiò quoq; non aliter, ac ſi conſcius, & parti-
ceps foret, adherente. Ibi miſſis, qui Galbam, & Piſonem
trucidarent, ad conciliandos pollicitationibus militũ ani-
mos, nihil magis pro concione teſtatus eſt, quàm id demũ
ſe habiturum, quod ſibi illi reliquiſſent.

Gefſta eius in initio principatus.

CAP VII.

DEinde uergente iam die ingreſſus Senatũ, poſitaq;
breui*ratione, quaſi raptus de publico, & ſuſcipe * Ats. oratio-
re imperium ui coactus, geſturusq; cõmuni omniũ arbi-
trio, palatium petit. Ac ſuper ceteras gratulantiũ, adu-
lantiumq; blanditias, ab infima plebe appellatus Nero,
nullum indicium recuſantis dedit: imò ut quidam tradi-
derũt, etiã diplomatibus, primisq; epistolis ſuis ad quos-
dam prouinciarum præſides, Neronis cognomen adie-
cit. Certè & imagines, ſtatuſq; eius reponi paſſus eſt: et
procuratores, atque libertos ad eadem officia reuocauit.
Nec quicquã prius pro poteſtate ſubſcripſit, quàm quin-
genties feſtertia ad peragendam auream domum. Dicitur
ea nocte per quietẽ pauſe factus, gemitus maximos edidiſ-
ſe, repertusq; à concursantibus humi ante lectum iacens,
per omnia piaculorum genera manes Galbæ, à quo de-
turbari, expelliq; ſe uiderat, propitiare tẽtaſſe. Poſtridie
quoq; in augurãdo tempeſtate orta grauiter prolapſum,
identidem obmurmuraſſe:

Τὶ γὰρ μοὶ καὶ μακροῖς ἀστυλοῖς.

ne.
Pro poteſtate
i-pro iure ma-
ieſtatis impe-
ratoris.

Id eſt, qd em̄
mihi & longis
aſyris: Alij le-
gũt. Τὶ γὰρ
μὲ δ'εἰ μα-
κροῖς ἀστυλοῖς
ἀστυλοῖς.

Id eſt, qd em̄
me oportet iſ-
gis tibijs cane-
re: Vide adag.
Quid op' erat
iſgis tibijs ca-
nere in Chil-
Eraf.

Germa

Germaniciani exercitus coniuratio in Othonē.

CAP. VIII.

SVb idem uerò tempus Germaniciani exercitus in Vi-
 Stellij uerba iurauerunt. Quod ut comperit, autor Sen-
 nauui fuit mittendæ legationis, quæ doceret electum iam
 principem, quietem, & concordiam suaderet: & tamen
 per internuntios, ac literas consortem imperij, generumq;
 se Vitellio obtulit. Verùm haud dubio bello iam ducibus,
 & copijs, quas Vitellius præmiserat, appropinquatibus,
 animum, fidemq; prætorianorū erga se penè intermitione
 amplissimi ordinis expertus est: & placuerat per clasia-
 rios arma transferri, remittiq; nauibus. Ea cum in castris
 sub noctem promeretur, insidias quidam suspicati tumultum
 excitauerunt, ac repente omnes, nullo certo duce, in
 palatium cucurrerunt, cædem senatus flagitantes, repul-
 sisq; Tribunorū, qui inhibere tentabāt, nonnullis & oc-
 cisis: sicut erant cruenti, ubinam imperator esset requi-
 rentes, perruperunt in triclinium usq; nec nisi uiso desti-
 terunt. Expeditionem autem impigre, atque etiam præ-
 properè inchoauit, nulla ne religionum quidem cura, sed
 & motis, necdum conditis ancilibus, quòd antiquitus in-
 faustum haberetur, & die, quo cultores deūm matris la-
 mentari, & plāgere incipiūt: prætereà aduersissimis au-
 spicijs. Nā & uictimas Diti patri cæsas litauit, cum tali
 sacrificio contraria exta potiora sint. Et primo egressu
 inundationibus Tyberis retardatus, ad xx. etiā lapidem
 ruina ædificiorum præclusam uiam offendit.

Congressio Othonis cum Vitellianis ducibus.

CAP. IX.

De ancilibus,
 & Salijs Mar-
 tis sacerdoti-
 bus uide Oui-
 lib. 3. Fasto.
 De sacris Cy-
 beles matris
 deūm uide
 Ouid, libr. 4.
 Fasto,

Simili

Simili temeritate, quamuis dubium nemini esset, quin Strabi bellum oporteret, quando & fame, & angustijs locorum urgeretur hostis, quam primum tamen decertare statuit: siue impatiens longioris sollicitudinis, speransq; ante Vitellij aduentum profligari plurimum posse: siue impar militum ardori pugnam deposcentium. Nec illi pugna affuit, substititq; Bryxelli. Et tribus quidem, uerum mediocribus, praelijs apud Alpes, circaq; Placentiam, & ad Castoris, quod loco nomen est, uicit, nouissimmo, maximoq; apud Bebriacū fraude superatus est, cum spe colloquij facta quasi ad conditionem pacis militibus eductis, ex improviso, atque in ipsa consalutatione dimicandum fuisset, ac statim moriēdi impetum cepit, ut multi, nec frustra opinantur, magis pudore, ne tanto rerum, hominumq; periculo dominationem sibi asserere persequeraret, quam desperatione ulla, aut diffidentia copiarum: quippe residuis, integrisq; etiam nunc, quas secum ad secundos casus detinuerat, & superuenientibus alijs ē Dalmatia, Pannoniaq; & Mœsia, ne uictis quidem adeo afflictis, ut non in ultionem ignominie quiduis discriminis ultrò & uel sole subirent.

Detestatio eius bellorum ciuiliū. C A P. X.

Interfuit huic bello pater meus Suetonius Lenis, tertie decimæ legionis Tribunus, Augusticlauius. Is mox referre crebrò solebat, Othonem etiā priuatū usque adeo detestatum ciuilia bella, ut memorante quodam inter epulas de Cassij, Brutiq; exitu, cohorterit, nec concursurum cum Galba fuisse, nisi consideret sine bello rem transigi posse. Tunc ad despiciendam uitam exemplo ma-

nipula

Taci. locū hūc non Castoris, sed Castrorū appellat.

Augusticlauius officij nomen est, ut quidam volunt: & eum esse aiunt, qui donatio imperatorio inter milites distri- buendo prefer- tus est, Sunt etiā qui uelle eū Augusticlauium dici, qui ab imperatore senator factus sit.

nipularis militis concitatū, qui cū cladē exercitus nūcia-
ret, nec cuiquam fidem faceret, ac nunc mendacij, nunc ti-
moris quasi fugisset ex acie argueretur, gladio ante pedes
eius incubuerit: hoc uiso proclamasse eum aiebat, non am-
plius se in periculū tales, tamq̄; benemeritos coniecturū.
Fratrem igitur, fratrisq̄; filium, & singulos amicorū co-
hortatus, ut sibi quisq̄; p̄ facultate cōsuleret, ab amplexu,
& osculo suo dimisit omnes: secretoq̄; captato, binos co-
dicillos exarauit ad fororē consolatorios. Sed & ad Mes-
salinā Neronis, quam matrimonio destinauerat, commen-
dans reliquias suas, & memoriā. Quicquid deinde episto-
larū erat, ne cui periculo, aut noxæ apud uictorē forēt, cō-
cremauit. Diuisit et pecunias domesticis ex copia presēti.

Mors eius, atq; funus.

C A P.

XI.

ATq; ita paratus, intentusq; iā morti, tumultu inter
moras exorto, ut eos, qui discedere, & abire cœpta
bāt corripere quasi desertores, detineriq; sensit: adijciamus,
inquit, uite & hanc noctē. Is ipsis, totidemq; uerbis, ue-
tuitq; uim cuiquā fieri: & in serū usq; patente cubiculo,
si quis adire uellet, potestātē sui præbuit. Post hæc sedata
siti gelidæ aquæ potione, arripuit duos pugiones, & ex-
plorata utriusq; acie, cū alterū puluino subdidisset, fori-
bus adaperitis arctissimo somno quieuit. Et circa lucē de-
mum expergefactus, uno se traiecit ictu infra leuā pupil-
lam. Irrumpentibusq; ad primum gemitum, modò celans,
modò detegens plagam, exanimatus est: & celeriter apud
Veliternam (ita præceperat) funeratus trigesimo & octa-
uo atatis anno, & nonagesimo & quinto imperij die.

Statura, & cultus corporis eius. C A P. XII.

Tanto

Messalina Ne-
ronis uxor fue-
rat.

Plut. nō apud
Veliternā: sed
Bryxelli sepul-
rum ait, cuius
sepulchrum se
uidisse testa-
tur cum hac in-
scriptiōe, Mar-
ci Othonis.

Tanto Othonis animo nequaquam corpus, aut habitus competijt. Fuisse enim traditur & modicæ staturæ, & malè pedatus, caluusq; Munditiarum uero penè muliebrium. Vulso corpore, galericulo capiti propter raritatem capillorum adaptato, & annexo, ut nemo digno sceret: quin & faciem quotidie rasitare, ac pane madido linere consuetum, idq; instituisse à prima lanugine, ne barbatus unquam esset. Sacra etiam Isidis sæpe in linthea, religiosaq; ueste propalam celebrasse. Per quæ factum putem, ut mors eius minimè congruens uitæ, maiori miraculo fuerit. Multi præsentium militum cum plurimo fletu manus, ac pedes iacentis exosculati, fortissimum uirum, unicum imperatorem prædicantes, ibidem statim nec procul à rogo uim suæ uitæ attulerunt. Multi & absentium accepto nuntio præ dolore armis inter se ad internecionem concurrerunt. Dénique magna pars hominum, incolumem grauissimè detestata, mortuum laudibus tulit, ut uulgò iactatum sit, etiam Galbam ab eo non tã dominandi, quàm reipublicæ, ac libertatis restituen্দe causa interemptum.

Galericulum hic accipe pro adulterina coram.

Instituisse, pro incipere. De sacris Isidis lege Apulei, lib. 11.

Interneco, siue interneccio.

C. SVETONII

TRANQVILLI

Aulus Vitellius.

Stirps, & origo Vitelliorum.



VITELLIORVM originem alij aliam
 & quidem diuersissimam tradunt: partim
 ueterem, & nobilem, partim uerò nouam,
 & obscuram, atque etiam sordidam. Quod
 ego per adultores, obtrectatoresq; impe-
 ratoris Vitellij euenisse opinarer, nisi aliquando de fami-
 liae conditione uariatum esset. Extatq; elogij ad Q. Vi-
 tellium diui Augusti Quæstorem libellus, quo cõtinetur
 Vitellios Fauno Aboriginum rege, & Vitellia, quæ mul-
 tis locis pro numine coleretur, ortos, toto Latio imperaf-
 se. Horum residuam stirpem ex Sabinis transisse Romã,
 atque inter patritios allectam. Indicia stirpis diu mansis-
 se, uiam Vitelliam ab Ianiculo ad mare usq;. Item colo-
 niam eiusdem nominis, quam gentili copia aduersus Equi-
 culos tutandã olim depoposcissent. Tempore deinde Sa-
 nnitici belli præsidio in Apuliam misso, quosdam ex Vi-
 tellijs subsedisse Nuceriæ: eorumq; progeniem longo post
 interuallo repetisse urbem, atque ordinem senatorium.

Pater, materq; Vitellij, eiusq; pueritia.

CAP. II.

Contrã, plures autorem generis libertinum prodide-
 runt. Cassius Seuerus, nec minus alij, eundẽ & suto-
 rem ueteramentariũ, cuius filius sectionibus, & cõsuluris
 uberius cõpendium nactus, ex muliere uulgari Anthiochi
 cuiusd

Faunus Pici
 filius, Latini
 pater fuit.
 Sunt qui Vitel-
 liam hanc eam
 esse dicant, quæ
 alijs Fatua di-
 citur.

Vitellix colo-
 nix meminit
 Livi. lib. 5. ab
 urb.

cui
 Sed
 mo
 tibi
 rato
 ac t
 P. L
 nis C
 naru
 Tyb
 cuius
 terfe
 hono
 tri da
 tis pa
 se pas
 rie pr
 tibus
 legion
 insupe
 quoq;
 ca, ur
 fanis,
 dem, at
 pro ren
 mus C.
 ex Syri
 circum
 ribus, li

cuiusdam furnariæ exercentis filia equitem Ro. genuerit. Sit in med. l. II
berū sit senti,
re quod quis
que velit.
Sed quod discrepat, sit in medio. Ceterū P. Vitellius do-
mo Nuceria, siue ille stirpis antiquæ, siue pudēdis paren-
tibus atq; auis, eques certè Ro. & rerum Augusti procu-
rator, quatuor filios amplissimæ dignitatis cognomines,
ac tantum prænominibus distinctos reliquit. Aulum, Q.
P. L. Aulus in cōsulatu obiit, quem cum Domitio Nero
nis Cesaris patre inierat, prælatus eloquio, famosusq; cœ-
narum magnificentia. Quintus caruit ordine, cum aut ore
Tyberio secerni minus idoneos senatores, remoueriq; pla-
cuisset. P. Germanici comes Cn. Pisonem inimicū, & in- Vide Pl. li. tr.
c. 37. qui Piso
nē defensum,
non condēnas-
tum ait.
terfectorē eius accusauit, condēnauitq;. Ac post prætura
honorē inter Seiani conscios arreptus, & in custodia fra-
tri datus, scalpro librario uenas sibi incidit. Nec tam mor-
tis poenitētia, quàm suorū obtestatione obligari, curariq;
se passus, in eadē custodia morbo periit. L. ex cōsulatu Sy-
riæ præpositus, Arthabanū Parthorū regem summis ar-
tibus non modò ad colloquiū suum, sed etiā ad ueneranda
legionū signa pellexit. Mox cum Claudio principe, duos
insuper ordinarios consulatus, censuramq; gessit. Curam
quoq; imperij sustinuit, absente eo, expeditione Britāni- Cur qui deos
adorabant, car-
put uelabant,
teg; in orbem
circumuerter-
bant, deinde se
debant, aut hu-
mi procumbe-
bant, mēro hu-
mum cōtingē-
tes uide Plut.
in problema
tibus.
ca, uir innocēs, & industrius, sed amore libertinæ perin-
famis, cuius etiam saluius melle commixtis, nec clam qui-
dem, aut raro, sed quotidie, ac palām arterias, & fauces
pro remedio fouebat. Idem miri in adulando ingenij, pri-
mus C. Casarem adorari ut deum instituit, cum reuersus
ex Syria non aliter adire ausus esset, quàm capite uelato,
circumuertensq; se, deinde procumbens. Claudium uxo-
ribus, libertisq; addictum, ne qua non arte demereretur.

pro maximo munere à Messalina petijt, ut sibi pedes præberet ex calciãdos: detractumq; focculum dextrum inter togam, tunicasq; gestauit assidue, nonnunquam osculabundus. Narcisi quoq; & Pallantis imagines aureas inter lares coluit. Huius & illa uox est, sepe facias, cum secularares ludos edenti Claudio gratularetur.

Post centesimū annū fieri solebāt iudi secularares.

Adolescentia eiusdem.

CAP. III.

Altero, pro postridie,

DEcessit paralyti altero die quàm correptus est, duobus filijs superstitis, quos ex Sextilia probatissimi, nec ignobili scemina editos Consules uidit: & quidem eodem ambo, totoq; anno, cum maiori minor in sex menses successisset. Defunctū Senatus publico funere honorauit. Item statua pro rostris, cū hac inscriptione, P I E T A T I S immobilis erga principem. Aulus Vitellius L. filius I M P. natus est octauo Cal. Octob. uel, ut quidam, septimo Idus Septemb. Druso Cesare, Norbano Flacco C O S S. Genituram eius prædictam à mathematicis ita parentes exhorruerunt, ut pater magnopere semper contenderit, ne qua ei prouincia uiuo se committeretur: mater & missum ad legiones, & appellatum imperatorem pro afflictio statim lamentata sit. Pueritiã, primamq; adolescentiam Capreis egit inter Tyberiana scorta, & ipse perpetuo Spintria cognomine notatus, existimatusq; corporis gratia inuitū, & causa incrementorū patri fuisse.

Genituram. i. natalis horæ inspectionē.

Mathematici prædixerūt, Vitellii futurū quidem imperatorem, sed in imperio vim cruciabititer moriturum.

Probris contaminatur.

CAP. IIII.

SEquenti quoque etate omnibus probris contaminatus, præcipuum in aula locum tenuit, Caio per auri-gandi, Claudio per alex studium familiaris. Sed aliquatò Neroni acceptior, cum propter eadē hæc, tum peculiari merito,

merito, quòd præsidens certamini Neroneo, cupientem inter citharædos contendere, nec quamuis flagitantibus cunctis promittere audètem, ideoq; egressum theatro reuocauerat, quasi perseverantis populi legatione suscepta exorandum præbuerit.

Honores per eum administrati. CAP. V.

TRium itaq; principum indulgentia non solū honoribus, uerū & sacerdotijs amplissimis auctus, pro cōsulatū Africæ post hæc, curā quoq; operū publicorum administrauit, & uoluntate dispari, & existimatione. In prouincia singularem innocentiam præstitit biennio continuato, cum succedenti fratri legatus substitisset. At in urbano officio dona, atq; ornamenta templorū surripuisse, & commutasse quedam ferebatur, proq; auro, & argento stannum, & orichalcum supposuisse.

In urbs. off. in administratione operum publicorum.

Vxores, & filij eiusdem. CAP. VI.

VXorem habuit Petroniam consularis uiri filiā, & ex ea filium* Petronium captū altero oculo. Hunc heredem à matre sub conditione institutū, si de potestate patris exisset, manu emisit: breuiq; ut creditū est, interemit, insimulatum insuper parricidij, & quasi paratum ad scelus uenenum ex conscientia hausisset. Duxit mox Galeriam Fundanam prætorio patre. Ac de hac quoque liberos utriusq; sexus tulit, sed marem, titubantia oris, propè mutum, & elinguem.

* Aliàs, Petronianum.

Germania eidem decreta, paupertas ipsius, & cōmunitas eius erga singulos. CAP. VII.

AGalba in inferiorem Germaniam contra opinionē missus est. Adiutum putant T. Iunij suffragio tunc

x 3 potent

De fo. ui. cog.
i. q. lumū bo.
nū collocāt in
voluptate ciba
ria.

Merito, coena,
i. precio cōdu-
ctio.
* Al's, obloca-
ret.

Interuerterat
i. abſūperat,
in priuatos vt
verterat, iter-
ceperat, frau-
dauerat.

potentissimi, & cui iam pridem per cōmunē factionis suae fauorem cōciliatus esset, nisi quōd Galba prae se tulit nullos minus metuendos, quā qui de solo uictu cogitarent: ac posse provincialibus copijs profundam eius expleri gulam, ut cuius euidens sit contemptu magis, quā gratia electum. Satis constat exituro uaticū defuisse, tanta egestate rei familiaris, ut uxore & liberis, quos Romae relinquebat, meritorio coenaculo abditis, domum in reliquam partem anni* ablocaret: utq; ex aure matris detractum unionem pignerauerit ad itineris impensas. Creditorum quidem praestolantium, ac detinentium turbam, & in ijs Sinuessanos, Formianosq; quorum publica uectigalia interuerterat, non nisi terrore calumniae amouit, cum libertino cuidam acerbius debitum reposcenti iniuriarum formulam, quasi calce ab eo percussus, intendisset, nec aliter quā extortis quinquaginta *h s.* remisisset. Aduentem malè animatus erga principē exercitus, pronusq; ad res nouas, libens, ac supinis manibus excepit, uelut dono deū oblatum *III. COS.* filium etate integra, facili, ac prodigo animo. Quam ueterem de se persuasionē Vitellius recētibus etiam de se experimentis auxerat, tota uia caligatorū quosq; militum obuios exosculans, perq; stabula, ac diuersoria mulionibus, ac uiatoribus praeter modum comis, ut manē singulos iam ne ientassent sciscitaretur, seq; fecisse ructu quoque ostenderet.

Liberalitas eius in omnes. CAP. VIII.

CAstra uerò ingressus uihil cuiquā poscētī negauit: atq; etiā ultrò ignominiosis notas, reis sordes, dānatis supplicia dempsit. Quare uixdum mense transacto, neq;

neque diei, neq; temporis habita ratione, ac iam uestpere
 subito à militibus è cubiculo raptus, ita ut erat in ueste
 domestica I M P. est consalutatus, circumlatusq; per ce-
 leberrimos uicos, strictum diui Iulij gladium tenens, detra-
 ctum delubro Martis, atq; in prima gratulatione porre-
 ctum sibi à quodam, nec antè in prætorium redijt, quam
 flagrante triclinio ex conceptu camini: tum quidem cõster
 natis, & quasi omine aduerso anxijis omnibus, inquit: bo-
 no animo estote, nobis illuxit: nullo sermone alio apud
 milites usus. Consentiente deinde etiam iam superioris
 prouincie exercitu, qui* prius à Galba ad Senatũ desce-
 rat, cognomen Germanici delatũ ab uniuersis cupidè re-
 pit, Augusti distulit, Cæsaris in perpetuum recusauit.

Principatum inuadit.

C A P. IX.

AC subinde cæde Galbæ annuntiata, compositis Ger-
 manicis rebus, partitus est copias, quas aduersus
 Othonem præmitteret, quasq; ipse perduceret. Præmisso
 agmine letum euenit auspiciũ: siquidem à parte dextra
 repente aquila aduolauit: lustratisq; signis, ingressos uia
 sensim anteceffit. At cõtrà ipso mouente, statux equestres
 cùm plurifariam ei ponerentur, fractis repente cruribus
 pariter corruerunt, & laurea, quam religiosissimè circum-
 dederat, in profluentem excidit. Mox Viennæ pro tri-
 bunali iura reddenti, gallinaceus supra humerum, ac de-
 inde in capite asstitit. Quibus ostentis, par respondit
 exitus: nam confirmatum per legatos suos imperium,
 per se retinere non potuit.


Gesta eius post mortem Othonis, & reditus

eius in urbem.

C A P. X.

X 4

De Beb



Caminus, pro
 infumibulo. i.
 pro struciura,
 quæ fumũ ex-
 cipit.

*al's, prior,

Quædam aues
 auspiciũ ra-
 tum faciunt à
 sinistra, ut cor-
 nix: quædam à
 dextra, ut cor-
 uus, & àquila;
 autor Seneca
 in. 2. nat. quæst.

Relig. circumd.
 i. caput suum
 coronauerat.

Prætoriani
Galbam dese-
ruerant, & O-
thonem siue fe-
nar⁹, populūq;
autoritate fece-
rant imperato-
rem: igitur ne
in posterū mili-
tes talia aude-
rēt in principē,
Vitell⁹ præto-
rianos exauto-
ratos iussit ar-
ma tradere tri-
bunis.

Agrippina Ne-
ronis mater vt
vim suam ex-
terius quoque
nætonibus o-
stentaret, in op-
pidū Vbiorū,
in quo genita
erat, coloniam
deduxit, cui
nomen ex vo-
cabulo ipsius
inditum est, nā
Agrippinensis
colonia dicta:
auctor Tacit.

DE Bebriacēsi uictoria, & Othonis exitu, cū adhuc
in Gallia esset, audiit. Nihilq; cunctatus, quicquid
prætorianarū cohortiū fuit, ut pessimi exempli uno exau-
torauit edicto, iussas Tribunis tradere arma. Centū autē
atq; uiginti, quorū libellos Othoni datos inuenerat, expo-
scentiū premia ob editā in cæde Galbæ operā, cōquiri, et
supplicio affici imperauit: egregiē prorsus, atq; magnifi-
cē, & ut summi principis spem ostēderet, nisi cætera ma-
gis ex natura, & priore uita sua, quā ex imperij maie-
state gessisset. Nanq; itinere inchoato, per medias ciuita-
tes ritu triumphantiū uectus est, perq; flumina delicatissi-
mis nauigijs, & uariarū coronarū genere redimitis. Inter
profusissimos obsoniorū apparatus, nulla familiæ, aut mi-
litis disciplina, rapinas, ac petulantia omniū in iocū uer-
tens, qui nō cōtenti epulo ubiq; publicē præbito, quoscu-
que libuisset in libertatē asserebant, uerbera, & plagas,
sæpe uulnera, nonnunquā necem representantes aduersan-
tibus. Vtq; cāpos, in quibus pugnatū est, adiit, abhorren-
tes quosdam cadauerū tabem, detestabili uoce cōfirmare
ausus est. Optimē olere occisum hostem, & melius ciuem.
Nec eo secius ad leniandā grauitatem odoris plurimū me-
ri propalam hausit, passimq; diuisit pari uanitate, atque
insolentia. Lapidem memoriæ Othonis inscriptum in-
tuens, dignū eo Mausoleo ait: pugionemq; quo se is occi-
derat, in Agrippinensem coloniam misit Marti dedica-
dum. In Apennini quidem iugis etiam peruigilium egit.

Gesta per eū in initio principatus. CAP. XI.

VRbem dēnique ad classicum introijt paludatus, fer-
roq; succinctus inter signa, atq; uexilla, sagulatis
comit

comitibus, ac detectis commilitonum armis. Magis deinde, ac magis, omni diuino, humanoq; iure neglecto, Aeliensi die pontificatum maximum cepit. Comitium in decem annos ordinauit, seq; perpetuum Consullem. Et ne cui dubium foret, quod exemplar regende reipublice eligeret, medio Martio campo adhibita publicorum sacerdotum frequentia, inferias Neroni dedit: ac solenni conuiuio citharædum placentem palam admonuit, ut & aliquid de Domitio diceret: inchoantiq; Neroniana cantica primus exultans etiam plausit.

Progressus eius in initio principatus. CAP. XII.

Talibus principijs magnam imperij partem non nisi consilio, & arbitrio uilissimi cuiusq; histrionum, & aurigarum administrauit, & maxime Asiatici liberti. Hunc adolescentulum mutua libidine constupratum, mox tædio profugum, cum Puteolis poscæ uendentem reprehendisset, coniecit in compedes, statimq; coluit, & rursus in delitijs habitauit. Iterum deinde ob nimiam contumaciã, & ferocitatẽ grauatus circumforaneo lanistæ uendidit, dilatumq; ad finem muneris repente surripuit, & prouincia demum accepta manumisit: ac primo imperij die aureis donauit annulis super cœnam, cum manẽ rogantibus pro eo cunctis, de restatibus esset seuerissimẽ talẽ equestris ordinis maculam.

Ted io. f. ob
scenę consue-
tudinis.

Reprehendisset,
retraxisset.

Prouincia. f.
Germania infe-
riore.

Comestationes, & epulæ eiusdem. CAP. XIII.

Sed uel precipuè luxuria, seuitiæq; deditus epulas trisfarian semper, interdum quadrisfarian dissipabat: in ientacula, & prandia, & cœnas, comestationesq; facile omnibus sufficiens uomitandi consuetudine. Indicebat autem aliud alij eadem die, nec cuiquam minus sin-

Aduentitia coe guli apparatus quadringenis millibus nummum consti-
na, quæ alti cui terunt. Famossissima super ceteras fuit cœna ei data aduē
suo in aduentu titia à fratre, in qua duo millia lectissimorum piscium, se
datur. ptem auium apposita traduntur. Hanc quoq; exuperavit
ipse dedicatione patinæ, quam ob immensam magnitudi-

Id est, egida pa nem clypeum Mineruæ, αἰγίσθα πωλοῦχος dictitabat.
troni; Miner. In hac scarorum iocinora, phasianorum, & pauonum ce
uā ciuitatis pa tronam intelli rebella, linguas phœnicopterum, murenarū lactes à Car
gens. pathio usq; fretoq; Hispaniæ per nauarchos, ac triremes

De Vitellij pa petitarum commiscuit. Vt autem homo non profunda mo
tina vide Plin. dō, sed intempestiuæ quoq; ac sordidæ gulæ, ne in sacri-
lib. 3, 3. ca. 2. ficio quidem unquam, aut itinere ullo temperauit, quin in
ter altaria ibidem statim uiscus, & sarræ penè raptæ è fo
co manderet, circaq; uiarum popinas fumantia obsonia,
uel pridiana, atque semesa.

Sæuitia eius, ac crudelitas. CAP. XIII.

Allicefactos,
pro allicios.

Pronus uerò ad cuiusq; & quacunque de causa ne-
ccem, atq; supplicium. Nobiles uiros, condiscipulos,
& æquales suos omnibus blanditijs tantum non ad socie-
tatem imperij allicefactos, uario genere fraudis occidit,
etiam unum ueneno manu sua porrecto in aquæ frigidæ
potione, quam is affectus febre poposcerat. Tum scenera-
torum, & stipulatorum, publicanorumq; qui unquam se
aut Romæ debitum, aut in uia portorium flagitassent,
uix ulli pepercit. Ex quibus quendam in ipsa salutatione
supplicio traditum, statimq; reuocatū, cunctis elementia
laudantibus, coram interfici iussit, uelle se dicens pascere
oculos. Alterius pœnæ duos filios adiecit deprecari pro
patre conatos. Sed & equitem Romanū proclamantem,
cūm

cum raperetur ad pœnam, heres meus es, exhibere testi-
menti tabulas coëgit: utq; legit cohæredem sibi libertum
eius ascriptum, iugulari cum liberto imperavit. Quosdã
et de plebe ob id ipsum quod Venetæ factioni clarè ma-
ledixerant, interemit, contemptu sui, et noua spe id ausos
opinatus. Nullis tamen infensior, quàm uernaculis ma-
thematicis, ut quisq; deferretur, inauditum capite punie-
bat. Exacerbatus quòd post edictum suum, quo iubebat
intra Calèd. Octobris urbe, Italiaq; mathematici excede-
rent, statim libellus est propositus, et Chaldeos dicere,
bonum fatum, ne Vitellius Germanicus intra eundè Ca-
lendarum diem usquam esset. Suspectus et in mortè ma-
tris fuit, quasi agræ præberi cibum prohibuisset, uaticin-
nante Catta mulière, cui uelut oraculo acquiescebat, ita
demum firmiter, ac diutissimè imperaturum, si superstes
parenti extitisset. Et alij tradunt, ipsam tædio præsentium,
et imminentium metu uenenum à filio impetrasse, haud
sanè difficulter.

Inauditum, in
dicta causa.

Libel. est pp.
i. in preparato
officij sine au-
toris nomine.

Apparatus exercitus in Vespasianum. c. xv.

Octauo imperij mense descuerunt ab eo exercitus
Mæstiarũ, atq; Pannoniæ. Item ex transmarinis lu-
daicus, et Syriacus, ac pars in absentis, pars in presentis
Vespasiani uerba iurarunt. Ad retinendũ ergo cæterorũ
hominũ studium, ac fauorẽ nihil nõ publicè, priuatimq;
nullo adhibito modo largitus est. Delectum quoq; ea cõ-
ditione in urbe egit, ut uoluntarijs non modò missionem
post uictoriam, sed etiam ueteranorum, iustaq; militiæ
commoda polliceretur. Vrgenti deinde terra, mariq; ho-
sti hinc fratrem cũ classe, ac tyronibus, et gladiatorum

Fratrem. f. Lu-
cium Vitellium.

manu

manu opposuit: hinc & Bebriacēses copias, & duces, atque ubiq; aut superatus, aut proditus, salutē sibi & milites n. s. à Flauio Sabino Vespasiani fratre pepigit: statimq; pro gradibus palatij apud frequentes milites cedere se imperio, quod inuitus recepisset, professus, cunctis reclamantibus rem distulit: ac nocte interposita, primo diluculo sordidatus descendit ad rostra, multisq; cum lachrymis eadem uerba, uerū è libello testatus est. Rursus interpellante milite, ac populo, & ne deficeret hortante, omnemq; operā suam certatim pollicente, animū resumpsit. Sabinumq;, & reliquos Flauianos nihil iam metuens, ui subita in Capitolium compulit: succensosq; tēplo Iouis Opt. Max. oppressit, cum & praelium, & incendium è Tyberiana prospiceret domo inter epulas: nō multo post poenitens facti, & in alios culpam conferens, uocata concione iurauit, coëgitq; iurare ceteros, nihil sibi antiquius quiete publica fore. Tunc solum à latere pugionem, consuli primū, deinde, illo recusante, magistratibus, ac mox senatoribus singulis porrigens, nullo recipiente, quasi in æde Concordiæ positurus, abscessit. Sed quibusdam acclamantibus ipsum esse Cōcordiam, redijt: nec solum retinere se ferrum affirmauit, uerū etiā Concordiæ recipere cognomen.

Concordia per eum tentata cum Vespasiano.

C A P.

XVI.

* A's, Senatibus.

Svasit* Senatui, ut legatos cum uirginibus Vestalibus smitterent, pacem, aut certē tempus ad consultandum petituros. Postridie responsa opperienti, nunciatum est per exploratorem hostem appropinquare. Cōtinuò igitur

tur abstrusus gestatoria sella, duobus solis comitibus, pi-
store, & coquo Auentinum, & paternam domum clam
petijt, ut inde in Campaniam fugeret. Mox leui rumore,
& incerto, tanquam pax impetrata esset, referri se in pa-
latium passus est: ubi cum deserta omnia reperisset, dila-
tentibus & qui simul erant, zona se aureorum plena cir-
cundedit, cōfugitq; in cellulam ianitoris, religato pro fo-
ribus cane, lectoq; & culcitra obiectis.

Mos fuit pris-
cis aurū mo-
netale in zo-
nis habere: vī
de Beroal, in
Annot.

Mors eiusdem ignominiosissima.

CAP. XVII.

Irruperant autem iam agminis antecessores, ac nemine
obuio rimabantur, ut sit, singula. Ab ijs extractus ē la-
tebra, sciscitantes quisnam esset (nam ignorabatur) &
ubi esse Vitellium sciret, mendacio elusit: deinde agnitus
rogare nō destitit, quasi quaedam de salute Vespasiani di-
cturus, ut custodiretur interim uel in carcere, donec reli-
gatis post terga manibus, iniecto ceruicibus laqueo, ueste
discissa seminudus in forū tractus est, inter magna rerū,
uerborumq; ludibria, per totum uis sacræ spatiū, redu-
cta coma à capite, ceu noxij solent, atq; etiam mento mu-
crone gladij subiecto, ut uisendam præberet faciem, ne ue-
submitteret, quibusdam stercore, & cæno incessentibus,
alijs incendiarium, & patinarium uociferantibus, parte
uulgi etiam corporis uitia exprobrante: erat enim in eo
enormis proceritas, facies rubida plerunq; ex uinolentia,
uenter obesus, alterū femur subdebile, impulsu olim qua-
drigæ, cum auriganti Caio ministratorem exhiberet: tan-
dem apud Gemonias minutissimis ictibus excarnificatus,
atq; confectus est, & inde unco tractus in Tyberim.

Reducta. i. re-
troducta, ne fa-
cies occultari
posset,

Incendiar. nā
eius milites Io-
uis Capitoli-
ni templū incē-
derant,

Interpre

Interpretatio ostenti.

CAP. XVIII.

Vienna Lugdunensis Gallicae ciuitas est. Antonius cognomento Primus dicitur.

Perijt cū fratre, & filio, anno uitæ VII. & quinquagesimo: nec sefellit coniecturam eorum, qui augurio, quod factum ei Vienna ostendimus, non aliud portendi prædixerant, quàm uenturum in alicuius Gallicani hominis potestatem: siquidem ab Antonio Primo aduersariorum partium duce oppressus est. Cui Tholose nato cognomen in pueritia Beco fuerat, id ualet gallinacei rostrum.

C. SVETONII.

TRANQVILLI

D. Vespasianus Aug.

gustus.

De gente Flauia, & Vespasiani progenitoribus.

Rebellionē. i. rebellī morū.

Triū princī. s. Galbæ, Othonis, et Vitellij.



REBELLIONE trium principum, & cæde, incertum diu, & quasi uagum imperium suscepit: firmavitq; tandem gens Flauia obscura illa quidem, ac sine ullis maiorum imaginibus, sed tamen reipub. nequa-

quam poenitēda, constet licet Domitianum cupiditatis, ac seuitiæ meritò pœnas luisse. T. Flauius Petronius municipis Reatinus, bello ciuili Pompeianarū partiū cetero, incertū sponte, an euocatus profugit ex Pharsalica acie, domumq; se contulit. Vbi deinde uenia, & missione impetrata, coactiones argētarias factitauit, huius filius cognomine Sabmus expers militiæ, et si quidā eum primipilarē, nonnulli cū adhuc ordines duceret, sacramento solutū per causam ualetudinis tradūt, publicanum quadragesimæ in

Pub. quadrag. &c. locū hunc Beroal. copio se in li. Anno.

ma in Asia egit. Manebantq; imagines à ciuitatibus ei
 posita sub hoc titulo, καλῶς τελευτήσαντι. Postea fecit id est, bene pu
 nus apud Heluetios exercuit, ibiq; diem obiit, superstiti- plicum exer
 bus uxore Vespasia Polla, & duobus ex ea liberis: quoru centi,
 maior Sabinus ad præfecturam urbis, minor Vespasianus
 ad principatum usq; processit. Polla Nursia honesto ge-
 nere orta, patrem habuit Vespasium Pollionem, ter tri-
 bunum militum, præfectumq; castrorum, fratremq; sena-
 torem prætorie dignitatis. Locus etiam nunc ad sextum
 miliarium à Nursia Spoletum euntibus in monte summo
 appellatur Vespasia, ubi Vespasiorum complura moni-
 menta extant, magnum indicium splendoris familie, &
 uetustatis. Non negauerim iactatum à quibusdam Petro
 nij patrem è regione transpadana fuisse mancipem opera Mancip. op. vi
 rum, quæ ex Umbria in Sabinos ad culturam agrorum de Beroat. in
 quotannis commeari solent: subsedisse autem in oppi- lib. Annot.
 do Reatino, uxore ibidem ducta, ipse ne uestigium qui-
 dem de hoc, quamuis satis curiosè inquirerem, inueni.

Ortus Vespasiani, & educatio eius. CAP. II.

Vespasianus natus est in Sabinis ultra Reaten, ui-
 co modico, cui nomen est Phalacrine, xv. Calend.
 Decemb. uesperis, Q. Sulpitio Camerino, C. Poppæo
 Sabino coss. quinquennio antè quàm Augustus ex-
 cederet, educatus sub paterna auia Tertulla in prædijs
 Cofanis. Quare princeps quoque & locum incunabulo-
 rum assiduè frequentauit, manente uilla qualis fuerat
 olim, ne quid scilicet oculorum consuetudini deperiret.
 Et auia memoriam tantopere dilexit, ut solennibus, ac fe-
 stis diebus poculo quoq; eius argenteo potare perseue-
 rauit

rauerit. Sumpta toga uirili, latū clauū, quanquam fratre adepto, diu auersatus est: nec ut tandem appeteret, cōpelli nisi à matre potuit. Ea demum extudit magis conuitio, quam precibus, uel autoritate, dum eum identidem per contumeliam anteambulonem fratris appellat. Tribuna

Vespasianus *tum militum in Thracia meruit. Quæstor Cretam, & Cyrenas prouinciam sorte cepit: adilitatis, ac mox præture candidatus etiam non sine repulsa, sextoq; loco uix adeptus est: at prima statim petitione, primus Prætor. Inensus Senatui Caium ne quo non genere demereretur, ludos extraordinarios, pro uictoria eius Germanica deposcit, pænâq; coniuratorum addendum censuit, ut insepulti proijcerentur. Egit & gratias ei apud amplissimū ordinem, quod se honore cœnæ dignatus esset.*

Vxor eius, & filij.

CAP.

III.

Sabrata vrbs est contingens Syrtim minorem, ut ait Plinius, lib. 5. cap. 4.

Sicut uiris erant ministri, qui à manu dicebantur, ita fecerunt erant ministri, ac illeq; quæ & ipse à manu dicebantur.

INter hæc Flauiam Domicillam duxit uxorem, Statilij Capellæ equitis Rom. Sabratenfis ex Africam delegatam olim, Latinaq; conditionis, sed mox ingenuam, & ciuem Romanā recuperatorio iudicio pronuntiatam, patre asserente Flauio Liberali Ferentini genito, nec quicquam amplius quam quæstorio scriba. Ex hac liberos tulit Titum, & Domitianum, & Domicillam. Vxori, ac filie superstes fuit, atque adhuc utranque priuatus amisit. Post uxoris excessum Cenidem Antonie libertam, & à manu, dilectam quondam sibi reuocauit in contuberniū, habuitq; etiam imperator penè iustæ uxoris loco.

Expeditio eius Germanica, & Iudaica. CAP. IIII.

Claudius principe Narcisi gratia, legatus legionis in Germaniā missus est, inde in Britannia trāslatus tricies

tricies cum hoste conflixit. Duas ualidissimas gentes, su-
 perq; xx. oppida, & insulam Vectem Britannie proxima
 mam in deditionem redegit, partim Auli Plautij consula-
 ris legati, partim Claudij ipsius ductu. Quare triumphat-
 lia ornamenta, & in spatio breui duplex sacerdotium ac-
 cepit. Præterea consulatum, quem gessit per duos nouissi-
 mos anni menses, medium tempus ad proconsulatum usq;
 in otio, secessuq; egit Agrippinam timens potentem ad-
 huc apud filium, & defuncti quoq; Narcissi amicos pero-
 sam. Exin sortitus Africam integerrimè, nec sine magna
 dignatione administrauit, nisi quod Adrumeti seditione
 quadam, rapa in eum iacta sunt. Redijt certè nihilo opu-
 lentior, ut qui propè labefactata iam fide omnia prædia
 fratri obligarit, necessarioq; ad mangonicos quæstus sus-
 stimendæ dignitatis causa descenderit, propter quod uul-
 gò Mulio uocabatur. Conuictus quoque dicitur ducenta
 n s. expressisse iuueni, cui latum clauum aduersus patris
 uoluntatem impetrarat, eoq; nomine grauiter increpitus.
 Peregrinatione Achaia inter comites Neronis, cum can-
 tante eo aut discederet sepius, aut præsens obdormisce-
 ret, grauissimam contraxit offensam, prohibituq; non
 contubernio modò, sed etiam publica salutatione, secessit
 in paruam, ac deuiam ciuitatem, quoad latenti, etiãq; ex-
 tremam metuenti, prouincia cum exercitu oblata est. Per-
 crebuerat oriente toto uetus, & constans opinio, esse in-
 fatis, ut eo tempore Iudæa profecti rerum potirentur. Id
 de imperatore Romano, quantum euentu postea prædi-
 ctum patuit, Iudæi ad se trahentes, rebellauerunt: casuq;
 præposito, legatum insuper Syriæ consularem suppetias
 ferentem

Iosephus li. 7.
 de bel. Iud. c. 1.
 Vespasiani vir-
 tute ait factum
 esse, vt Clau-
 dius sine pro-
 prio sudore de
 Britannia triū-
 pharet.
 Apud filiū, &
 Neronem.

Dignatio, pro
 dignitas.

Expressisse, p
 extortisse.

De hac opinio-
 ne lege Oro-
 um lib. 7. c. 6.
 & Egesippum
 libri 2.



ferentem, rapta aquila fugauerunt. Ad hunc motum com-
primendum cum exercitu ampliore, & non instrenuo du-
ce, cui tamen tunc tanta res committeretur, opus esset, ip-
se potissimum delectus est, & ut industriæ experte, nec me-
tuendus ullo modo ob humilitatē generis, ac nominis. Ad-
ditis igitur ad copias duabus legionibus, octo aliis, cohor-
tibus decem, atq; inter legatos maiore filio assumpto, ut
primion prouinciam attigit, proximas quoque conuer-
tit in se, correctā statim castrorum disciplina, uno quoq;
& altero prelio tam cōstanter inito, ut in oppugnatione
castelli lapidis ictū genu, scuto sagittas aliquot exceperit.
Præfagia, & signa imperium eius præcedentia.

CAP.

V

Post Neronem, Galbanūq; Othone, atq; Vitellio de
principatu certantibus, in spem imperij uenit, iam-
pridem sibi per hæc ostenta conceptam: In suburbano Fla-
uorum quercus antiqua, quæ erat Marti sacrata, per
tres Vespasie partus, singulos repente ramos à frutice
dedit, haud dubia signa futuri cuiusque fati. Primum exi-
lem, & citò arefactum, ideoq; puella nata non peranna-
uit. Secundum præualidum, ac prolixum, & qui magnam
felicitatem portederet. Tertium uero instar arboris. Qua-
re patrem Sabinum ferunt aruspicio insuper cōfirmatum
renunciassē matri, nepotem ei Casarem genitū, nec illam
quicquā aliud, quàm cachinnasse, mirantem, quòd adhuc
se mentis compote deliraret iam filius suus. Mox cum edi-
lem eum C. Caesar succensens, propter curam uerrendis
uijs non adhibitam, luto iussisset oppleri, congesto per mi-
lites in prætextæ sinum, non desuerunt, qui interpretaren-
tur, quād

Maiore filio,
f. Tito.
Prouinciam, f.
Iudeam.
Proximas, f.
prouincias.

Quercus hæc
Marti peculia-
riter sacrata
erat, nam gene-
raliter Ioui di-
cata est quer-
cus.

tur, quandoque proculcatam, desertanq; rempub. ciuili aliqua perturbatione in tutelâ eius, ac uelut in gremium deuenturam. Prandente eo quondam, canis extrarius triclino manum humanâ intulit, mensæq; subiecit. Cœnate rursus, bos arator decusso iugo, tricliniū irrupit, ac fugatis ministris, quasi repente defessus, prociidit ad ipsos ac cumbētis pedes, ceruicēq; submitit. Arbor quoq; cupressus in agro auito sine ulla ui tempestatis euulsa radicibus atq; prostrata, in sequenti die uiridior, ac firmior resurrexit. At in Achaia somniavit, initium sibi, suisq; felicitatis futurū, simulac dens Neroni exemptus esset, euenitq; , ut sequenti die progressus in atrium, medicus dentē ei ostēderet, recenter quidem exemptum. Apud Iudæam Carmeli dei oraculum consulentem, ita confirmauere sortes, ut quicquid cogitaret, uolueretq; animo quantūlibet magnum, id esse prouenturum, polliceretur. Et unus ex nobilibus captiuus Iosephus cū conijceretur in uincula, constantissimè asseuerauit fore, ut ab eodē breui solueretur, uerū iam imperatore. Nuntiabatur & ex urbe præsagia, Neronē diebus ultimis monitū per quietē, ut thensam Iouis Opt. Max. è sacrario in domū Vespasiani, & in circum deduceret. Ac nō multo post comitia secūdi cōsultus ineunte Galba, statua diui Iulij ad orientē sponte conuersa: acieq; Bebriacensi prius, quā cōmitteretur, duas aquilas in conspectu omnium conflixisse, uictaq; altera, superuenisse tertiam à solis ortu, ac uictricem abegisse.

Assumptio eius ad imperium. CAP. VI.

NEc tamen quicquam antè tentauit, promptissimis, atq; etiā instantibus suis, quā sollicitatus quorūdam

Prandente eo, &c. Significabat hoc ostentum humanam potentiam, exterasq; gentes futuras uespasiano subiectas.

Bos arator, &c. significabat hoc ostentū fortissimosq; submituros ceruices, Vespasianiq; in. um subituros.

Fuit hic Iosephus luculentus historicus Iudaicę scriptor.

dam & ignotorū & absentiuū fortuito fauore. Mæsiaci exercitus bina è tribus legionibus millia missa auxilio Othoni, postquam iter ingressis nūtiatum est uictū cum, ac uim uitæ suæ attulisse, nihilo secius Aquileiā usq; perseuerauerunt, quasi rumori minus crederent. Ibi per occasionem, ac licentiam, omni rapinarum genere grassati, cum timerēt, ne sibi reuersis reddenda ratio, ac subeunda poena esset, consilium inierunt eligendi creandiq; imperatoris. Neq; enim deteriores esse aut Hispaniensi exercitu, qui Galbam: aut prætoriano, qui Othonē, aut Germaniciano, qui Vitellium imperatorem fecissent. Propositis itaq; nominibus legatorum consularium, quot ubiq; tunc erant, cum ceteros alij alium alia de causa improbarent, & quidam è legione tertia, quæ sub exitu Neronis trās-lata ex Syria in Mæsiam fuerat, Vespasianū laudibus ferrent, assensere cuncti, nomenq; eius uexillis omnibus sine mora inscripserunt. Et tunc quidem cōpressa res est, reuocatis ad officii muneris parumper. Ceterum diuulgato facto, Tyberius Alexander præfectus Aegypti primus in uerba Vespasiani legiones adegit Calēd. Iulij, qui principatus dies in posterum obseruatus est. Iudaicus deinde exercitus, v. idus Iulij apud ipsum iurauit. Plurimum cœptis contulerunt, iactatum exemplar epistolæ, ueræ siue falsæ defuncti Othonis ad Vespasianū, extrema obtestatione ultionem mandantis, & ut reip. subueniret, optantibus: simul rumor dissipatus, destinasse Vitellium uictorem permutare hyberna legionū: & Germanicas trāsferre in orientē ad securiorē, mollioremq; militiam. Præterea ex præsidibus prouinciarum Lucinius Mutianus, & è regi-

Veræ siue falsæ, pro seu ueræ seu falsæ.

Erat id tēporis Mutianus Syriæ præpositus.

bus

bus Vologesus Parthus : ille deposita similitate, quam in id tempus ex emulatione non obscure gerebat, Syriacū promisit exercitum : hic. x l. millia sagittariorum.

Miracula quædam per eum facta in initio principatus eius.

CAP. VII.

Sv scepto igitur civili bello, ac ducibus, copijsq; in Italiam præmissis, interim Alexandriã transijt, ut claustra Aegypti obtineret. Hic, cum de firmitate imperij ca-
pturus auspiciū ædem Serapidis submotis omnibus, so-
lus intrasset, ac propitiato multum deo, tandem se con-
uertisset, uerbenas, coronasq; , & panificia, ut illic asso-
let, Basilides libertus obtulisse ei uisus est : quem neque
admissum à quoquam, & iam pridem propter neruorum
ualetudinē uix ingredi, longeq; abesse constabat. Ac sta-
tim aduenere literæ, fusas apud Cremonam Vitellij co-
pias, ipsum in urbe interemptum nuntiantes. Autoritas,
& quasi maiestas quædam, ut scilicet inopinato, & ad-
huc nouo principi deerat : hæc quoque accessit. E' plebe
quidam luminibus orbatas, item alius debili crure, seden-
tem pro tribunali pariter adierunt, orantes opem uale-
tudinis, demonstratam à Serapide per quietem : restitu-
turum oculos, si inspuiisset : confirmaturum crus, si di-
gnaretur calce contingere. Cum uix fides esset rem ullo
modo successuram, ideoq; ne experiri quidem auderet:
extremò hortantibus amicis, palam pro concione utrū-
que tentauit, nec euentus defuit. Per idem tempus Te-
geæ in Arcadia, instimctu uaticinantium, effossa sunt sa-
crato loco uasa operis antiqui, atque in ijs æsimilis Ve-
spasiano imago.

De Serapide
& Basilide vi,
de Tacitum.

Tacitus non
crure, sed ma-
nu ægra fuisse
ait.

Restitutio collapsæ Reip. CAP. VIII.

De Iudæici
triumphi pō,
pa vide Iose,
phū li. de bel.
Iud. 7. c. 24.

Ign. dolo. affe
cti fuerāt igno
minia sub prio
rib⁹ principi
bus, Galba, et
Vitelio.

Navales mili
tes more cur
forū vicissim
iter iugiter fa
cientes, nego
tiorum publi
corum causa
calciamēta cō
fumebant: vn
de perebāt ali
quid præmij
calciamēti no
mine sibi con
stitui.

Talis, tantaq; cū fama in urbē reuersus, acto de Iu
dæis triūpho, cōsulatus octo ueteri addidit. Susce
pit & censuram, ac & per totum imperij tempus nihil
habuit antiquius, quàm propè afflictā, nutantemq; remp.
stabilire primò, deinde & ornare. Milites, pars uictorie
fiducia, pars ignominie dolore, ad omnem licentiam, au
daciāq; proceſerāt. Sed & prouinciæ, ciuitatesq; libe
ræ, nec non & regna quedam tumultuosius inter se age
bant. Quare Vitellianorum quidem & exautorauit plu
rimos, & coërcuit. Participibus autem uictorie adeò ni
hil extra ordinem indulsit, ut etiam legitima præmia nō
nisi serò persoluerit. Ac ne quam occasionem corrigendi
disciplinam prætermitteret, adolescentulum fragrantem
unguento, cū sibi pro impetrata præfectura gratias age
ret, nutu aspernatus, uoce etiam grauissima increpuit, ma
luissem allium oboluissem, literasq; reuocauit. Clasiarios
uero qui ab Hostia, & Puteolis Romam pedibus per ui
ces cōmeant, petentes constitui aliquid sibi calciarij no
mine, quasi parum esset sine respōso abegisse, iussit post
hæc excalciatos cursitare: & ex eo ita cursitant. Acha
iam, Lyciam, Rhodum, Byzantium, Samum libertate
adempta, item Thraciam, Ciliciam, & Comagenē ditio
nis regie usq; ad id tempus in prouinciarum formam re
degit. Cappadocia propter assiduos Barbarorum incur
sus legiones addidit, consularemq; rectorē imposuit pro
equite Romano. Deformis urbs ueteribus incendijs, ac
ruinis erat: uacuas areas occupare, & edificare, si posses
sores cessarent, cuicumque permisit. Ipse restitutionem
Capitolij

Capitolij aggressus, ruderibus purgandis manus primus admouit, ac suo collo quædã extulit, arearumq; tabularũ tria millia, quæ simul cõflagauerant, restituenda suscepit, undiq; inuestigatis exemplaribus. Instrumentum imperij pulcherrimum, ac uetustissimum confecit: quo continebatur penè ab exordio urbis Senatuscõsulta, plebiscita de societate, & fœdere, ac priuilegio cuiuscq; cõcessis.

Restitutio collapsæ reip. CAP. IX.

Fecit & noua opera, templum Pacis foro proximum, diuicq; Claudij in Celio monte, cæptum quidem ab Agrippina, sed à Nerone propè funditus destructum: itè amphitheatrum urbe media, ut destinasse compererat Augustũ. Amplissimos ordines, & exhaustos cæde uaria, et contaminatos ueteri negligentia purgauit, suppleuitq; re censo Senatu, & equite, submotis indignissimis, & honestissimo quoq; Italicorum, ac prouincialium allecto: atq; uti notum esset, utrunq; ordinem non tam libertate interesse, quàm dignitate differre, de iurgio quodam Senatoris, equitisq; Ro. ita pronunciauit: Non oportere maledici senatoribus, remaledici ciuile, fasq; esse.

Amplissimi ordines, senatorius, & equester. Recenso, pro te centito.

Litigia per eum compendiosissimè decisa.

CAP. X.

Litium series ubiq; maiorem in modum excreuerant, manentibus antiquis intercapedine iurisdictionis, accedentibus nouis ex conditione, tumultuq; temporum. Sorte elegit, per quos rapta bello restituerentur, quiq; iudicia centumuiralia, quibus peragendis uix suffectura litigatorum etas uidebatur, extra ordinem dijudicarent, redigerentq; ad breuissimum numerum.

Decretum in fœneratores. CAP. XI.

Quæ se alie.
&c. hoc antea
à Claudio fir-
ctum fuisse me-
morat Tacit-
tus.

Libido, atq; luxuria (coërcente nullo) inualuerat. Au-
tor Senatui fuit decernendi, ut quæ se alieno seruo
iunxisset, ancilla haberetur. Né ue filiorum familiâs fœne-
ratoribus exigendi crediti ius unquam esset, hoc est, ne
post patrum quidem mortem. Cæteris in rebus statim ab
initio principatus usque ad exitum ciuilib, & clemens.

Mediocritas originis non dissimulata.

CAP. XII.

Mediocritatem pristinam neq; dissimulauit unquã,
Mac frequenter etiam præ se tulit. Quin & conan-
tes quosdam originem Flauij generis ad conditores Rea-
timos, comitemq; Herculis, cuius monumentum extat uia
salaria, referre, irrisit ultro. A deoq; nihil ornamentorũ ex
trinsecus cupidè appetiuit, ut triumpho die fatigatus tar-
ditate, & tædio pompæ, non reticuerit, meritò se ple-
cti, qui triumphum, quasi aut debitũ maioribus suis, aut
speratum unquam sibi, tam ineptè senex concupisset. Ac
ne Tribunitiam quidem potestatem, & patris patriæ ap-
pellationem nisi serò recepit. Nam consuetudinem salu-
tantes scrutandi, manente adhuc bello ciuili, omiserat.

Causi. sig. &c.
i. figuratas re-
prehensiones,
& obliqua di-
ctã, quibus in
actionibus cau-
sarum principè
taxabant.
Hactenus. i. nõ
vltra hoc di-
ctum progres-
sus est.
Ego ta. vir sũ.
hoc verbo Mi-
nutia. tanquã
effeminatum
taxabat.

Patientia erga criminantes. CAP. XIII.

Alicorum libertatem, caudicorũ figurã, ac phi-
losophorum contumaciam lenissimè tulit. Liciniũ
Mutianum note impudicitie, sed meritorum fiducia mi-
nus sui reuerentem, nunquam nisi clam, & hactenus re-
taxare sustinuit, ut apud communem aliquem amicum
querens, adderet clausula, Ego tamen uir sum. Saluum
Liberalè in defensione diuuis rei, ausum dicere, quid ad
Cæsarem

Cæsarem, si Hipparcus h. s. millies habet? & ipse lau-
dauit. Demetrium Cynicum in itinere obuium sibi post
dominationem, ac neque assurgere, neque salutare se di-
gnantem, oblatrantem etiam nescio quid, satis habuit ca-
nem appellare.

Obliuio inimicitiarū contra eum. CAP. XIII.

Offensarum, inimicitiarumq; minime memor, execu-
tor ue, Vitellij hostis sui filiam splendidissime ma-
ritauit, dotauitq; etiam, & instruxit. Trepidum eum in-
terdicta aula sub Nerone, quarentemq; quidnam age-
ret, aut quò abiret, quidam ex officio admissionis simul
expellens, abire Morboniam iusserat. In hunc postea de-
precantem haud ultra uerba excanduit, & quidem toti-
dem ferè, atq; eadem. Nam ut suspitione aliqua, uel metu
ad perniciem cuiusquam compelleretur tantum absuit, ut
monentibus amicis cauendum esse Metium Pomposianū,
quòd uulgò crederetur genesim habere imperatoriam, in
super coss. fecerit, spondens quandoque beneficij me-
morem futurum.

Clementia eius in reos accusatos. CAP. XV.

Non temere quis punitus insons reperitur, nisi ab-
sente eo & ignaro, aut certe inuito, atque dece-
pto. Heluidio Prisco, qui reuersum ex Syria solus, priua-
to nomine Vespasianū salutauerat, & in pretura omni-
bus edictis sine honore ac mentione ulla transmisse-
rat, non antè succensuit, quam altercationibus insolentis-
simis penè in ordinem redactus. Nunc quoque, quam-
uis relegatum primò, deinde & interfici iussum, magni
æstimauit seruare quoquo modo, misis qui percussores

Instruxit. i. su-
pellecile ma-
tronalit excor-
luit.
Qui ex off. ad-
id est, quidam
ex admissiona-
libus.
Abi. Morbo.
allusio est ad
nomē hoc est,
h^o, ueluti Mor-
bonia domici-
liū sit morbo-
forum: tunc
enim morbo
conflictabat
Vespasianus.
Cred. ha. ge-
imp. hoc est,
mathematici
inspecta eius
nariuitate præ-
dicebant fore
ut aliquando
imperaret.

reuocarent: & seruasset, nisi iam perijsse falso nunciatum
esset. Ceterum neque cæde cuiusq; unquam letatus, iustus
supplicijs illachrymauit etiam, & ingemuit.

Auaritia eius, & cupiditas. CAP. XVI.

Sola est, in qua meritò culpetur pecuniæ cupiditas:
non enim contentus omiſſa sub Galba uectigali re-
uocasse, noua, & grauia addidisse, & auxisse tributa pro-
uincijs, nonnullis & duplicasse, negociationes quoq; uel
priuatò pudendas propalam exercuit, coemendo quædã
tantum, ut pluris postea distraheret: nec candidatis qui-
dem honores, reis ue tam innoxijs, quàm nocentibus abso-
lutiones uenditare cunctatus est. Creditur etiam procura-
torum rapacissimum queng; ad ampliora officia ex indu-
stria solitus promouere, quò locupletiores mox condem-
naret: quibus quidem uulgo pro spongijs dicebatur uti,
quòd quasi & siccos madefaceret, & exprimeret humen-
tes. Quidam natura cupidissimum tradüt, idq; exprobra-
tum ei à sene bubulco: qui negata sibi gratuita libertate,
quam imperium adeptum suppliciter orabat, proclama-
uerit, Vulpem pilum mutare non mores. Sunt contra qui
opinentur ad manubias, & rapinas necessitate cõpulsam,
summa erarij, fisciq; inopia, de qua testificatus sit initio
statim principatus, professus quadringentis millies opus
esse, ut respublica stare posset. Quod & uerisimilius ui-
detur, quando & malè partis optimè usus est.

Liberalitas & magnificentia eiusdem.

CAP. XVII.

In omne hominum genus liberalissimus. Expleuit cen-
sum senatorium. Consulares inopes quingenis sester-
tijs

Vitia ingenita
nulla dignitate
mutantur,

tij.
tes t

I
ti
Pra
sire
uit.
sa p
com
tus

L
Ap
roq
mu
rea
ctè,
bus
nis:
car
rum
diu
ferè
gat
stat
ses

tijis annuis sustentauit. Plurimas per totum orbem ciuitates terramoto, aut incendio afflictas restituit in melius.

Cultus in omnes, & præcipuè doctos.

CAP. XVIII.

Ingenia, & artes uel maximè fouit. Primus è fisco Latiniis, Græcisq; rhetoribus annua centena constituit. Præstâtes poëtas, nec non & artifices coëmit. Item colofsi refectorem insigni congiario, magnaq; mercede donauit. Mechanico quoque grandes columnas exigua impensa perducturum in Capitolium pollicenti, præmium pro commento non mediocre obtulit, operam remisit, præfatus sineret se plebeculam pascere.

Ludi per eum editi, & conuiuia. CAP. XIX.

Ludis, per quos scena Marcelliani theatri restituta dedicabatur, uetera quoq; acroamata reuocauerat. Apollinari tragædo quadringenta, Pterino, Diodoroq; citharædis ducena, nonnullis centena, quibus minimum, quadragesima sestertia super plurimas coronas aureas dedit. Sed & conuiuabatur assiduè: ac sæpius refectè, ac dapfilè, ut macellarios adiuuaret. Sicut Saturnalibus dabat uiris apophoreta, ita & Calend. Martij foenis: & tamen ne sic quidem pristina cupiditatis infamia caruit. Alexandrini Cybiotatem eum uocare perseverarunt, cognomine unius è regibus suis turpissimarum sortidum. Sed & in funere Fauo Archimimus personam eius ferens, imitansq; (ut est mos) facta ac dicta uiui, interrogatis palam procuratoribus quanti funus, & pompa constaret: ut audijt sestertia centies, exclamauit, centum sibi sestertia darent, ac se uel in Tyberim proijcerent.

Centena. s. sestertia.

Sive me plebipaf. Si mechanicus ille parua impensa columnas perduxisset, plebecula. i. uiliores operarij, & ex opa quotidiana victu quæritates, qui huic negotio afertpti erant, perdidissent cibum, quo ob impensam operâlebantur.

De Cybiotate vide Egnati. i. Annot. i. Suet.

Statura

Statura corporis, & membrorum, & valetudo
eiusdem. CAP. XX.

Vespasianus
eius talis erat,
qualis est ho-
minis cū uisu
astrictiore al-
tutum exonerā-
tis.

Vespasianus
noctibus uti so-
lebat, ut dierū
actus noctibus,
& nocturnos
diebus traice-
ret.

Statura fuit quadrata, compactis, firmisq; membris,
suultu ueluti nitentis. Vnde quidam urbanorum non
infacetē: Si quidem petenti, ut & in se aliquid diceret, di-
cam, inquit, cum uentrem exonerare desieris. Valetudine
prosperrima usus est, quamuis ad tuendam eam nihil am-
plius quam fauces, ceteraq; membra sibi met ad numerum
in sphaeristerio defricaret, in mediamq; unius diei per sin-
gulos menses interponeret.

Vitæ ordo in principatu eius. CAP. XXI.

Breuiaria, pro
commētarijs.

Ordinem uitæ ferè hunc tenuit. In principatu matu-
rius semper, ac de nocte uigilabat: deinde perlectis
epistolis, officiorumq; omnium breuiarijs, amicos admit-
tebat: ac dum salubatur, & calciabat ipse sese, & ami-
ciebat. Post decisa quæcunq; obuissent negocia, gesta-
tioni, & inde quieti uacabat, accubante aliqua pallaca-
rum, quas in defunctæ locū Cænidis plurimas constitue-
rat, ac secretò in balneū, tricliniumq; transibat. Nec ullo
tempore facilius, aut indulgentior traditur: eaq; momēta
domestici ad aliquid petendum magnopere captabant.

Ludi post cœnam, & quædam faceta eius dicta.

CAP. XXII.

* Als, cū ami-
cis.

Et super cœnam autem, & semper alijs* comissi-
mus, multa ioco transigebat. Erat enim dicacitatis
plurimæ, & sic scurrilis, ac sordidæ, ut ne pretextatis
quidem uerbis abstineret. Et tamen nonnulla eius faceti-
sima extant, in quibus & hoc: Menstrium Florum Con-
sularem admonitus ab eo plaustra potius, quam plostra
dicenda,

dicenda, die postero Flaurum salutauit. Expugnatus autem à quadam quasi amore sui deperiret, cum productæ pro concubitu sestertia quadraginta donasset, admonente dispensatore, quemadmodum summam rationibus uellet referri, Vespasiano, inquit, adamoto.

Versus Græci per eum editi. CAP. XXIII.

Vtebatur & uersibus Græcis tempestiuè satis, & de quodam proceræ stature, improbiusq; nato:

Μακρὰ βιβὸς κρὰ δ' αἰῶν δ' οὐλοχόσκουρ' ἐγχο.

Et maximè de Cerylo liberto, qui diues admodum ob subterfugiendum quandoque ius fisci, ingenuum se &

Lachetem mutato nomine cœperat efferre, ὡ λὰ χυς λὰ-
χυσ ἐπ' αἰῶν αἰῶν, αὐθὺς ἐξ ὑπαρχῆς εἰρήσιν κερυ-
λῶ. Et maximè tamè dicacitatem in deformibus lucris

affectabat, ut inuidiâ aliqua cauillatione dilueret, trans-

ferretq; ad sales. Quendam è charis ministris dispēsatio-

nem cuidam quasi fratri petentem cum distulisset, ipsum candidatum ad se uocauit, exactaq; pecunia, quantam is

cum suffragatore suo pepigerat, sine mora ordinauit.

Interpellanti mox ministro, alium tibi, ait, quære fratrem, hic, quem tuum putas, meus est. Mulionem in itinere quodam suspicatus ad calciandas mulas desilisse, ut

adeunt litigatori spatium, moramq; præberet, interroga-

uit, quanti calciaisset, pactusq; est lucri partem. Repre-

hendenti filio Tito, quòd etiam urina uectigal commentus esset, pecuniam ex prima pensione admouit ad nares, sciscitans num odore offenderetur: & illo negate, atqui,

inquit, è lotio est. Nuntiantibus legatis decretam ei publice non mediocris summæ statuam colosseam, iussit uel

continuo

Impro. nato: Spurium hunc fuisse significare uidetur.

Id est, lōgum vadēs, vibrās ingentē hastā.

Versus est. Hom. ex. 7. Iliā.

Id est, Olaches Laches, cum mortuus fue-

ris, iterū vt à principio dice-

ris Cerylus. Cum enim liberto esset Cerylus, se inger-

nuū efferebat, ne fisco id tributū solueret.

quod libertino ex prisco more pendebant.

cōtinuō ponerent, cauam manum ostentans, & paratam
basim dicens. Ac ne in metu quidem, ac periculo mortis
extremo abstinuit iocis. Nam cum inter progidia catera

Mausoleū in
cāpo Martio
Iulie gentis se
pulchrū erat.

Cæteres post
mortē referē,
bantur in deo
rum numerū.

Mausoleum Caesarum derepentē patuisset, & stella in
cælo crinita apparuisset, alterum ad Iuniam Caluinam è
gente Augusti pertinere dicebat: alterum ad Parthorum
regem, qui capillatus esset. Prima quoque morbi acces=
sione, ut (inquit) puto, deus fio.

Infirmitas & mors eiusdem. CAP. XXIII.

Consulatu suo nono tentatus in Cāpania motiuncu=
lis leuibus, ac protinus urbe reperita, Cutylas, ac
Reatina rura, ubi æstinare quotannis solebat, petijt. Hic
cū superurgentem ualetudinē creberrimo frigide aque
usu, & intestina uitiasset, nec eo minus muneribus impe=
ratorijs ex consuetudinē fungeretur, ut etiam legationes
audiret cubans, aluo repentē usque ad defectiōnem solu=
to, imperatorem ait stantem mori oportere. Dumq; con=
surgit, ac nititur, inter manus subleuantium extinctus est
VIII. Calend. Iulij, annum gerens ætatis sexagesimum
ac nonum, superq; mensē, ac diē septimum.

Præfagium de filio successuro. CAP. XXV.

Claudius im=
perauit annos
14. Nero toti=
dem: sic ambo
imperarūt an=
nos 28. Vespā=
sianus annos
10. Titus, 3.
Domitian⁹, 15.
Hæres igitur
annos quoq;
28, imperarunt.

Conuenit inter omnes tam certū eū de sua, suorumq;
genitura semper fuisse, ut post assiduas in se cōiura=
tiones ausus sit affirmare Senatui, aut filios sibi successu=
ros, aut neminē. Dicitur etiā uidisse quōdam per quietem
stateram in media parte uestibuli palatinae domus positā
examine æquo, cū in altera lance Claudius, & Nero sta=
rent, in altera ipse ac filij: nec res se fellit, quando totidem
annis, pariq; temporis spatio utriq; imperauerunt.

C. Suetonij

C. SVETONII
TRANQVILLI
TITVS.

De amore omnium erga Titum.

TITVS cognomine paterno, amor, ac de-
licie generis humani, tantum illi ad prome-
rendam omnium uoluntatem uel ingenij,
uel artis, uel fortuna super fuit, & quod
difficillimum est, in imperio, quando priua-
tus, atque etiam sub patre principe, ne odio quidem, ne-
dum uituperatione publica caruit.

Ortus, & educatio Titi.

CAP. II.

Natus est III. Calend. Ianuarius insigni anno
Caiana nece, prope Septizonium, sordidis aedibus,
cubiculo uero perparuo, & obscuro: nam manet adhuc,
& ostenditur. Educatus in aula cum Britannico simul,
ac paribus disciplinis, & apud eosdem magistros institu-
tus. Quo quidem tempore, aiunt, Metoposcopum, a Nar-
cisso Claudij liberto adhibitum, ut Britannicum inspicere,
constantissime affirmasse, illum quidem nullo modo,
ceterum Titum, qui tunc propè astant, utiq; imperaturum.
Erant autem adeò familiares, ut de potione, qua Bri-
tannicus hausta periit, Titus quoq; iuxta cubans gustasse
credatur, grauiq; morbo afflictatus diu. Quorum omnium
mox memor, statuam ei auream in palatio posuit, & al-
teram ex ebore equestrem, quae Circensi pompa hodie
quoque praefertur, dedicauit, prosecutusq; est.

Caiana nece, i.
anno quo C.
Callig. fuit in-
terfectus.

Am. Marcell.
Septizonium ce-
leberrimum Romae
fuisse testatur:
magnam. s. mo-
lem, siue aedifi-
cium septem-
zonis ambitum.

Virtus

Virtus eius, & scientia.

CAP.

III.

Explendescere,
ac, p. eminere.

IN puero statim corporis, animiq; dotes explenduerunt, magis, ac magis deinceps per ætatis gradus forma egregia, & cui non minus autoritatis inesset, quam gratiæ: præcipuum robur, quanquam neque procera statura, & uentre paulò proiectiore: memoria singularis, docilitas ad omnes ferè tum belli, tum pacis artes. Armorum, & equitandi peritissimus, Latine, Græcæq; linguae uel in orando, uel in fingendis poëmatibus promptus, & facilis ad extemporalityatem usq;: sed ne musicæ quidem rudis, ut qui cantaret, & psalleret iucundè, scienterq;: E pluribus comperi, notis quoque excipere uelocissimè solitum, cum amanuensibus suis per ludum, iocumq; certantem imitari chirographa quæcunq; uidisset, ac profiteri sepe, se maximum falsarium esse potuisse.

Vxores eius, honores, atq; victoriæ. CAP. IIII.

TRibunus militum & in Germania, & in Britannia meruit summa industria, nec minore modestia, & fama, sicut apparet ex imaginum eius multitudine, ac titulis per utranque prouinciam. Post stipendia, foro operam dedit, honestam magis, quam assiduam. Eodemq; tempore Arricidiam Tertullo patre equite Rom. sed præfecto quondam prætorianarum cohortium, duxit uxorem,

*afs, Fuluiã.

& in defunctæ locum Martiam* Furmillam splendidi generis, cum qua sublata filia diuortium fecit. Ex quastrum deinde honore legioni præpositus Taricheam, & Galam urbes ualidissimas Iudææ in potestatem redexit, equo quadam acie sub feminibus amisso, alteroq; in scenso, cuius rector contra se dimicans occubuerat.

Lege Ioseph.
li. 3. de bel. Iu.
c. 17. & libr. 4.
c. 1. ac Egesip.
in historia Iu.
daica.

Hieroso

Hierosolyma expugnata.

CAP. V.

GAlba mox tenente temp. missus ad gratulandum, quaquã iret conuertit homines, quasi adoptionis gratia arcesseretur. Sed ubi turbari rursus cuncta sensit, redijt ex itinere: aditoq; Paphie Veneris oraculo, dum de nauigatione consulit, etiam de imperij spe confirmatus est. Cuius breui compos, & ad perdomandam Iudeam relictus, nouissima Hierosolymorum oppugnatione* VII. propugnatores totidem sagittarum confecit ictibus, cepitq; eam natali filie suæ tanto militum gaudio, ac fauore, ut in gratulatione imperatorẽ eum consalutauerunt, et subinde decedentem prouincia detinuerint, suppliciter, nec non & mimaciter efflagitantes aut remaneret, aut secum omnes pariter abduceret: unde nata suspitio est, quasi descisceret à patre, orientisq; regnum sibi uẽdicare tentasset. Quam suspicionem auxit, post quã Alexandria petens, in consecrando apud Memphim boue* Apide dema gestauit, de more siquidem, rituq; prisca religionis: sed non deerant, qui secus interpretarentur. Quare festinans in Italiam, cum Rhegium, dehinc Puteolos oneraria nauae appulisset, Romam inde contendit expeditissimus, inopinantiq; patri uelut arguens rumorum de se temeritatem, Veni, inquit, pater, ueni.

Administratio imperij.

CAP. VI.

Nequẽ ex eo desitit participem, atq; etiam tutorem imperij agere. Triumphauit cum patre, cõsuramq; gessit unã. Eidem collega & in tribunitia potestate, & in septem consulatibus fuit: receptaq; ad se propẽ omnium officiorum cura, cum patris nomine & epistolas ipse distaret,

*afs, 12.

Hierosolyma
capta sunt. 8.
die mensis Se-
ptẽbris, anno
2. principatus
Vespasiani: vt
ait Ioseph. lib.
7. de bel. Iudæa
co multis cap.

*afs, Apl.

Eum hic quæ
 florem signifi-
 cat, qui candi-
 datus princi-
 pis dicebatur,
 quicq; : episto-
 las eius in se
 natu legebat:
 de quo supra
 copiosius.
 Præfectus præ-
 torio apud pri-
 cipem talis erat,
 qualis magi-
 ster equitum
 apud dictato-
 rem.

Quasi consen-
 su. s. suo, & pa-
 tris, cum tamē
 incerto patre id
 faceret.

Titus nundina
 batur. i. senten-
 tias pater-
 nas, & edicta,
 & quæcunq;
 cuiuscunq; colli-
 buissent palā
 vendebat.

Etaret, & edicta conscriberet, orationesq; in Senatu re-
 citaret etiam quæstoris uice, præfecturam quoq; prætorij
 suscepit, nunquam ad id tempus, nisi ab equite Rom. ad-
 ministratam. Egitq; aliquantò inciuius, & uiolentius:
 siquidem suspectissimum quenque sibi, submissis qui per
 theatra, & castra quasi consensu ad pœnam deposcerent,
 haud cunctanter oppressit. In his Aulum Cecinnum con-
 sularem uirum uocatum ad coenam, ac uixdum triclinio
 egressum, confodi iussit. Sanè urgente discrimine cū etiam
 chirographum eius præparatæ apud milites cõiurationis
 deprehendisset. Quibus rebus sicut in posterum securita-
 ti satis cauit, ita ad præsens plurimum cõtraxit inuidiæ,
 ut non temere quis tam aduerso rumore, magisq; inuitis
 omnibus transierit ad principatum.

Mutatio in melius.

CAP. VII.

PRÆTER seuitiam, suspecta in eo etiam luxuria erat:
 quòd ad median noctem comessationes cum profusa-
 sissimo quoque familiarium extenderet: nec minus libido,
 propter exoletorū, & spadonum greges, propterq; insi-
 gnem reginæ Berenices amorem, cui etiam nuptias polli-
 citus ferebatur. Suspecta & rapacitas: quòd constabat in
 concionibus patris nundinari, præmiariq; solitum: deinde
 propalim alium Neronem & opinabantur, & prædica-
 bant. At illi ea fama pro bono cessit, conuersaq; est in ma-
 ximas laudes: neq; ullo uitio reperto, & contra uirtutibus
 summis. Conuiuia instituit iucunda magis, quam profusa.
 Amicos elegit, quibus etiā post eum principes ut & sibi,
 & Reipub. necessarijs ac quieuerunt, præcipueq; sunt usi.
 Berenicen statim ab urbe dimisit inuitus inuita. Quosdā
 è gra

è gratissimis delicatorem, quanquam tam artifices saltationis, ut mox scenam tenuerint, non modò fouere prolixius, sed spectare in publico omnino coetu supersedit. Nulli ciuium quicquam ademit, abstinuit alieno, ut si quis unquam: ac ne concessas quidem, ac solitas collationes recepit. Et tamen nemine ante se munificentia minor. Amphitheatro dedicato, thermisq; iuxta celeriter extractis, munus edidit apparatusissimum, largissimūq;. Dedit et nauale praelium in ueteri naumachia, ibidem et gladiatores, atq; uno die quinq; millia omne genus ferarum.

Vt si quis unquam, pro ut q maxime,

Amphitheatrum destinauerat Augustus, Vespasianus extruxit, Titus dedicauit.

Natura beneuolentissimus. C A P. V I I I.

Natura autem beneuolentissimus, cum ex instituto Tyberij omnes dehinc Cæsares beneficia à superioribus concessa principibus aliter rata nõ haberent, quam si eadem ipsidem et ipsi dedissent, primus præterita omnia uno confirmauit edicto: nec à se peti passus est. In ceteris uerò desiderijs animum hominum obstinatissimè tenuit, ne quem sine spe dimitteret: quin et admonentibus domesticis, quasi plura polliceretur, quam præstare posset: Non oportere, ait, quenquam à sermone principis tristem discedere. Atque etiam recordatus quondam super cœnam, quòd nihil cuiquam toto die præstitisset, memorabilem illam, meritoq; laudatam uocem edidit: Amici, diem perdididi. Populum in primis uniuersum tanta per oēs occasiones comitate tractauit, ut proposito gladiatorio munere, non ad suum, sed ad spectantium arbitrium editurum se professus sit. Et planè ita fecit. Nam neque negauit quicquam petentibus: et ut quæ uellent, peterent, ultrò adhortatus est. Quin et studium armaturæ Thra-

Fanebat Titus gladiatoribus, qui Thracæ dicuntur, cum præ se ferens, sæpe cum populo & uoce, & gestu, ut fautor, cauillatus est: uerum maiestate salua, nec minus æquitate. Ne quid popularitatis prætermitteret, nonnunquam in thermis suis admissa plebe lauit. Quædam sub eo fortuita, ac tristia acciderunt, ut conflagratio Vesuii montis in campania, & incendium Romæ per triduum, totidemq; noctes. Itē pestilentia quantanō temerē aliās. In his tot aduersis, ac talibus, non modō principis sollicitudinem, sed & parentis affectum unicum præstitit, nunc consolando per edicta, nunc opitulando quatenus suppeteret facultas. Curatores restituendæ Campaniæ è consularium numero sorte duxit. Bona oppressorum in Vesuuo, quorum heredes non extabant, restitutioni afflictarum ciuitatum attribuit. Urbis incendio nihil, nisi sibi publicè perisse testatus, cuncta prætoriorum suorum ornamenta operibus, ac templis destinauit: præposuitq; contra plures ex equestri ordine, quō quæq; maturius perageretur. Medendæ ualetudini, leniendisq; morbis nullam diuinam, humanamq; opem non adhibuit, inquisito omnium sacrificiorum, remediorumq; genere. Inter aduersa temporum, & delatores, mandatoresq; erant ex licentia ueteri: hos assiduè in foro flagellis, ac fustibus caesos, ac nouissimè traductos per amphitheatri arenam, partim subijci in seruos, ac uenire imperauit, partim in asperrimas insularum auehi. Utq; etiam similia quandoque ausuros perpetuò coërceret, uetuit inter cætera de eadem re pluribus legibus agi, quærī ue de cuiusquam defunctorū statu ultra certos annos.

Clementia eius, & mansuetudo. CAP. IX.
Pontifi

Apud iuriscōs, fultos inuenire est in re vna plures actiōes dari: quod ferri uetuit Titus. De cuius def. sta. uidelicet seruus ne an liber fuisset. Nā status mutata conditio ple runq; hereditate immutat,

Pontificatum maximū ideo se professus accipere, ut puras seruaret manus, fidē pręstitit, nec auctor post hac cuiusquam necis, nec conscius: quāuis interdū ulciscendi causa non deesset, sed periturum se potius, quā perditurum adiurans. Duos patricij generis conuictos in affectatione imperij, nihil amplius, quā ut desisterent, monuit, dicens principatum fato dari: si quid pręterea desiderarent, promittens se tributurum, & confestim quidem ad alterius matrem, quę procul aberat, cursores suos misit, qui anxie filium saluum nunciarent. Ceterū ipsos non solum familiari cęnæ adhibuit, sed & insequenti die gladiatorum spectaculo circa se ex industria collocatis, oblata sibi * ornamenta pugnantiū inspicienda porrexit. * *Ar̄s, arma,*

Dicitur etiam cognita utriusque genitura, imminere ambobus periculum affirmasse, uenturum quandoque & ab alio, sicut euenit. Fratrem insidiari sibi non desinentem, sed penē ex professo sollicitantem exercitus, meditātē fugam, nec occidere, neque seponere, ac ne in minore quidē honore habere sustinuit, sed ut à primo imperij die, consortem, successoremq; testari perseuerauit: nonnunquā secretò lachrymis, & precibus orans, ut tandem mutuo erga se animo uellet esse.

Vide Sex. Aurelium in ciuidem Titi uitā.

Ex professo. i. apertē. sine dissimulatione.

Gesta per eum in sua morte. C A P X.

Inter hęc morte pręuentus est, maiore hominum dāno, quā suo. Spectaculis absolutis, in quorum fine populo corān ubertim fleuerat, Sabinos petit aliquantō tristior, quod sacrificanti hostia aufugerat, quodq; tempestate serena tonuerat. Deinde ad primā statim mansiōnem febrim nactus, cū inde lectica transferretur, susse-

Dirū omen ueteres arbitrari sunt, hostiā. ab aris aufugere.

Tempestat in bonā partem.

* Als, pallu- xisse dicitur dimotis* plagulis cœlum, multumq; conque-
 lis. stus eripi sibi uitam immerenti. Neque enim extare ullum
 suum factum poenitendū, excepto duntaxat uno: id qua-
 De Titi mor- le fuerit, neq; ipse tunc prodidit, neq; cuiquam facile suc-
 te vide Philo- strac. lib. 6. de currit. Quidam opinantur consuetudinem recordatum,
 xix. Appo- quam cum fratris uxore habuerit, sed nullam habuisse
 n. per sanctē Domitia iurabat, haud negatura si qua omni-
 Cū fratris, no fuisset: imò etiam gloriatura, quod illi promptissimū
 Domitiani, erat in omnibus probris.

Locus, & tempus mortis eiusdem.

C A P. X I.

EXcessit in eadem, qua pater, uilla, Idibus Septēbris,
 post biennium, ac menses duos, diesq; x x. quàm suc-
 cesserat patri, altero & quadragesimo etatis anno.
 Quod ut palàm factum est, non secus atque in domestico
 luctu mœrentibus publicè cunctis, senatus prius, quàm
 edicto conuocaretur, ad curiam cucurrit, observa-
 tisq; adhuc foribus, deinde apertis, tantas
 mortuo gratias egit, laudesq;
 quantas congesit ne uiuo
 quidem unquam,
 atque præ-
 senti.

C. SVETONII

TRANQVILLI

Flavius Domitianus.

Domitiani ortus, & adolescentia.



DOMITIANVS natus est 1 x.
 Calend. Nouembris, patre coss. desti-
 gnato, inituroq; mense insequenti hono-
 rem, regione urbis sexta ad Malum Pu-
 nicum, domo, quam postea in templum
 gentis Flauie cōuertit. Pubertatis, ac primæ adolescentiæ
 tempus tāta inopia, tantāq; infamia gessisse fertur, ut nul-
 lum vas argenteum in usu haberet. Satisq; constat Clo-
 dium Pollionem prætorium uirum, in quem est pœma
 Neronis, quod inscribitur* Luscio, chirographum eius
 conseruasse, & nonnunquam protulisse, noctem sibi pol-
 licentis: nec defuerunt, qui affirmarent corruptum Do-
 mitianum & à Nerua successore mox suo. Bello Vitel-
 liano confugit in Capitolium cum patruo Sabino, ac parte
 præsentium copiarum: sed irrumpentibus aduersarijs, &
 ardente templo apud editum clam pernoctauit, ac mane
 Ifiaci celatus habitu, interq; sacrificulos uane supersti-
 tionis, cū se trans Tyberim ad condiscipuli sui matrem co-
 mite uno contulisset, ita latuit, ut scrutantibus qui uestigia
 subsequenter erant, deprehendi non potuerit. Post uictoriam
 demum progressus, & Cesar cōsalutatus, honorem præ-
 ture urbanæ cū consulari potestate suscepit titulo tenus,
 quam iurisdictionem ad collegam proximum transtulit.

*este Reyno aru de
 la encarnacion de
 n. s. Jesu x.
 82.*

*Roma in regio
 nes. 14. diuisa
 fuit.*

**als, Lusio,*

*Ifidis facerdo-
 tes Ifiaci ap-
 pellantur.*

Ceterum omnem vim dominationis tam licet exercuit, ut iam tum, qualis futurus esset, ostenderet. Ne exequar singula, contrectatis multorum uxoribus, Domitiã Longinam Aelio Lamie nuptam etiam in matrimonium abduxit, atque uno die super xx. urbana officia, atque peregrina distribuit, mirari se Vespasiano dictitante, quod successorem non et sibi mitteret.

Gesta per eum ante principatum. CAP. II.

EXpeditionem quoque in Galliam, Germaniasque, neque necessariam, et dissuadentibus paternis amicis inchoavit, tantum ut fratri se et operibus, et dignatione adaequaret. Ob hæc correptus, quod magis etatis, et conditionis admoneretur, habitabat cum patre una, scellamque eius, ac fratris, quoties prodirent, lectica sequebatur: ac triumphum utriusque Iudaicum, equo albo comitatus est. In sex consulatibus, non nisi unum ordinariu[m] gessit, eumque cedente, et suffragante fratre. Simulavit et ipse mirè modestiam: in primisque poetice studium, tam insuetum antea sibi, quam postea spreto, et abiectum, recitavitque etiam publicè. Nec tamen eo secius cum Vologesus Parthorum rex auxilia adversus Alanos, ducemque alterum ex Vespasiani liberis depoposcisset, omni ope contendit ut ipse potissimum mitteretur. Et quia discussa res est, alios orietis reges, ut idem postularent, donis, ac pollicitationibus sollicitare tenavit. Patre defuncto, diu cunctatus an duplum donativum militi donaret, nunquam iactare dubitavit, relictum se principem imperij, sed fraudem testamento adhibitam. Neque cessavit ex eo insidias struere fratri clam, palamque, quoad correptum gravi valetudine prius, quam plane

Scriptores illius ætatis Domitianu[m] per assentatione[m] tantam quam poetica præcellentem laudaverunt Quintilianus, Plinius, Martialis, atque alij multi.

plane efflaret animam, pro mortuo deserui iussit: defun-
ctumq; nullo, præterquam consecrationis honore digna-
tus, sepe etiam carpsit obliquis orationibus, & edictis.

Gesta per eum in initio principatus. CAP. III.

Inter initia principatus quotidie secretum sibi hora-
rium sumere solebat: nec quicquam amplius, quam
muscas captare, ac stylo præacuto configere, ut cuidam
interroganti, esset ne quis intus cum Cesare, non absur-
dè responsum sit à Vibio Crispo, ne musca quidem. De-
inde uxorem suam Domitiam, ex qua in secundo suo con-
sulatu filium tulerat, alteroq; anno consalutauerat ut Au-
gustam, eandem Paridis histrionis amore deperditam re-
pudiavit: intraq; breue tempus impatiens dissidij, quasi
efflagit ante populo, reduxit. Circa administrationem im-
perij aliquandiu se uarium præstitit, mixtura quoque inæ-
quabili uitiarum, atque uirtutum, donec uirtutes quoque
in uitia deflexit: quantum coniectare licet super ingenij
naturam, inopia rapax, metu seuus.

Spēctacula per eum edita, ac eius liberalitas.

CAP. IIII.

Spēctacula magnifica assidue, & sumptuosa edidit:
non in amphitheatro modo, uerum & in circo: ubi
præter solennes bigarum, quadrigarumq; cursus, præ-
lium duplex etiam equestre, ac pedestre commisit: atque
in amphitheatro nauale quoq;. Nam uenationes, gladiato-
resq; & noctibus ad lychnuchos, nec uirorum modo
pugnas, sed & sceminarum. Præterea quæstorij mune-
ribus, quæ olim omissa reuocauerat, ita semper interfuit,
ut populo potestatem faceret bima paria è suo ludo postu-

Domitianus
ludum pecunia
rehabuit, ubi
familie gladii
torse exerce-
bantur.

landi, quæ nouissima aulico apparatu induceret. Ac per
 omne gladiatorum spectaculum ante pedes eius stabat
 puerulus coccinatus, portentoso, paruoq; capite, cum
 quo plurimum fabulabatur, nonnunquam serio. Auditus
 est certè, dum ex eo querit, ecquid sciret, & quid sibi ui-
 sum esset ordinatione proxima Aegypto præficere Me-
 tium Rufum. Edidit nauales pugnas penè iustarum clas-
 sum, effosso & *circunducto iuxta Tyberim lacu, atque
 *inter maximos imbres prospexit. Fecit & ludos se-
 culares, computata ratione temporum ab anno, non quo
 Claudius proximè, sed olim Augustus ediderat. In his Cir-
 censium die, quò facilius centum missus peragerentur, sin-
 gulos à septenis spatij ad quina corripuit. Instituit &
 quinquennale certamen Capitolino Ioui triplex, musicum,
 equestre, gymnium, & aliquantò pluriù, quàm nunc est
 coronatorum. Certabàt etiam & prosa oratione Græcè,
 Latinæq; ac præter citharædos chorocitharistæ quoq;
 & psallicitharistæ. In stadio uerò cursu etiam uirginis
 certamini præsedit crepidatus, purpureaq; amictus toga,
 Germanicam capite gestans coronam auream cum effi-
 gie Iouis, ac Iunonis, Mineræq; assidentibus Diali sa-
 cerdote, & collegio Flauialium pari habitu, nisi quòd
 illorum coronis inerat & ipsius imago. Celebrabat &
 in Albano quotànus Quinquatria Mineræ, cui collegiù
 instituerat: ex quo sorte ducti magisterio fungerentur,
 redderentq; eximias uenationes, & scenicos ludos, su-
 perq; oratorum, ac poetarum certamina. Congiarium po-
 pulo nummorum trecentorum ter dedit: atque inter spe-
 ctacula muneris largissimum epulum. Septimōtiali sacro
 rum

*afs, circum-
 structo.
 *afs, in ther-
 mis,

Jupiter, Iuno,
 Minerva, dij
 capitolini erāt.

Muneris. s. gla-
 diatorij.
 Septimōtialē
 diem festū age-
 bant Romani,
 eo quòd septi-
 mus collis vr-
 bi attributus
 est.

rum quidem die, Senatui, equitiq; panarijs, plebeijs sportellis cum obsonio distributis. Initium uescendi primus fecit: dieq; proximo omne genus rerum misilia sparsit: & quia pars maior intra popularia deciderat, quinquagenas tesseras in singulos cuneos equestris, ac senatorij ordinis pronunciauit.

Opera publica per eum facta. CAP. V.

Plurima, & amplissima opera incendio absumpta restituit in queis & Capitolium, quod rursus arserat, sed omnia sub titulo tantum suo, ac sine ulla pristini autoris memoria. Nouam autem excitauit eadem in Capitolio Custodi Ioui, & forum quod nunc Nerue uocatur. Item Flauie templum gentis, & stadium, & * odion, & nau-machiam: è cuius posteà lapide maximus circus, deustis utriusq; lateribus, extructus est.

Ioui Cusro, qd eum conseruat set Vitelliano bello, ut dicitur sum est. c. j.

* A's, metho dion.

Expeditiones per eum susceptæ. CAP. VI.

Expeditiones partim sponte suscepit, partim necessariò. Sponte in Cattos, necessariò unam in Sarmatas, legione cū legato simul cæsa. In Dacos duas, primã Oppio Sabino cõsulari oppresso, secūdã Cornelio Fusco prefecto cohortiũ prætorianarũ, cui belli summã cõmiserat. De Cattis, Dacisq; post uaria prælia, duplicẽ triũphum egit. De Sarmatis laureã modò Capitolino Ioui retulit. Bellũ ciuile motũ à L. Antonio superioris Germaniæ præsi de cõfecit absẽs felicitate mira, cū ipsa dimicationis hora resolutus repẽte Rhenus, trãsiturus ad Antoniũ copias barbarorũ inhibuisset. De qua uictoria prius præsagijs, quã nuncijs comperit. Siquidem ipso, quo dimicatum est die, statuam eius Romæ insignis aquila circumplexa pennis, clangores

Vide Sex. Aurel. in Domit. vita.

clangores latissimos edidit: pauloq; post occisum Antonium adeo vulgatum est, ut caput eius quoq; apportatum uidisse se pleriq; contenderent.

Autigarū quatuor antea factiones in Circeñsibus fuerant, à coloribus pannorū, quibus utebatur, denotatae: Pralina, quae veri dicata erat: Rosea, flāmea: Alba, pruinoso autumno: Virena, nubilate hyemi. His diuisa Addidit Domitii. aurati, purpureiq; panis.

Moris antea Ro. fuerat face re maiora, & minora castra.

De depositio, ne pecuniae militū ad signa, vide Veget. lib. 2.

Nummarij iudices. i. nummis, & pecunia corrupti,

Quaedam instituta, & ordinata per eum. c. VII.

Multa etiam in communi rerum usu nouauit. Sportulas publicas sustulit, reuocata coenarum rectorum consuetudine. Duas Circensibus gregum factiones aurati, purpureiq; pāni ad quatuor pristinas addidit. Interdixit histrionibus scenam, intra domum quidem exercendi artem iure concessio. Castrari mares uetuit. Spadonum, qui residui apud mangones erant, pretia moderatus est. Ad summam quondam ubertatem uini, frumenti uero inopiam, existimans nimio uinearū studio negligi arua, edixit ne quis in Italia nouellaret: utq; in prouincijs uineata succideretur, relictā (ubi plurimum) dimidia parte, nec exequi rem perscuerauit. Quaedam ex maximis officijs inter libertinos, militesq; Rom. communicauit. Geminari legionum castra prohibuit: nec plus quam mille nūmos à quoquā ad signa deponi: quod L. Antonius apud duarum legionum hyberna, res nouas moliens, fiduciam cepisse etiam ex depositorū summa uidebatur. Addidit quartum stipendium militi, aureos ternos.

Diligentia eius & industria in iure dicendo.

CAP.

VIII.

Ivs diligenter, & industrie dixit. Plerunq; & in foro pro tribunali extra ordinem ambitiosas centumuiorum sententias rescidit. Recuperatores, ne se semper per suasorijs assertionibus accommodarent, identidem admo-
nuuit. Nummarios iudices cum suo quoenque consilio notauit.

tavit. Autor & Tribunis pleb. fuit adilem sordidū repe-
 tendarum accusandi, iudicesq; in eum à Senatu petendi.
 Magistratibus quoq; urbicis, prouinciarumq; praesidibus
 coërcendis tantum curæ adhibuit, ut neque modestiores
 unquam, neque iustiores extiterint: è quibus plerosq; post
 illum reos omnium criminum uidimus. Suscepta morum
 correctione, licentiâ theatralem promiscuè in equite spe-
 ctâdi inhibuit. Scripta famosa, uulgoq; edita, quibus pri-
 mores uiri, ac foemina notabantur, aboleuit non sine au-
 torum ignominia. Questorium uirum, quòd gesticulâdi,
 saltâdiq; studio teneretur, mouit Senatu. Probrosis foemi-
 nis lecticæ usum ademit. iusq; capiendi legata, heredita-
 tesq;. Equitem Rom. ob reductam in matrimonium uxo-
 rem, cui dimissæ adulterij crimen intèderat, erasit iudiciū
 albo. Quosdam ex utroque ordine lege Scatinia cõdem-
 nauit. Incesta Vestalium uirginum à patre suo quoq; &
 fratre neglecta, uariè, ac seuerè coërcuit: priora capitali
 supplicio, posteriora more ueteri. Nam cum Ocellatis so-
 roribus, item Varonillæ liberum mortis permisisset arbi-
 trium, corruptoresq; earum relegasset, mox Corneliam
 uirginem maximam, absolutam olim, dehinc longo inter-
 uallo repetitâ, atq; conuictam, defodi imperauit. Stupra-
 toresq; uirgis in comitio ad necem cædi, excepto præto-
 rio uiro, cui dubia etiannum causa, & incertis quæstio-
 nibus, atq; tormentis de semet professo, exilium indulsit.
 Ac nequa religio deum impune cõtaminaretur, monimen-
 tum, quod libertus eius è lapidibus templo Capitolini Io-
 uis destimatis filio construxerat, diruit per milites, ossaq;
 & reliquias, quæ inerant, mari misit.

In equite. i. in
 ordine eque-
 stri. Alij, pro-
 miscuè, & in
 quietè, legunt.

Lege Scatinia,
 à Scatinio la-
 ta, puniebant
 muliebria pas-
 sientes, præci-
 pue uiri.

Veterem morè
 impudicas ve-
 stales puniendi
 uide apud P6
 po. Lætum de
 Ro. sacerdo.
 Ocella, foro.
 cognomen est
 Vestalium ex
 Ocellata fami-
 lia.

Clemen

Clementia eius, & largitas in initio principatus.

CAP. IX.

INter initia usque adeo ab omni cæde abhorrebat, ut absente adhuc patre, recordatus Vergilij uersum:

Georg. 2.

Impia quàm cæsis gens est epulata iuuenis:

edicere destinauerit: ne boues immolarentur. Cupiditatis quoq; atq; auaritiæ uix suspicionem ullam, aut priuatus unquã, aut princeps aliquandiu dedit, imò è diuerso magnæ sepe non abstinentiæ modò, sed etiam liberalitatis experimenta. Omnes circa se largissimè profecutus, nihil prius, aut acrius monuit, quàm ne quid sordidè facerent. Relictas sibi hereditates ab ijs, quibus liberi erãt, non recepit. Legatum etiã ex testamento Ruscij Cepionis, qui cauerat, ut quotannis ingredientibus curiam Senatoribus certam summam uiritim præstaret heres suus, irritũ fecit. Reos, qui ante quinquennium proximum apud ærarium pependissent, uniuersos discrimine liberauit, nec repeti, nisi intra annum, eaq; conditione permisit, ut accusatori, qui causam non teneret, exilium pœna esset. Scribas quæstorios negociantes ex consuetudine, sed contra Clodiam legem, uenia in præteritum donauit. Subcisiua, quæ diuisis per ueteranos agris carptim supersuerunt, ueteribus possessoribus, ut usucapta cõcessit. Fiscales calūniis, magna calumniantium pœna repressit: ferebaturq; uox eius: Princeps qui delatores non castigat, irritat.

Pendere apud ærarium dicuntur rei, qui necdum absoluti, necdum dånati sunt.

Teneret, pro vinceret.

Portiunculas agrorum quasi subcistas, relictas uel, quæ uelut reliquie in diuidendis agris supersuerunt. Subcisiua appellantur Trāquillus, * Als, pauperem.

Seuitia, & crudelitas eius in plurimos. c. x.

Sed neq; in clementiæ, neq; in abstinentiæ tenore permansit, & tamen aliquãtò celerius ad seuitiam descendit, quàm ad cupiditatẽ. Discipulũ Paridis pãtomimi* puerem

berem adhuc, etiam tum maximè ægrum, quòd arte, for-
 maq; nō ab similis magistro uidebatur, occidit. Item Her-
 mogenem Tarcensem propter quasdam in historia figu-
 ras, librarijs etiam, qui eam descripserant, crucifixis. Pa-
 trem familias, quòd Thracem mirmilloni parem, munera-
 rio imparem dixerat, detractum è spectaculis in arenam,
 canibus obiecit, cum hoc titulo: Impiè locutus parmula-
 rius. Complures Senatores, in his aliquot consulares in-
 teremit: ex quibus Ciuicam Cerealè in ipso Asia procon-
 sulatu, Saluidienum Orficum, Aciliū Glabrimonem exilio
 quasi molitores nouarū rerum. Ceteros leuissima quemq;
 de causa: Aelium Lamiam, ob suspitiosos quidem, uerū
 & ueteres, & innoxios iocos: quòd post abductam uxo-
 rem laudanti uocè suam, heu taceo dixerat: quodq; Tito
 hortanti se ad alterū matrimonium respōderat, μὴ ἤγε
 σὺ γαμῦσαι θέλεις; Saluium Cocceanum, quòd Otho-
 nis imperatoris patruī sui diem natalem celebrauerat: Me-
 tium Pomposianum, quòd habere imperatoriam genesim
 uulgò ferebatur: & quòd depictum orbem terræ in mem-
 branis concionesq; regum, ac ducū ex Tito Liuiο circum-
 ferret, quodq; seruis nomina Magonis, & Annibalis indi-
 disse. Sallustium Lucullum Britanniæ legatum, quòd lan-
 ceas nouæ formæ appellare Luculleas passus esset. Iunium
 Rusticum, quòd Peti Traseæ, & Eluidij Prisci laudes
 edidisset, appellaretq; eos sanctissimos uiros: cuius crimi-
 nis occasiōe, philosophos omnes urbe, Italiaq; submouit.
 Occidit & Eluidiū filium, quòd quasi scenico exodio sub
 persona Paridis, & Oenones diuortii suū cum uxore tra-
 ctasset. Flauium Sabinū alterum è patruelibus, quòd eum
 comitorum

Propt. q. in. lu
 fig. id est, pro-
 pter figuratū
 scribendi ges-
 nus, & obliqua
 dicta, quæ in
 eius cōtumeliā
 trahi posse uir-
 debantur.

Molitores, à
 molliendo.

id est, an & tu
 uxorem duces
 te uis?

Destin. i. ele. comitorum consularium die destinatum, perperam praes-
 sum cōsulem, ad populum, sed imperatorem pronū-
 designatumq; tiasset. Verū aliquātō post ciuili bellī uictoriā seuior,
 Ciuil. belli: qd plerofq; partis aduersae, dudum etiam latentes conscios,
 inter Vitellia inuestigato nouo quaestiois genere distorsit, immisso per
 nos, & Flauia obsecna igne. Nonnullis & manus amputauit. Satisq;
 nos gestū est: aut quod cum constet duos solos è notioribus uenia donatos, tribunum
 Antonio supe latiacium, & centurionem, qui se, quò facilius expertes
 rioris Germa culpa ostenderēt, impudicos probauerant: & ob id neq;
 nia praeside, apud ducē, nec apud milites ullius momēti esse potuisse.
 Item eiusdem sauitia, & crudelitas.

CAP.

XI.

Auctorem sum
 mai. cum, qui
 summas accer-
 pti, & expenti
 perscribat
 in codice,

ERat autem non solum magna, sed & callida, inopi-
 nataq; seuitia. Auctore summarum pridie quam cri-
 cifigeret, in cubiculū uocauit, assidere in toro iuxta coe-
 git, securum, hilaremq; dimisit, partibus etiam de coena
 dignatus est. Aretinū Clementem consulem uirum è fa-
 miliaribus, & emissarijs suis capitis condemnaturus, in
 eadem, uel etiā in maiore gratia habuit, quoad nouissime
 simul gestanti conspecto delatore eius: Vis, inquit, hunc
 nequissimū seruum cras audiamus? Et quò contemptius
 aūteretur patientia hominum, nunquam tristiores sen-
 tentiā sine praefatione clementiae pronuntiauit, ut nō aliud
 iam certius atrocis exitus signum esset, quā principij le-
 nitatis. Quosdam maiestatis reos in curiam induxerat: &
 cum praedixisset experturum se illa die, quā charus se-
 natui esset, facile perferat, ut etiam more maiorum pu-
 niendi condemnarentur: deinde atrocitate poenae conter-
 ritus, ad leniendam inuidiam intercessit, his uerbis (neque
 enim

enim ab re fuerit ipsa cognoscere) Permittite patres con-
scripti à pietate uestra impetrari, quod scio me difficul-
ter impetraturum, ut damnatis liberum mortis arbitrium
indulgeatis. Nam & parcetis oculis uestris, & intelli-
gent me omnes senatui interfuisse.

Rapinæ, & extorsiones eius.

CAP.

XII.

EXhaustus operum, ac munerum impensis, stipen-
dioq; quod adiecerat, tentauit quidem ad releuãdos
castrêses sumptus militum numerum diminuerè. Sed cum
obnoxium se Barbaris per hoc animaduertet, neque se-
cius eo in explicandis oneribus omnibus hæret, nihil
pensi habuit, quin prædaretur omnimodo bona uiuorum,
& mortuorum usquequaq; quolibet & accusatore, &
crimine corripiebantur. Satis erat obijci qualecunque fa-
ctum, dictumq; aduersum maiestatem principis. Confisca-
bantur alienissimæ hereditates, uel existente uno qui di-
ceret audisse se ex defuncto, cum uiueret, heredem sibi
Cesarè esse. Præter ceteros Iudaicus fiscus acerbissimè
actus est: ad quem deferebantur, qui uelut profesi, Iu-
daicam intra urbem uiuerent uitam, uel dissimulata origi-
ne imposta genti tributa nõ pependissent. Interfuisse me
adulescentulum memini, cum à procuratore, frequentissi-
moq; concilio inspiceretur nonagenarius senex an cir-
cunsectus esset. Ab iuuenta minime ciuilis, animi confi-
dens, etiam & tum uerbis, tum rebus immodicus. Ce-
nidi patris concubinae ex Istria reuerse, osculumq; ut
assueuerat, offerenti, manum præbuit. Generum fratris
indignè ferens, albatos & ipsum ministros habere, pro-

Alien. hered.
i. nihil ad hunc
artinentes.

Iud. fisc. i. tri-
buti à Iudeis
exactum, quod
ad hunc deuol-
uebatur.

A clamauit:

Id est, non bo- clamauit: οὐκ ἀγαθὸν πολυλογοῦν.

na multitudo
imperatorum.
Pat. se & fra.
ip. de hoc ideo
dixit, quonia
Romæ à militi
bus consaluta-
tus est Cæsar,
profligaris vi-
rellianis, abfen-
tibus patre, &
fratre: vt dictū
est supra ca. 1.
Die epul. quo
f. populo epu-
lum dedit.
Cap. certam.
Ioui Capitoli
no. vt dictum
est supra, quin-
quennale cer-
tamen institue-
rat.
Iani simulacra
plurima Do-
mitianus extru-
xit.

Elatio eius & vana gloria.

CAP. XIII.

P Rincipatum uerò adeptus neque in Senatu iactare dubitauit, & patri se: & fratri imperium dedisse, illos sibi reddidisse: neque in reducenda post diuortium uxore dicere, uocatam eam in puluinar suum: acclamari etiam in amphitheatro epulari die libèter audit: domino, & domine feliciter. Sed & Capitolino certamine cunctos: ingenti consensu precantes, ut Palfurium Suram re-stitueret, pulsus olim senatu, ac tunc de oratoribus cono-natum, nullo responso dignatus, tacere tatummodo iussit uoce præconis. Pari arrogantia, cum procuratorum suo rum nomine formalem dictaret epistolam, sic cœpit: Do-minus, & deus noster sic fieri iubet. Vnde institutū post-hac, ut ne scripto quidem, ac sermone cuiusquam appella-retur aliter. Statuas sibi in Capitolio non nisi aureas, & argenteas poni permisit, ac ponderis certi. Ianos, arcusq; cum quadrigis, & insignibus triumphorum per regiones urbis tantos, ac tot extruxit, ut cuidam Græcè inscriptū arcui sit: Aream, & Caluitium. Consulatus xvii. ce-pit, quod ante eum nemo. Ex quibus septem medios con-tinuauit: omnes autem penè titulo tenuis gessit, nec quen-quam ultra Calend. Maij, plures ad Idus usq; Ianuarias. Post autem duos triumphos, Germanici cognomine as-sumpto, Septembrem mensem, & Octobrem ex appella-tionibus suis, Germanicum, Domitianumq; transnomina-uit: quod altero suscepisset imperium, altero natus esset.

Coniuratio contra eum facta, & suspitio mortis, quam habebat.

CAP. XIII.

Per hæc

Per hæc terribilis cunctis, & inuisus, tãdem oppres-
sus est amicorum, libertorumq; intimorum conspi-
ratione, simul & uxoris. Annum, diemq; ultimum uitæ
iam pridem suspectum habebat, horam etiam, nec non &
genus mortis. Adolefcentulo Chaldæi cuncta prædixerat.
Pater quoque super cœnam quandam fungis abstinentem
palam irriserat, ut ignarum sortis suæ, quod non ferrum
potius timeret. Quare pauidus semper, atque anxius, mi-
nimis etiam suspicionibus præter modum commovebatur:
ut edicti de excidendis uineis propositi, gratiam facere
non alia magis re compulsus credatur, quam quod sparsi
libelli cum his uersibus erant:

Κύριε μὲ φάγεις ἐπιβίβασι δὲ μὲν ἐστὶ κερτοποφύσσῳ
Ὅσοις φέρειται ἐπὶ τοῦ νεκροῦ ἐπιβουλεύου.

Eadem formidine oblatum à Senatu nouum, & excogita-
tum honorem, quanquã omnium talium appetitissimus,
recusauit: quo decretum erat, ut quoties gereret consula-
tum, equites Ro. quibus fors obtigisset, trabeati, & cum
hastis militaribus præcederent eum inter lictores, appari-
toresq;. Tempore quoq; suspecti periculi appropinquan-
te, sollicitior in dies, porticum, in quibus spatium cõsue-
uerat, parietes Phengite lapidè distinxit: è cuius splendo-
re per imagines quicquid à tergo fieret, prouideret. Et
nec nisi secretò, atque solus plerasq; custodias, receptis
quidè in manu catenis audiebat, utq; domesticis persua-
deret, ne bono quidem exemplo audendam esse patroni
necem, Epaphroditum à libellis capitali pœnã cõdemna-
uit, quod post destitutionem Nero in adipiscèda morte
manu eius adiutus existimabatur.

Id est, & si me
comederis ad
radicem, tamè
adhuc fructum
feram, quanquã
sufficiat Cæsa-
ri sacrificando.
Versus illos
ita æmulatus
est Ouidius. j.
Fast. Rode ca-
per vitè, tamè
hinc cum star-
bis ad aras, In
tua quod spar-
gi cornua pos-
sit erit.

De Phengite
lapide, vide
Plin. lib. 36. c.
22.

Patruelis per eum occisus, & prodigia mortis eius.

CAP.

XV.

Denique Flauium Clementem patruelem suū contemptissimæ inertie, cuius filios etiannū paruulos successores palam destinauerat, & abolito priore nomine, alterum Vespasianum appellari iusserat, alterū Domitianū, repente ex tenuissima suspitione tantum nō ipso eius cōsulatu interemit: quo maxime facto maturauit sibi exitum. Continuis octo mensibus tot fulgura facta, nuntiatāq; sunt, ut exclamauerit, Feriat iā quæ uolet. Tactū de caelo Capitoliū, templumq; Flauie gentis. Item domus Palatina, & cubiculū ipsius, atq; etiā e basi statuæ triumphalis titulus excussus ui procelle in monumentū proximiū decidit. Arbor, quæ priuato adhuc Vespasiano euerſa surrexerat, tūc rursus repētē corruit. Prænestina Fortuna, toto imperij spatio annum nouū cōmendanti, letam eandemq; semper sortem dare assueta, extremo tristissimam reddidit, nec sine sanguinis mentione. Mineruam, quam superstitiosè colebat, somniauit excedere sacrario, negantemq; ultra se tueri eum posse, quod exarmata esset à Ioue. Nulla tamen re pèrinde commotus est, quàm responsō, casuq; Ascletarionis mathematici. Hunc delatū, nec inficiātem iactasse se, quæ prouidisset ex arte, sciscitatus est, quis ipsum maneret exitus, & affirmantem fore, ut breui laceraretur à canibus, interfici quidem sine mora, sed ad coarguendam temeritatem artis, sepeliri quoq; accuratissimè imperauit. Quod cum fieret, euenit ut repentina tempestate deiecto funere, semiustum cadauer discerperent canes, idq; ei coenanti à mimo Latino, qui

Tantum non propropemodum.

In statuarum basibus tituli ferè inscribuntur.

Annum nouū i. annum in eā tem.

De inuentione fortium Prænestinarū lege Cic. 2. de Diuinat.

Silena —

qui prateriens fortè animaduertat, inter ceteras dici fabulas referretur.

Signa mortis eius.

CAP. XVI.

Pridie quam periret, cum oblatos tuberos seruari iussisset in crastinum, adiecit, Si modò uti licuerit. Et còuersus ad proximos affirmavit fore, ut sequenti die Luna se in Aquario cruentaret, factumque; aliquod existeret, de quo loquerentur homines per terrarum orbem. At circa mediã noctẽ ita est exterritus, ut ex strato profiliret: dehinc manè aruspiciem ex Germania missum, qui còsultus de fulgure mutationem rerũ prædixerat, audyt, cõdemnauitque; ac dum exulceratam in fronte uerrucam uehementius scalpit, profluente sanguine, Utinã, inquit, hætenus. Tũc horas requirenti, pro quinta, quã metuebat, sexta ex industria nũtiata est. His uelut transacto iam periculo lætatum, festinantemque; ad corporis curã, Parthenius cubiculo præpositus cõuertit, nuntians esse, qui magnum nescio quid afferret, nec differendum. Itaque; summotis omnibus, in cubiculum se recepit, atque ibi occisus est.

De insidijs, & cæde eiusdem. CAP. XVII.

DE insidiarum, cædisque; genere, hæc ferè diuulgata sunt. Cunctantibus conspiratis, quãdo, & quomodo, id est, lauamentum, an cœnantem aggrederentur, Stephanus Domicille procurator, & tunc interceptarum pecuniarum reus, consilium, operamque; obtulit. Ac sinistriori brachio, uelut ægro, lanis, fascijsque; per aliquot dies ad auertendam suspicionem obuoluto, ad ipsam horam dolum interiecit: professusque; conspirationis iudicium, & ob hoc admissus, legenti traditum à se libellum, & atto-

Domicilla Flauij Clementis ex sorore neptris in Insulã Ponticã à Domitiano relegata fuit, quod se Christianã esse testata fuerat, ait Euseb.

nito suffodit inguina. Sauciū, ac repugnantē adorti Clo-
dianus Cornicularius, & Maximus Parthenij libertus,
& Saturius decurio cubiculariorū, & quidam ē gladi-
torio ludo, uulneribus septem cōtrucidauerunt. Puer, qui
curæ larium cubiculi ex consuetudine aſſiſtens interfuit
cædi, hoc amplius narrabat, se iuſſum à Domitiano ad
primū ſtatim uulnus pugionē puluino ſubditū porrigere,
ac miniſtros uocare, neq; ad caput quicquam excepto ca-
pulo, & præterea omnia clauſa reperiſſe, atq; illum inte-
rim correpto, deductoq; ad terram Stephano, colluctatū
diu, modò ferrū extorquere, modò quanquā laniatis digi-
tis, oculos effodere conatum. Occiſus eſt xiiii. Calēd.
Octobris, anno ætatis xlv. imperij xv. Cadauer eius
populari ſandapila per ueſpillones exportatum, Phyllis
nutrix in ſuburbano ſuo Latina uia ſunerauit: ſed reli-
quias templo Flauia gentis clam intulit, cineribuſq; lu-
lie filia Titi, quam & ipſa educauerat, commiſcuit.

Funerare, pro
ſepelire.

Statura, & pulcritudo eius. CAP. xviii.

Statura fuit procera, uultu modoſto, roboriſq; ple-
no, grandibus oculis, uerū acie hebetiore: præterea
pulcher, ac decens, maximè in iuuenta, & quidem toto
corpore, exceptis pedibus, quorum digitos reſtrictiores
habebat, poſtea caluitio quoque deformis, & obſitate
uentris, & crurum gracilitate: quæ tamen ei ualitudine
longa remacruerant. Commendari ſe uerecūdia oris adeò
ſentiebat, ut apud Senatū ſic quondam iactauerit, Vſq;
adhuc certè animū meum probaſtis, & uultum. Caluitio
ita offendeſatur, ut in contumeliam ſuam traheret, ſi cui
alij ioco, uel iurgio obieſtaretur: quamuis libello, quæ de
cura

Valetudo ex
cruribus Do-
mitiani graci-
libus fecerat
gracillimā, ex
macris macer-
tina.

cura capillorum ad amicum edidit, etiam illum simul, seq̄
 consolans inferuerit: ἔχ' ὁρᾷς ὄϊος κἀγὼ κελὸς τε με- Id est, non vi-
 γας τε. Eadem remanent mecum capillorum sata, & des qualis &
 forti animo fero comam in adolescentia senescētem. Scias ego pulcherq̄,
 nec gratius quicquam decore, nec breuius. magnusq̄.

Peritia eius in sagittando, & laborū impatientia.

CAP.

XIX.

Laboris impatiens, per urbem pedibus nō temere am-
 bulauit. In expeditione, & agmine, equo rariius, le-
 ctica assidue uectus est. Armorum nullo, sagittarum uel
 præcipuo studio tenebatur. Centenas uarij generis feras sæ-
 pe in Albano secessu conscientem spectauere pleriq̄, at-
 que etiam ex industria ita quarundam capita figētem, ut
 duobus ictibus quasi cornua* effingeret. Nonnunquam
 in pueri procul stantis, prebētisq̄; pro scopulo dispassam
 dextrae manus palmam, sagittas tanta arte direxit, ut o-
 mnes per interualla digitorum innocue euaderent.

Facundia eius, & studium.

CAP.

XX.

Liberalia studia in initio imperij neglexit, quāquam
 bibliothecas incendio absumptas impēsissime repa-
 rare curasset, exemplaribus undique petitis, misisq̄; Ale-
 xandriam, qui describerent, emendarentq̄;. Nunquam ta-
 men aut historiae, carminibus ue cognoscendis operam ul-
 lam, aut stylo uel necessario dedit: præter commentarios,
 & acta Tyberij Caesaris nihil lectitabat: epistolas, oratio-
 nesq̄; & edicta alieno formabat ingenio, sermonis tamen
 nec inelegantis. Dictorum interdum etiam notabilium:
 uellem, inquit, tam formosus esse, quā Metius sibi ui-
 detur: & cuiusdam caput uarietate capilli subrutulum,

Dare operam
 stylo, est aliqd
 componere.

Notabile, in
 bonā partem.

A 4

E in ca

et incanum, per fusam niuem mulso dixit.

Vfus aleæ, & conuiuia, & alia gesta per eum.

CAP. XXI.

Conditionem principum miserrimam aiebat: quibus de coniuratione comperta non crederetur, nisi occisus. Quoties otium esset, alea se oblectabat, etiam profectis diebus, matutinisq; horis, ac lauabat de die, prandebatq; ad satietatem, ut non temere super coenam præter Matianum malum, et modicam in ampulla potiunculam sumeret. Conuiuabatur frequenter, ac largè, sed penè raptim, certè non ultra solis occasum, nec ut postea commessaretur. Nam ad horam somni nihil aliud, quàm secrete solus deambulabat.

Matianum matianum
lib. 15. ca. 14.

De Domitia
in Paneg. alii
ser literis prodidit.

Clinopale, palæstra lecti.

Frat. fil. Iulii
Titi filiam.

Libido, & luxuria eiusdem. CAP. XXII.

Libidinis nimie, assiduitatem concubitus uelut exercitationis genus, clinopale uocabat. Eratq; fana quasi concubina ipse diuelleret, nataretq; inter uulgarissimas meretrices. Fratris filiam adhuc uirginem oblatam in matrimonium sibi, cum deuinctus Domitiæ nuptijs pertinacissimè recusasset, non multò post alij collocatam ultro corripuit: et quidem uiuo etiam tum Tito: mox patre, ac uiro orbatam ardentissimè, palamq; dilexit, ut etià causa mortis extiterit coactè conceptum à se abigere.

Mœstitia militum, & lætitia senatus in morte eius.

CAP. XXIII.

Occisum eum populus indifferenter, miles grauissimè tulit, statimq; eum diu appellare conatus: paratus et ulcisci, nisi duces defuissent: quod quidem paulò post fecit, expostulatis ad pœnam pertinacissimè cædis autoribus.

autoribus. Contra, senatus adeò letatus est, ut repleta certatim curia non temperaret, quin mortuum contumeliosissimo, atq; acerbissimo acclamationũ genere laceraret: scelas etiam inferri, clypeosq; & imagines eius coram detrabi, & ibidem solo affligi iuberet: nouissimè eradendos ubiq; titulos, abolendamq; omnem memoriam decerneret. Ante paucos quàm occideretur menses, cornix in Capitolio elocuta est, ἔσαι πάντα καλῶς. Nec defuit id est, erunt omnia bene,

qui ostentum sic interpretaretur:
Nuper Tarpeio quæ sedit culmine cornix,

Est bene, non potuit dicere, dixit erit.

Ipsam etiam Domitianum ferunt somniasse gibbam sibi pone ceruicem auream enatam, pro certoq; habuisse beatiorum post se, letiorumq; portendi reipublicæ statum. Sicut sane breui euenit abstinentia, & moderatione insequentium principum.

Sueno

F I N I S.

D. M A G N I A V,

S O N I I P O E T A E, V I =

riq; consularis, De xii. Casari-

bus per Suetonium Tran-

quillum scriptis.



Aesareos proceres (in quorum regna secundis

Consulibus dudum Romana potentia creuit)

Accipe bisenos: sua quæq; monosticha signat.

Quorum per plenam seriem Suetonius olim

Nomina, res gestas, uitamq; obitumq; peregit.

A 5

Monosti

MONOSTICHA DE ORDINE

ne XII. imperatorum.

Primus regalem patefecit Iulius aulam
 Cesar, & Augusto nomen transcripsit & arcem.
 Priuignus post hunc regnat Nero Claudius, à quo
 Cesar, cognomen caligæ cui castra dederunt.
 Claudius hinc potitur regno : post quem Nero sæuus
 Vltimus Aeneadum. post hunc tres, nec tribus annis:
 Galba senex frustra socio confisus inerti:
 Mollis Otho, infamis per luxum, degener aui:
 Nec regno dignus, nec morte Vitellius ut uir.
 His decimus, fatoq; accitus Vespasianus:
 Et Titus imperij felix breuitate : secutus
 Frater, quem Caluum dixit sua Roma Neronem.

TEMPVS IMPERII

XII. Cesarum.

Iulius, ut perhibent, diuus trieteride regnat.
 Augustus post lustra decem sex prorogat annos.
 Et ter septenis geminos Nero Claudius addit.
 Tertia finit hyems grassantia tempora Caij.
 Claudius hebdomadem duplicem trahit : & Nero dirus
 Tantundem : summæ Consul sed defuit unus.
 Galba senex, Otho lasciuæ, & famose Vitelli
 Tertia uos Latio regnantes nesciunt æstas,
 Interitus dignos uita properante probrosa.
 Implet fatalem decadem sibi Vespasianus.
 Te dominante Tito cingit noua laurea Ianum,
 Quindecies sæuis potitur dum frater habenis.

De mort

Iulius u
 Addidi
 Sera se
 Exegit
 Claudi
 Matriç
 Galba j
 Mox C
 Prodig
 Laudat
 At Tit
 Sera gr

Nunc e
 Ex
 Incipia
 No

Imperiu
 Con
 Sed bre
 Per

Vltor, f
 Caf
 Longæ
 In t

DE CAESARIBVS. 379

DE MORTIBVS EORVM.

Iulius interiit Caesar grassante Senatu.
 Addidit Augustum diuus matura senectus.
 Sera senex Capreis exul Nero fata peregit.
 Exegit poenas de Caesare Charea mollis.
 Claudius ambiguo conclusit fata ueneno.
 Matriq; cida Nero proprio se perculit ense.
 Galba senex periit seuo prostratus Othone.
 Mox Otho famosus, clara sed morte potitus.
 Prodigia succedunt perimendi sceptrum Vitelli.
 Laudatum imperium, mors lenis Vespasiano.
 At Titus orbis amor rapitur florentibus annis.
 Sera grauem perimunt, sed iusta piacula fratrem.

TETRASTICHA, A IV=

lio Caesare usq; ad tempora sua.
 Nunc & praedictos, & regni sorte sequentes
 Expediam, series quos tenet imperij.
 Incipiam ab Diuo, percurrantq; ordine cunctos,
 Noui Romanae quos memor historiae.

IULIUS CAESAR.

Imperium binis fuerat solenne quod olim
 Consulibus, Caesar Iulius obtinuit.
 Sed breue ius regni sola trieteride gestum,
 Perculit armatae factio seu a toga.

OCTAVIUS AVGVSTVS.

Vltor, successorq; dehinc Octavius idem
 Caesar, & Augustus nomine nobilior.
 Longeua, & nunquam dubijs uiolata potestas,
 In terris positum credidit esse deum.

Tyberius

TYBERIVS NERO.

Prænom. Tyberi nactus Nero prima iuuentæ
 Tempora laudato gessit in imperio.
 Frustra dehinc solo Caprearum clausus in antro
 Quæ prodit uitijs, credit operta locis.

CAIVS CALIGVLA.

Post hunc castrensis caligæ cognomine Caesar
 Succesit seuo seuior ingenio.
 Cædibus, incestisq; dehinc maculosus, & omni
 Crimine pollutum qui superauit auum.

CLAVDIVS CAESAR.

Claudius irrisus priuato in tempore uitæ,
 In regno specimen prodidit ingenij.
 Libertina tamen nuptarum *

Non faciendo nocens, sed patiendo fuit.

NERO CLAVDIVS.

Aeneadum generis qui sextus, & ultimus heros,
 Polluit, & clausi Iulia sacra Nero.
 Nomina quot pietas, tot habet quoq; crimina uitæ.
 Disce ex Tranquillo, quæ meminisse piget.

SERGIVS GALBA.

Spem frustrate senex priuatus sceptrâ mereri
 Visus es: imperio proditus inferior.
 Fama tibi melior iuueni: sed iustior ordo est,
 Complacuisse dehinc, displicuisse prius.

M. OTHO.

Aemula polluto gesturus sceptrâ Neroni
 Obruitur celeri reaptus Otho exitio.
 Fine tamen laudandus erit, qui morte decora

Hoc solum fecit nobile, quod perijt.

A. VITELLIVS.

Vitæ fors, mors foeda tibi, nec digne Vitelli
 Qui fueris Caesar: sic tibi fata placent.
 Umbra tamen breuis imperij, qui præmia regni
 Sæpe indignus adit, non nisi dignus habet.

D. VESPASIANVS.

Querendi attentus, moderato commodus usu,
 Auget, nec reprimi Vespasianus opes.
 Olim qui dubiam priuato in tempore famam,
 Par alijs princeps transtulit in melius.

TITVS VESPASIANVS.

Felix imperio: felix breuitate regendi:
 Expers ciuilibus sanguinis: orbis amor:
 Vnum dixisti moriens te crimen habere:
 Sed nulli de te: non tibi credidimus.

DOMITIANVS.

Hactenus edideras geminos gens Flauia iustos:
 Cur duo quæ dederant, tertius eripuit?
 Vix tanti est habuisse illos: quia dona bonorum
 Sunt breuia: æternum quæ nocuere dolent.

NERVA IMP.

Proximus extincto moderatur sceptrata tyranno
 Nerva senex, princeps nomine, mente parens.
 Nulla uiro soboles: imitatur adoptio prolem:
 Quam legisse iuuat: quam genuisse uelit.

TRAIANVS.

Aggreditur regimen uiridi Traianus in æuo,
 Belli laude prior, cætera patris habens.

Hic quoq; prole carens, sociat sibi sorte legendi
 Quem fateare bonum, diffiteare parem.

AE L I V S H A D R I A N V S.

Aelius hinc subiit medijs præsignis in actis:
 Principia, & finem fama notat grauior.

Orbus & hic: sociatq; uirum documenta daturum,
 Adsciti quantum præmeant genitis.

A N T O N I N V S P I V S.

Antoninus abhinc regimen capit, ille uocatu,
 Consultuq; Pius nomen habens meriti.

Filius huic fato nullus, sed lege suorum
 A patria sumpsit, qui regeret patriam.

M. A N T O N I V S.

Pòst Marco tutela datur: qui scita Platonis
 Fecit ad imperium, patre Pio melior.

Sucessore suo moriens, sed principe prauo,
 Hoc solo patriæ, quòd genuit, nocuit.

C O M M O D V S I M P.

Commodus insequitur pugnis maculosus arena:
 Threidico princeps bella mouens gladio:

Eliso tandem persoluens gutture pœnas,
 Criminibus fassus matris adulterium.

AE L I V S P E R T I N A X.

Aeli iudicio, & consulto lecte Senatus:
 Princeps decretis prodite non studijs.

Quòd doluit malefida cohors errore probato:
 Curia quòd castris cesserat imperio.

D I D I V S I V L I A N V S.

Dij bene quòd sceleris Didius non gaudet opimis,

Et citò

Et citò periuro præmia adempta seni.
 Tuq; Seuere pater titulum ne horrefce nouantis:
 Non rapit imperium uis tua, sed recipit.

SEVERVS.

Impiger egelido mouet arma Seuerus ab Istro,
 Vt parricidæ regna adimat Didio.
 Punica origo illi, sed qui uirtute probaret
 Non obstare locum, cùm ualet ingenium.

BASSIANVS ANTONINVS

ninus Caracalla.

Disimilis uirtute patri, et multò magis illi,
 Cuius adoptiuo nomine tu perhibes:
 Fratris morte nocens, punitus sine cruento,
 In risu populi tu Caracalla magis.

OPILIUS MACRINVS.

Princeps hic custos sumptum pro Cæsare ferrum
 Vertit in autorem cæde Macrinus iners.
 Mox cum prole ruit: grauibus pulsare querelis
 Cesset perfidiam: quæ patitur, meruit.

ANTONINVS HELIUS

liogabalus.

Tunc etiam Augustæ sedis penetralia fœdas
 Antoninorum nomina falsa gerens.
 Reliquum non extat.

IOANNES BA-
PTISTA EGNATIVS

Venetus præstantissimo Iurif-
consulto & Senatorire-
gio Iacobo Minu-
tio s. d.



VI principibus, illustrioribusq;
uiris ingenij sui monimèta nucu-
pant, Minuti clarissime, alij id
agunt, ut aut ueteri, summeq; in
eos obseruantie sese id tribuisse
dicat: alij ut eorum præsidio tu-
ti, inuidiã minus grauẽ ac noxiã
sentiant: alij ut fructum alieni de se iudicij ea indicatura
percipiant. Nec desunt, qui posteritatis lauderapti, ac
immortalitatis spe quadam inflãmati, ea sibi nomina de-
ligant nuncupatione, quã diutissimè & uiuere, & flore-
re posse sibi persuaferint. Id quod à pictoribus, artifice-
busq; plerisq; obseruatum animaduertas: qui deorum,
principumq; effingendis imaginibus eò libentius studeãt,
quò minus obnoxia illa existiment aut hominum, aut tem-
poris iniuriã fore. Sunt etiam qui hoc ueluti sacro literã-
rum munere promereri gratiam, beneuolentiãq; eo-
rum cupiant: siquidem haud inter postremas laudes re-
ferri debet, si quis principibus perplaceat uiris. Sed &
multi facillè sese, operamq; suam his ostentant, quorum
& autoritate ornari, & opibus augeri se sperent. Ego
uti

uti ex prioribus quasdam fortasse sequar: sic certè duas, quarum altera publica, communisq; tibi cum gente Gallica, altera planè tua, ac propria sit, secutum in primis esse me non negem. Et communis quidem illa, quòd cum singulari, ac diuina potius Grolerij beneficentia Mediolani agens alterum ab hinc annum ornatus, auctusq; sum: non possum iam ex illo tibi, tuisq; omnibus etiam atque etiam non perpetuò uelle debere. Illius enim consuetudine, & opera, faciliè quanta gentis uestre morù simplicitas, quæ publica domesticaq; disciplina, quæ in omnes charitas, quanta in deum pietas uestra foret, est perspectum mihi planè, ac cognitum. Quid enim uobis ipsis magis rectum, apertumq; esse potest? Quid minus insidiosum, ac fallax? Arctoæ (inquiunt) gentes hoc omnes habent. Ego uerò cum fallcissimas ex his multas legam: non cælo, sed nature planè hoc uestre, optimæq; discipline id tribuam. Iam quid animorum, uoluntatumq; uestrarum fraternam in omnibus consensionem prædicem? quam non conuiuiorum frequentia tantum, sed officiorum communicatione, ac summa charitatis mutue testificatione tuemini. Hæc uerò uobis adeò natura insita, usu parta, cõsuetudine aucta fuisse uidetur, ut tot mihi germani fratres nò de facie solum, sed de morum in primis similitudine, atque æqualitate uideamini. Quare nò immeritò admirati Pœnorum legati etiam in hoste Rom. scilicet Pop. id plurimum esse dicuntur, quòd cõuiuio accepti à pluribus ciuitatis principibus, eodem ubique cœnassent argento, testati nullos hominū benignius Rom. Po. uiuere. Nam quid de uestra in regem obseruantia, in deum pietate dicam? Quæ enim

unquam gens aut externos principes non admisit, aut ad-
 missos non interdum expulit? sæpe etiã per summum sce-
 lus non occidit? Francis id proprium, ac peculiare, nullos
 unquam externos pati: suos autem usque adeo amare, ac
 colere, ut pro eius dignitate, ac maiestate tuenda nõ opes
 tantum, sed uitam profundere possint. Illa uerò, quæ deo,
 ac religioni debetur, tanta, talisq; est, ut fileri melius pu-
 tem: cum uestigia haud sanè leuiter impressa, tot, & tan-
 ta extent, ut nulla unquam delere illam obliuio, nulla ob-
 scurare temporũ iniquitas ualeat. Ceterum excellēs que-
 dan, ac eximia in te uirtus, secundusq; ac constans homi-
 num de te rumor, & Ioannis in primis Francisci Asulani
 adolescentis cum summe spei, tum uerò laudum tuarum
 studiosissimi prædicatio effecit, ut & ego te pridem lite-
 ris consulendum duxerim: & nunc Cæsares tibi meos,
 reliquamq; ad hosce non uulgarem (nisi fallor) industriã
 cupidissimè nuncupem. Quorũ lectio tantò tibi gratior,
 ac iucundior esse debebit, quantò is qui ea tibi inscripsit,
 te plus amat, ac colit, quam multos alios. Huc accedit,
 quòd singularem eruditionem tuam, ac multiplicem lite-
 rarum cognitionem magnificat: quòd Minutiæ familie
 nobilitatem (quippe quæ à Romanis illis deducta Minu-
 tijijs pro constanti habeatur) obseruat: quòd deniq; se tibi
 quam coniunctissimũ, ac charissimum esse cupit. Sunt qui
 dem in te corporis, & animi (uti audio) egregie dotes:
 quibus Christianissimo regi gratus, admirabilisq; sis. Nul-
 la certè aut maior, aut honestior, quam ut literas, litera-
 tosq; homines, qd' facis, foueas: illæ scilicet iure reposeūt
 abs te, quod tãta tua cũ laude uberrime tribuere. Nã unũ
 te esse

te esse, ac præcipuum, in quem Gallie tuæ Transalpinae olim intuerentur, quem Cisalpina tota prædicet, cuius singulari prudentiam, atq; humanitatem etiam hostis cõmendet: totum hoc literarum beneficiũ est. Quid, quod Cesarum hæc à nobis instituta, tribusq; libris concinnata series, multa interim habeat, quæ delicatum etiam lectorem & capere, & detinere ualeat? Nam Byzantine urbis originem, Turcas ad hæc usq; tempora principes, res ab his belli gestas, Maomethis ortum, Romanæ urbis captiuitatem, & Asiae imperia supra quingentesimum, ac millesimum annum repetita continet: quæ omnia primus ego (quod sine aliorum iniuria dictum uelim) præstiti: ac ut una ueluti tabella depicta spectari cõmode possit: curauit. Tametsi quid libris cõmune cum pictura? Pascit illa tantum oculos, hi animum, mentemq; instruunt, Illa mutant, inanem, ac plerumq; falsam descriptionem continet: libri uiuentem præceptionem, atq; exactam spõdent. Tabulas etiam imperiri pingant, literarum monumenta non nisi doctissimi conficiant. Tantò deniq; literæ pingendi artem præstant: quantò docti indoctis, uiui mortuis antecellunt. Tu igitur cum ab ineunte ætate ornamenti plurimum, & laudis ex hisce tibi uedicaris, illis ipsis tãtundẽ reddes: tantò etiam cumulatius, quòd neque melius, nec honestius beneficium ullum collocari potest, quam quod in bonos, & doctos uiros confertur: quorum mihi uestigia non solum sequenda, sed etiam atq; etiã adoranda proposui.

Bene Vale.



IOANNIS BA

PTISTAE EGNATII

Veneti in Romanorum princi-
pum librum primum
præfatio.



IMPERATORVM uitas à Dicta-
tore Cesare, qui primus patriæ libertatem
oppressit, ad Cōstantinum Paleologum,
sub quo Turcarum seruitio Constantino-
polis cecit: hinc à Carolo Francorum
Rege ad Maximilianum Cesarem breui alioqui stylo
perscripsimus: rem ut perdifficilem mihi, atque arduam,
sic iucundam qui legent omnibus, & (ut opinor) haud
inutilem. Nam præterquàm quòd multa hinc haurias,
unde tibi, patriæq; tuæ plurimum prosis: ipsa certè Ro-
mani imperij maiestas admirabiles eorum, qui impera-
runt, euentus, tot regnorum repetiti casus, tot princi-
pum mutationes relatæ, non fastidium solum operosæ le-
ctionis adimunt, sed admirabundos sensim legentes par-
tim ducunt, partim etiam trahunt: uti neminem arbitrer
uel mediocriter imbutum literis, qui non hæc & libenter
agnoscat, & summa cum uoluptate nō perlegat: & alio-
qui ad rei nouitatē accedit, quòd consultò nō pauca sunt
à nobis addita, quæ rerum seriem non modò non interrū-
pant, uerum etiam exornent: quod in fabula dextræ, sini-
stræq; tibie inter unum, alterum ue actum adhibet etia
præsent: nec in campis herbarum uiror minus iucundus,
quem uiolæ, hyacinthiq; purpurei distinguant. Omnium
certè

certè rerū uarietas expetitur: & falsum illud est, sacca-
 ro semper conditora fieri sercula. Quòd si quis erit, qui
 pleniorē, uberiorēq; historiam à me exigat: ille saltem
 hoc mihi non reget, multa esse, quæ breuitate cōmenda-
 tiora sint sua. Nec tamen desunt interim principes, quos
 copiosius attingi: quorum scilicet & imperij diuturnitas,
 & rerum magnitudo id exposcere uidebatur. Illud uerò
 testatum apud omnes esse uelim, nihil à me gratiæ, nihil
 odio datum: ipsa ueritas nec interim nuda, ut multi ha-
 ctenus, tantum à me spectata. Anni præsertim imperij,
 ortus eorū, & patria, illustratq; eorū gesta domi, forisq;
 non omissa: series uerò principum tanta fide à me dedu-
 cta, ut nihil desyderare amplius quis habeat. Nam & Fla-
 uius Blondus hisce libris, quos ab inclinatione Romani
 imperij conscripsit, multos uno uelut agmine ut sibi inco-
 gnitos, omisit: & qui post illum historiam totius orbis
 amplexi sunt, nihil omnino ad uiri illius diligentiam ad-
 didere. Ego uerò & præter Zonaræ Græcam historiam,
 & Nicetæ Choniatae, Christoduliq; commentarios, Ge-
 mistiq; libros, etiam schedia quædam non indignum,

quæ excuterem, duxi: uti rem semel coeptam

Dijs bene fauentibus absoluerē: quòd certa
 omnia, exploratq; posteris traderē.

Vtrum autem id assecuti simus,

præsens ætas fortasse mali

gnius, sequens certè

simplicius, ac cæ-

didius æsti-

mabit.

IOANNIS

BAPTISTAE EGNAE

tij Veneti Romanorum Princi-
pum Liber primus.

C. IULIUS CAESAR DICTATOR.

Natus die 12 Iulij
ab urbe condita
654.
huic poëta Horatius,
Virg. Cleopatra,
Brutus, Cato.
Dioscorides.



PRIMVS hic perpetuam dicta-
turam inuasit. Debellata enim in-
tra decennium Gallia, tentata tunc
primum Britannia, et Germanis
in sylvas, ac paludes suas copu-
lis, in Italiam descendit: eaque solita
celeritate recepta, Hispanijsque
pacatis, Pompeium Magnum Pharsalico prelio fudit: cumque
de omnibus hostibus triumphasset, tandem amicissimorum
coniuratione oppressus, perijt etatis anno VI. ac quin-
quagesimo, dictaturae uero inite anno III. Vir pacis, bel-
lique artibus, et in primis clementia longe clarissimus, si li-
bertatis assertor, quam inuasor esse maluisset.

OCTAVIUS CAESAR AVGVSTVS.

Natus die 23. Julij
ante urbem conditam
680.
Virgilius
Horatius
Tibullus.
Propertius
Vergilius.
Cleopatra et
M. Antonius. Egyptus in provinciam redacta,
Herodes ab Augusto factus rex iudaeorum, et ac sublato olo
sepro iudei sui pfectus iacob. Esai. 2. michi nascetur in Be-
thleem ex uirgine maria.

TRibus ac uiginti uulneribus interfecto Caesare, feli-
cissimus omnium ad hanc diem successit Octavius
ex Accia Caesaris nepte. Vindicatis enim patris interse-
ctoribus, uictorque ciuilibus bellis omnibus, nouissime An-
tonio ad Actium nauali pugna superato, quo cum duode-
cim annos remp. tenuerat, triumphator orbis totius, pa-
cisque restitutor aeternae, per quatuor, ac XL. annos impe-
rium

die Jovis Helveticis 9^{to} anno 42. del' imp^o & Augusto *del' m^o 3962*
nacl' xpo.

ROM. PRINCIPVM LIB. I. 392

Romæ rex: urbemq; Romam optimis institutis, ac legibus, magnificentissimisq; operibus sic excoluit, ut merito parens patriæ primus, atque Augustus diceretur. Obijt Nole septuagesimo sexto etatis anno, cum LVI. imperasset. Ad cuius imperij felicitatem illud accessit, quòd seruator noster CHRISTVS, lux gentium & orbis, sub eo nasci uoluit: ut quem summnis animi, corporisq; dotibus principem clarissimum terris dederat, eodem etiam generis humani parens optimus & maximus nasceretur. Huius felicitas cæteris optata principibus.

flouerunt
quodq; in exilio
edificat' luxury
T. Luig.
Valerij max.
Itabo.
Xp^o nar^o

TYBERIVS NERO.

Tristissimus omnium mortalium optimo principi successit Tyberius, Liuiæ uxoris magis impulsu, quàm Augusti iudicio: quippe cuius neq; mores, neq; ingenium unquam probasset, pertinaciâ, & infinitam eius sæuitiam pertæsus: principatum ab initio dissimulato ingenio, & matris reuerentia, non incòmodè gessit: mox Cæpreensi secessu luxuriæ, ac cædibus uacans, cum prouincis undiq; uastarentur, Caligule nepotis astu, & fraude perijt octauo ac septugesimo etatis anno tertio, & uigesimo imperij. Huius imperij anno duodeuicesimo CHRISTVM seruatorem nostrum Iudei cruci affixerunt: ex quo ad supremam gentis internitionem nunquàm seditio ne, fame, ferro, peste laborari ab his desitum.

mag die 16. 9. anno
imo post interfecti
in cædioni anath
Xp^o nati. 39.
Acte & natalam

C. CAESAR CALIGVLA.

Praesuit hic Reip. annos quatuor, magis in Germanici patris gratiâ populo, ac militibus cõmendatus, quàm ingenio suo: primus enim à Cæsarum stemmate pernitus degenerauit, ut non immerito fax humani generis

Xp^o mortu^o

S

dicta
im in
a tunc
manis
õpul
soli
nijsq;
cumq;
imori
quin
is, bel
s, fili

re, feli
tarius
terse
ne An
duode
s, pa
impe
rium

Bc

dictus sit: certè uox eius nefaria excepta, unam ceruicem populo Romano optantis, quò facilius uno ictu abscindi posset. Cassij Chærea, & aliorū coniuratione ferro occubuit annum agens xxviii. de quo sit dictum: Nec meliorem ab initio principem, nec peiorem postea fuisse.

CLAUDIVS. CAESAR.

*naty die 2. au
gusti anno 3. ante
christi nati, occisus
Agrippina uxore
3. 129. octobris in
xpi. 55. uixit 63
mens. 2. 107. 23*

Nescias in hoc principe quid primùm accuses: adeò uerècordia cum seuitia, ac luxuria certabant: qui factus potius, ac fortuna ludibrio ad imperium, cum latitaret extrema pertimescens, interfecto Caligula uenerit: quod non minore socordia, quam crudelitate per annos xiiii. uexarit. Quanta fuerit eius stultitia, hinc aduertat. Messalina uxor portentosa libidinis scemina C. Silio nupserat: qua uix interfecta, Agrippinam Germanici fratris filiam, nouo exemplo nouercam liberis duobus superinduxit: & Britannico filio priuignum Neronem anteposuit: cuius insidijs, & Agrippinae ueneno in bolecto dato perijt senex, etatis anno lxxiii.

DOMITIVS NERO.

*naty die 14. iunij
anno xvi. 3. 3. in
occi. solis.*

*naty die 25. de
cembrii anno xpi. 37.
in xpi. uixit 30.
in aboch. xvi.
dit. anno 3. 3. 3.
3. 5. diei 26.*

Fax altera totius orbis iure à nobis dicatur: qui ex Domitio, atque Agrippina natus, imperij Romani maiestatem paterna, maternaq; cæde polluit, libidinis adeò effrenata, ut matris concubitū appetiisse credatur, ipse certè sumpto flammeo nuptiali sponsalia celebravit: seuitie tantæ, ut præter urbis incendiū, & uxoris Octauiæ cædem, primus Christianū sanguinem, Petro & Paulo interfectis, hauserit. Et ne quid scelerum decesset, publice cantauit, in scenaq; operâ exhibuit. Tandem deficiente Galba hostis à Senatu iudicatus, nec fortiter ferretuit,

*occidit Boni et
Paulum.*

Lucani poeta.

Seneca sui matris mater sua.

*Hoc uerit
Simon mago.*

Apollonig.

sub hoc fuit & yersus sceleris.

tuit: adiutus alterius adigendo ferro manu, perijt etatis anno xxxii. imperij xiiii. Quinquennio sub initia omnium princeps optimus existimatus, etiam Traiani testimonio, procul distare ceteros principes à Neronis quinquennio prædicantis.

S E R G I V S G A L B A.

Nobilissima Sulpitorũ familia natus, ac per omnes dignitatis gradus ad proconsulatum Hispaniæ euectus, iam grandis natu imperiũ septimestre maiore hominũ ab initio favore quàm leto successu tenuit. Auaritia et seuitia in eo principe iuxta infames: ex quo inuisus cunctis, cũ Pisonẽ in cõsuetudine inuidiæ remediũ adoptasset, annos lxx. natus in mædio foro à M. Othone iugulatur.

*natus die 24 Dec
615 ano xpi. 70
mo necis
Romæ ano xpi
70.*

M. S Y L V I V S O T H O.

Male partũ principatum adeptus, et aduersa per omnem etatem fama, laudabili fine clausit. Dum enim 1111. uix mense exacto, Bebriacensibus campis bellum ciuile contra Vitellij duces execraretur, papillam pugione sibi transixit: ad eò militibus charus, ut multi ad eius exemplum, ante mortui pedes semet interfecerint. Vixit annos xxxvii.

*natus die 29 Apr
1111 ano xpi. 37.
vixit anno 56.
mense 2. die 24.*

V I T E L L I V S.

Pudet tot dedecorum, sed ad institutam seriem pertinet et hunc ipsum referre. Qui patre L. Vitellio, et matre longè optima natus, militari factione, dum legatus Germaniæ superiori præest, imperium inuasit, fœdo ingenio, uentriq; ac gula natus, et quod usu in his uenit, seuitia par. Ceterum Vespasiano principe declarato, cocno, fumoq; iactatus, ac furca sub mentum posita

*natus die 24. 7
ano x. 16. vixit
54. men. 4.
Herodes filius
Stebanorum
galephus.
Proculeus.
epitoty.*

diu per urbem tractus in scalis Gemonijs omnium ludibrio diu iacuit. Vita illi annorum LVII. Imperium nix octimestre.

VESPASIANVS.

Fessam, atq; labantem remp. trium principum tyrannide potius, quàm imperio, Flauie gentis autor Vespasianus primus restituit. Nam per x. annos, quibus imperium rexit, singulari studio, ac prouidentia rem administravit, & ne Casarianum desideraretur nomen, effecit. Hierosolymis expugnatis, cum filio triumphauit. Auaritiã ne culpes in eo, & temporum calamitas, & laudabilis eius usus facit: adeò inimicitiarum omnium princeps oblitus, ut Vitellij hostis filiam locupletissimè dotatam, splendidissimo iungeret uiro: & insolescentem Mutianum, imperijq; participem agentem adhibitis familiaribus satis habuerit admonere, se quoque hominem esse. Mors eius quãtan animi tranquillitatem secum afferret, ostendit: dum alleuatus inter asidentium manus, stantem ait imperatorem mori decere. Perijt anno etatis undecim septuagesimo.

D. TITVS VESPASIANVS.

Amorem, ac delitias humani generis Titum infestamortalibus numina intra biennium sustulere. Huius precipuam clementiam, ac liberalitatem, uirtutesq; alias eximias per totum eius principatum magis commendauit & uitæ antea cæcæ licentia, & sub initia luxuriæ, & auaritiæ suspitio, ut Neronis tyrannidem plerique augerentur. Sed mutatus adepto imperio in melius, declarauit eiusdem esse ingenij & pessima, & optima interdum ferre.

naty die 17
ans x. ii. v. vii
ans 69. ma 17.
flouarunt
Josephus.
Procule.
epitety.

naty die 27. dec
diei ano xpi 42
vixit ans 40
mon. 3. v. 13.
flouarunt
Cætho
nemas
procule.
pegarus uir
consul.

ferre. Hic Hierosolyma expugnauit, sagittandi peritissimus, & literis impensè doctus: uox eius quandoq; memorabilis audita: recordatus enim super cenam, quod nemi ni eo die officium contulisset: Amici, inquit, diem perdidisti. Huius imperio Vesuuius conflagrauit: incēdium Rome totum triduum, & lues fuit. Perijt etatis anno **XLI.** in summo omnium mœrore.

DOMITIANVS.

Ecquis Titi non doleret interitum? tali præsertim successore, qui per omnia patri, fratriq; dissimilis, sæpe etiã uiuentibus aut contumax, aut obrectator, Neroni, ac Caligulæ propior uixit? dissimulatamq; male sc̄uitiam per omnes ordines effudit? Quare nihil illi pater, fraterq; aut Cætorum, Germanorumq; clades, aut bibliothecarum incensarū restitutio profuit, quin cæde illustrium uirorum inuisus omnibus factus, suorum tandem conspiratione post uitæ annum quintum, ac quadragesimum, imperij quintum, ac decimum cōfossus occubuerit, omniaq; eius acta rescissa sint.

COCCEIUS NERVA.

Meliore reipu. fato, quod aurea gibba, Domitiano post ceruicem in somnis enata, portendit, Cocceius Nerva suscepit imperium, Parthenio id deferente: clarissimis ortus haud dubiè natalibus, ut Dion autor est, & iam senex: qui cùm alias leges, tum ne mares castraretur, edicto uetuit: summæ ciuilitatis, & clementiæ etiã in eos, qui in illū cōiurauerant. Ut optimè uerò semper de omnibus meritis esse uideatur, Traiani præsertim adoptione factū est, què absentē, dum senectā suam contemni uidet, Cæsarem

et yfucibus ecclesiæ
natus die 24
3. Aug. 100 p.
54. h. 1. 1. 5.
p. 10. 1. 1. 1.
flouuerunt
marchali
iucen ali
stat.
Trajan.
C. 1. 1. 1. 1.
D. 1. 1. 1. 1.
1. 1. 1. 1. 1.
1. 1. 1. 1. 1.

natus e naz
118. 1. 1. 1. 1.
33. a 17. 1. 1.
1. 1. 1. 1. 1.
1. 1. 1. 1. 1.
1. 1. 1. 1. 1.
1. 1. 1. 1. 1.
1. 1. 1. 1. 1.
1. 1. 1. 1. 1.

for & amulus, nūc fautor, & beneficus. Disciplina mi-
litaris scientissimus, in qua multa etiā correxit, principia
bus, qui secuti postea sunt, ea maximè probantibus, pere-
grinationis adeò studiosus, ut omnes fermè prouincias pe-
dibus etiam peragrans obierit. Miserabili tandē fato cō-
sumptus est, ut in seipsum sauire potuerit, si per domesti-
cos licuisset. Imperauit annos x x. Vixit l x i i. Inuisum
eum fecere uiri illustres, non pauci sub eius exitū exilio,
aut morte multati.

ANTONIVS PIVS.

Hic è transalpina Gallia paternum genus Nema-
sense. Pij cognomēti causæ diuersæ tradūtur. Illud
mibi maximè probabile, ut à morū probitate, affectuq; in
Adrianum, & seruatos eos, quos Adrianus interfici iusse-
rat, id traxerit. Numæ Pōpilio maximè similis. Nam per
annos treis ac uiginti, nullum sub eo bellum fuit. Amor,
ac timor gentium in eo certarūt, bellum mouere timentibus
his aduersus principem, quem ut numen aliquod uene-
rarentur: nec ille gloriæ ita cupidus, ut per aliorum dam-
na, cædesq; eā appeteret. Nam & à coniuatis uim omnē
abstinuit, & in conscios quæri uetuit, ne plures inuenti
odium augerent. Apud Lorios duodecim millibus passuū
ab urbe septuagenarius, cum M. Antonium philosophum
adoptasset, obiit febre.

M. ANTONIVS PHILOSOPHVS.

Quam leta, felixq; successio optimis, pijs, philoso-
phis imperatoribus referēdis, utinā qui sequen-
tur, tales meritò dici possēt. Nā hic ea ingenij bo-
nitate, his uirtutibus excelluit, ut exēplū desit: & ea tē-
porum

nato die 19
in anno 83.
vixit 74. mē-
s. die 17.
facit xpianij
flouit.
Polcaty.
icenes
gustino mar-
ce sippo
Apianij.
florij.
macro bio
iusting.
galong.
Melladij
Luciano atco

nato a 28 de
abul ano xvi
123. galij.

porū calamitas affuit, ut solus ærumnis publicis obste-
rit. Nisi enim hic præfuisset, maiestas Romani nominis fa-
cile tūc cōcidisset, Marcomannis, Quadis, Septentrione
omni hinc seuiente, inde Persis Orientem uastātibus, lue
interim, inūdationibus fluminū, locustarū ui omnia popu-
lantibus: sed uicti primū Veri principis auspicio Persæ.
Marcomanicū mox bellū, Christianorū etiā ope, qui tūc
militabāt, ex sententia per ipsius principis presentia con-
fectum. Ad quod gerendū principalis supellex hastæ sub-
iecta, cū pecunia in stipēdium deesset: felicissimus certē
princeps, nisi heredem Cōmodum reliquisset post annū
imperij duodeuigesimū, ætatis quinquagesimum nonum.

COMMODYS.

Adolenscens mortuo in Germania patre, imperator
omnium uotis est dictus. Et quis filium Antonini
reieciisset? ille uerò etiam patri non satis probatus, sta-
tim Caligula, ac Neronis simillimus euasit: libidine, aua-
ritia, & crudelitate illis antefendus. Nā in scena sepe
aurigæ habitu prodijt. Ludis gladiatorijs & Dalmaticæ
tutus præfedit, & in amphitheatro gladiator dimicauit.
Athletarum etiam more publicè se exercuit. Quæ omnia
actis instruenda publicis curauit. Tandem Leto autore,
& cōcubina Martia, post tertiumdecimum imperij an-
num strangulatur.

ÆLIVS PERTINAX.

Successerat haud dubiè flagitiosissimo principi prin-
ceps optimus, si non illum militaris auaritia, fatis in-
peius omnia trahentibus, intra octogesimum quintum
imperij diem de medio sustulisset. Alba Pompeia in Li-
guribus

scilicet antonini
reuer. & como
do fuit 4
seculo ceter.

naty a 31. auli
mar. 162. uixit
31. mar. 4. (sic)
quod d. a. u. x.
194.

1209 die. 1. au
quod d. a. u. x.
127.
1209 die. 29.

guribus huic patria, genus humile, ac sordidum. Virtus, atq; innocentia summa, militiæ clarus, & in ea ad summas dignitates euectus, unde & pilæ dictus est ludus. Hic cum summam de se expectationem omnibus daret, Leti insidijs, qui imperium illi astruxerat, & militari factio- ne, Iuliano, qui successit, non inscio, LXXI. etatis an- no perijt.

DIDIVS IVLIANVS MEDIOLANENSIS.

Imperium, quod per scelus necis imperatoris cōsci- us, primus etiam licitatus esse dicitur, intra septimū men- sem cum uita simul amisit: neq; enim militi gratus, ob non integrum donatiuum datum, & populo etiam inuisus ob perfidiam in principem optimū. Quare inter utriusque odia destitutus, Septimij Seueri iussu, qui imperatorem se appellauerat, damnatorū more necatur. Vocesq; in illum graues à populo sepe iactatæ.

SEPTIMIVS SEVERVS.

Africa illa olim imperij Romani emula, hūc genuit imperatorem magis necessarium, quam inutilem. Vnde etiam iactatum uulgò, aut nunquam nasci debuisse, aut nūquam mori. Nam & imperiū fortiter administra- uit: & sublatis in oriētē Pescennio Nigro, in Gallijs Clo- dio Albino, quem & Cesarē dixerat, oriētē omnem Par- this, Arabibus, Adiabenis deuictis, Romane maiestati re- stituit. Arcus adhuc Romæ uictoriae monimētū titulis ma- gnificentissimis uisitur. Britannos tumultuātes cōpescuit uallo per xxxi. passuū millia à mari ad mare ducto, ubi etiā duodeuicesimo imperij anno septuagenario maior ex articulari morbo decepsit. Bellicis artibus clarus: pacis, ni- si seueritas.

*Seuerus? de seueris int
deparat in celebran
do pascha.
Floruerunt.
de hanc.
celiang.
Icauo la.
marliang. &
castris uicij de hanc
A fiodeseo. &
A hono to filio.*

*natus a 12 de ianu
o. an xpi 146
uixit ant. 65.
mors. 7. dial. 18.
uixit etiam
horuit.
Lulo hanc de hanc*

*per seueritas
ictus.*

seuitia, ac perfidia eas inquinasset, nō cōtemnendus. Ceterum literarum non ignarus, matheos peritus: à Latinis non abhorrens, nisi Punicum quid redderet. Cædibus illustrium uirorum ad eò infamis, ut Punicas clades in togæ caesorum ciuium Romanorum sanguine rependerit.

ANTONIUS CARACALLA.

Vestis huic, quam talarè è Gallijs aduectam, Romano populo donarat, cognomen addidit. Seuero patri adhuc uiuenti contumax, nec minus in fratrem Getam impius, quem patre mortuo statim occiderit: militi tamen gratus cum ob ingens donatiuum his datum, tum quòd in castris gregarij penè militis uices ageret. Alexandri Magni admirator, quem collo in leuum humerum detorto reddere cuperet. Hic orbe peragrato, Alexandrinorum dicacitatem ultus ingenti eorum cade, Persas dolo magis, quàm uirtute fudit. Sexto demum imperij anno militum dolo Carris, dum uentris oneri leuando intenderet, interficitur xxx. ætatis anno.

OPILIUS MACRINUS.

Obscurissimis parètibus ortus Maurusij generis, multis artibus, ac pudendis ad præfecturam euectus, a iuris tamen scientia non alienus, sed uenali fide, ac uita semper sordida, post interfectum Antoniū, imperium cū Diadumeno filio formosissimo Macrinus inuasit: quod cum per annū & menses duos obtinuisset, uictus ab Helio Gabalo cum filio, quinquagenario maior fugiens obtruncatur. Data est dictio consulenti super imperio talis:

Ω γέρον ἢ μάλα δ' ἴσεν νεοί τε ἴρσοι μαχηταί,
Σὺ δ' ἢ βίη λελυται χαλεπῶν δ' σέ γῆρας ἰκάνει.

Varius

no apaxtan
do sa)

Sub

re

Le

se

nat

me

31

19

nato die 12 iunij
anno x 263. con
36 idij iunij
xpi 219 vixit
annis 54.

calisto pontifex
instituit caeniam
quatur tempore
in cimberia.

neq
quid
dicit
dicit

VARIVS HELIOGABALVS.

Asfyrium (quis credat?) principem nescio maiori ne fortune ludibrio, an Romanæ maiestatis sugillatio ne orbis hunc per duos & amplius annos tulit, & cum incestum, si quidem uerum erat Caracallæ filium ex Scenide consobrina natum. Qui ex Oriente Romam profectus, interfecto (ut dixi) Macrino, tralato etiam inde Heliogabali numine ad urbem, in summa omnium expectatione uenit: sed illi mox omnia in ludibrium, aut odium conuersa sunt. Nullus enim principum ad hanc diem maiore libidinis flagrauit infamia, uti se in muliebrem sexum execari curarit. Nullus maiore luxu opes prodegit imperij: nullus denique contaminatius, aut impurius, uixit: omnium religionum contemptor, præter patrij numinis Heliogabali. Hunc tamen in cloacam proiectum, mox in Tyberim cum matre Scenide tractum per milites populus Romanus ita ultus est, uti nomen eius ex publicis monumentis eraderet. Vixit ann. XVI.

ALEXANDER SEVERVS.

Meliore orbis fato ex Mamæa consobrinus Heliogabalo Alexander iam pridem ab impura illa bella adoptatus in imperium successit, optimis principibus æquandus innocentia, in uiros bonos beneuolentia, & (quæ præcipua dos principum) singulari in omnes clementia, ut *ὠνάκινατος* eius dicatur imperium. Hic expeditione Persica ex animi sententia confecta, dum ad Septentrionem uertit arma, Germanis tumultuantibus factione militari tercio decimo imperij, uite anno undecimo, C gesimo, Deon *th. bouis.*

*natus a 28. de. ju
nis ano xpizoy.
at 29. an. 236
vigil 29. m. 3.
dof 7.
flouant
v. l. p. i. a. n. s.
Pauls.
Pomponij. de. p. i.
vult. papiani.
origeni. in
Joh. h. l. a. n. g. k. l. o.
Deon th. bouis.*

gesimo, Maximini perfidia cū matre in tentorio necatur. Primus post Adrianum principem, qui uera pietatis lumen acceperit. Nam CHRISTVM in larario suo semper habuit. Quin illa ex sacris literis sententia frequens ei in ore esse: Quod tibi nolis, id in alterū facere caueas. Locum etiam Christianis adiudicauit, quibus popinarij litem intendebant, rescribens Deum multò melius quoquo modo coli, quàm popinarijs assignari.

DE P A R T H O R V M, E T P E R S A R V M I M P E R I O.

Non alienum ab instituta serie fuerit, quando post hac Persarū arma in Oriente, post Parthica toties erunt referenda, si breui imperium utriusque populi, tum ad nostram etatem in eo terrarum tractu regnorum seriem perstringam.

Artaces rex Parthorum.

Arthabanus, rex.

Artaxerxes rex Persarum.

Chosroës rex Persarum.
Heraclius imperator.

Maomethes.

Primus igitur Parthis Artaces libertatem asseruit ad eam diem cū ceteris Orientis populis, regibus Macedonum obtemperantibus: à quo ad Arthabanum regem perpetua Arsacidarū gloria per quadringentos, & amplius annos floruit: dissidentibus inter se Syriæ regibus. Parthis uerò per hæc tempora uaria admodum fortuna cum Romanis contendentibus, Artaxerxes Persa, uir obscuris admodum parentibus ortus, genti suæ ueterem imperij gloriam restituit. Tripliciq; prælio Arthabano cum tota Arsacidarū familia cæso, Persas Orienti iterum imposuit. Quorum imperium ad Chosroën usque regem, & Heraclium imperatorem per quadringentos annos mansit, grauib; prælijs, alternante fortuna, cum Romanis interim gestis. Quæ tempestate Saraceni ex Arabia profecti, Maomethe duce, noui

noui delirij autore, Persas primùm, mox Romanos uarijs, & ingentibus cladibus afflixere, floruitq; Saracenicum nomen, Persico sublato, adeò ut non contenti Asiæ imperio, maximã Europæ partem sibi subiecerint: ipsam etiam terram Italiam (quod horreat meminisse animus) mari, terraq; scedè per ducentos & amplius annos populati. Mox prævalentibus Turcarum rebus, diuisum in ^{Turcæ.} Oriente imperium est: Saracenis Aegyptum, & Asiam ad Oriëtem sibi uendicantibus: Turcis propiores Europæ prouincias per nostrorum principum segnitiam occupatibus: repressaq; interim gentis in Christianum nomen infestissimæ rabies Gallorum armis Europæ principum, communi expeditione, autoribus tamen Francis in eos sumpta, & Hierosolyma nobis restituta. Ceterùm nostrorum discordia rebus in Asia labentibus, & modò Tartaris, modò Saracenis de imperio contendentibus, Asiæ pars, quæ à Tauro ad Euphratem protenditur, Saracenorum imperio, reliqua ad Hellepontum Turcis cecit. Interim centesimũ ab hinc & amplius annum, ^{Tamberlanes.} Tamberlanes inter Scythas humili loco natus ex gregario milite ordinis primò, mox exercituum ductor, Parthis imperium astruens, uictis omnibus finitimis gentibus, Syriam cum tota Aegypto populatus est. Inde in minori Asia Paizeti Turcarum principi congressus, eum captum cum tota gente ad internitionem cæsa, ^{Paizetes Turca uictus & captus,} in uinculis habuit: uictor que domum reuersus, urbe etiam Marchanti populosissima à se condita, & uictarum gentium spolijs ornata, imperium moriens duobus filijs reliquit. Quorum dissidio res tanta indole

parta, retro facile abiit. Stetit tamen regnum trans Eu-
 Vuncassanus. phraten filijs incolume ad Vuncassanum usque: qui cum
 Maomethe etiam confligit. Variatum demum in his ter-
 ris, re Aegyptiaca interim florente, donec auditum est
 Psophes, etate nostra Psophis nomen unius ex Vuncassani hære-
 dibus (uti credi uolunt) Fortuna seruati: qui magno homi-
 num fauore ad imperium ascitus, ueluti hereditarium
 odium cum Turcis exerceat.

IVLIVS MAXIMINVS.

*per se ego xpianus
Ga per sacra
eclasi*

Redit nunc stylus ad institutam seriem. Nam Alexan-
 dro interfecto, successit Maximinus cum filio eius-
 dem nominis, Thrax gente, et seuitia insignis: aduersus
 quem, cum Senatus Pupienum et Balbinum imperatores
 declarasset, immanitatem hominis, ac barbariem pertæ-
 sus: ille statim in Italiam cum Germanico, ac Pannonico
 exercitu descendit. Aquileiaque incassum obsessa, à militi-
 bus fame laborantibus cum filio necatur. Memorabilis mi-
 litum uox fuit, cum utrumque interficeret, ex pessimo ge-
 nere ne catulum quidem habendum. Imperarunt ambo
 annos treis. Pater sexagenario maior, filius uigesimum
 annum agens obiit.

BALBINVS, ET PVPIENVS.

Imperatores hi primum ex s. c. duo aduersus Maxi-
 minum creati: Balbinus nobilitate generis præstans,
 Pupienus, qui et Maximus, militari disciplina clarus, à
 quo et Maximini uicti. Caterum cum parum inter se con-
 cordi animo rempub. regerent, à militibus uterque inter-
 ficitur, Gordiano puero summæ rerum imposto.

GORDIANVS.

Opti

Optimum, ac nobilissimū principem terris Dij de-
derant, si diu rebus illum præesse uoluissent. Nobi-
litate eius auus, paterq; imperatores, & Scipionum
stemma agenti insertū, bonitatem Romani populi, ac mi-
litum, & orbis totius in adolescentem amor attestatur.
Sed cū bellum ingens aduersus insolescentes Persas con-
flasset, iamq; Mithri socii diligentia feliciter confecif-
set, Philippi præfecti dolo, qui socer primò, mox prin-
ceps, interficitur, haud tamen inulta mors optimi princi-
pis fuit: omnes qui in illū coniurauerant, crudelibus sup-
plicijs affecti, & Philippi nō diu imperium tenuere. Vi-
xit annos x x i i. imperauit sex.

PHILIPPI.

Dvobis principibus, audita Gordiani morte, à Se-
natu creatis, Marco primū, mox eo breui absum-
pto, Seuero Hostiliano, qui & ipse non diu superuixit,
Philippus imperium occupat: nec ei gentis humilitas ob-
stare potuit, quo minus imperaret. Nam per omnes mili-
tiæ gradus ob uirtutē euectus, tandem præfectus à Gor-
diano in Mithri locum factus, optimo adolescenti in si-
dias comparauit: eoq; per dolum cæso, imperator ab ex-
ercitu dictus Romam cū uenisset, filium Philippū im-
perij participem declarauit. Ipse post quintum imperij
annum Verona medio capite supra ordines dentium præ-
ciso, filius duodenarius Romæ necatur: quem adeò tristes
ingenij serunt, ut nunquam riserit, & semel ridentem pa-
trem auersatus sit. Sub his seculares ludi magnificentissi-
mi millesimo ab v. c. anno dati. Sunt qui à Christiana
pietate non abhorruisse Philippum tradant, quorum te-

*Primo clari
sprauu.
testamento h
redem in h
filiis p
lice? in Sue
mi h
meant e
Diue h
f.*

stimonio hominis perfidia fidem abroget.

D E C I V S .

*per se uel eorum
 subit martyr.
 suburni ep. To
 lsa Dyonijs
 parrisi, lanax
 Hippolyt
 Cecilia, agata
 Apollonia,
 a
 per se uel
 eorum.*

I Nnitum, ac penè reluctantem Philippi socordia hunc imperio præficit, haud dubiè tamen nobilissimis partibus Bubalæ inferioris Pannoniæ urbe natum. Nam Philippus nunciata Marini ducis, & Mœsici exercitus rebellione, cum Decium ad comprimèdos eos motus mitaret, recusauit primò Decius: mox etiam admonuit, non esse ex Philippi re, ut ipse eò contenderet. Caterùm satis rem ita trahentibus, ut primùm prouinciam attigit, imperator omnium còsensu dicitur: & interfectis (ut dixi) Philippis, cum aduersus Gothos cum filio audacius, quam consultius pugnaret; cæsus cum toto exercitu ab his est, corpusq; paludis uoragine absortum nusquam inuentum. Hic charissimus Senatui fuit, & qui à nobis etiam inter optimos principes adnumerari posset, si iniuriam à Christiana pietate abstinuisset: in quam plus nimio Philippi etiam odio sæuijt: Fabiano, ac Cornelio pōtificibus Romanis martyrio affectis. Vixit tamen annos l. imperauerunt uterq; biennium.

GALLVS PATER, ET VOLUSTIANVS FILIUS.

H I post Decium imperiū adepti, infelicissimè illud per annos duos, & menses octo rexere. Nam cum Scythis tributo annuo drachmarum centum transgere, primi qui Romani maiestatem imperij tam fœda pactio-
 ne suggillarint: & Armeniam amisere, expulso à Parthis Tyridate eorū rege. Tam fœua deinde lues orbè inuasit,

quæ ex

quæ ex Aethiopia ortum habuit, ut per annos quindecim terras penè omnes exhausserit. Tandem Aemiliano imperatore facto, uicti prælio, à militibus occiduntur: pater etatis anno XLVII.

AEMILIANVS.

TRimestrem & hunc imperatorem Mauritania nobis dedit, uirum (quod fatendum est) militiæ peritum, sed ignobilem: qui uictis ad internitionem penè Gothis, astu etiam adhibito, cum omnem prædam militi promississet, imperator ab exercitu dicitur. Mox Valeriano ab Alpino exercitu imperatore nobilissimo, ac Censorio uiro creato, qui Aemiliano fauerat, ne civili bello remperarent, Aemilianum necant, soloq; ducis capite res peracta est, anno etatis eius XI.

LICINIUS VALERIANVS.

NVllum principem maiore unquam fauore orbis accepit: nullus eo calamitosior ad hanc diem imperio præfuit: uel quòd à Sapore Persarum rege uictus acie, siue dolo suorum, siue eius imprudentia id acciderit, nam utrunque traditur, miserabili captiuitate apud eos consenuit: uel quòd Gallienum filiumq; post se reliquit, qui Caligula, ac Vitellij similimus orbem terrarum penè perdidit: externis hostibus adè nobis insultantibus, ut foeminae imperium in Gallieni cōtemptum occuparint. Triginta certè tyranni nescio rempub. magis afflixerint, an aduersus hostes nostros necessarij tutati sint: qui per ea tempora in prouum rem imperij labentem per Gallieni luxum sustinerent. Vixit Valerianus septuagenario maior, imperauit annos xv. Vir ante imperium summis

*cyprians & cornaly maty
vii patiant
Pospéri; con
tra xpianos
scatpht
& manichei
terbant echa?
8^a per se actio
i. case.*

honoribus functus, & in his cum summa laude, ac uirtutis opinione uersatus.

GALLIENVS.

AD Valeriani calamitatem accessit Gallieni filij imperiū: qui nequissimus omnium mortalium adeo per luxum, ac socordiam imperium afflixit, ut per totum terrarum orbem grauisima externa bella senserimus: neque uero minus à xxx. tyrannis uexata fuisse res. Is Gallienus, cum aduersus Aureolum comparato exercitu Mediolanum usque contendisset, Aureoli commento iam penè uicti, certè intra Mediolanum obfessi, interficitur quinquagenarius. Imperauit annis xv. cum patre septem, solus octo. Affuit huic principi (quod mireris) animi quandoque uigor, & ad se ulciscendum audacia: nec minus in eo liberalitatis effulsit, cum nihil unquam petenti denegaret.

CLAVDIVS.

Ostenderunt & hunc terris numina uerius, quam concessere. Quippe cuius principatu restitui ad integrum res potuerit, nisi intra biennium fato occubisset. Is enim Gotthorum arma late uagantia primus compe-scuit: naualibusq; ac terrestribus bellis eorum opes attriuit, ut per omnes prouincias nulla, nisi Gotthi ca micipia essent. Alemannorum ad Benacum lacum infinita millia profligauit. Illud memorabile, quod Græciæ uastitate, quam Gotthorum arma intulerant, Athenis captis, cum librorum ingentem uim coaceruassent, de his com-burendis Barbariam consilium ceperant: tum unus ex his,

*Nonisq; Pontis
sex dioceses
in pararchia
descrixi.*

11

his, Abſtineamus, inquit, hanc iniuriam ab his codicibus, quibus Graij homines, dum ſtudioſius incumbunt, minus ad bella idonei fiunt. Illud etiam in Claudio memorabile, quòd accepto imperio, cùm in Senatu uariarent ſententiae, utri prius bello occurreret, tyrannorum, an Gothorum: Gothos cenſuit prius aggrediendos: quòd hi reipub. hoſtes, tyranni principis eſſent. Præſuit biennio non integro.

QVINTILIIVS.

Hic cùm dies ſeptem ac decem imperium autore Senatu tenuiſſet, Aureliani imperatoris nuncio exterritus, ſanguine è uenis emiſſo obiit.

AVRELIANVS.

Huc inter principes neceſſarios magis, quàm bonos multi reponunt. Nam quantum illi glorie triumpho hoſtiles, & militaris pericia uendicat, tantum ſeuitia domi etiam in ſororis filium exercita laudis detrahit. Princeps tamen dignus, qui Claudij etiam prærogatiua rempublicam, ea temporum calamitate ſuſciperet. Barbaros enim in terra Italia uagantes, triplici prælio afflixit. Monetariorum bellum non ſine ingenti cæde ſedauit. Zenobiam inſoleſcentem duplici prælio uictam, & per obſidionis moras tandem fractam in triumphum duxit. Aureolum, & tyrannorum non paucos aut interfecit, aut ſibi conciliauit, Tetrico uno ex his etiam Lucanie correctore inſtituto. Imperauit annis v. Domesticorum fraude inter Byzantium, & Heracleam oppreſſus.

TACITVS.

C 5 Interre

*per ſe gr
expianor.
9^a perſecutio
eoteſer.*

Interregnum per septem menses Aureliano interfecto fuit: cum miles ad Senatum, Senatus ad militem prærogatiuam imperatoris deferret eligendi: tandem patres militari consensu uicti, Tacitū Augustum dixerunt: ex quo tantum publicè gaudium fuit, ut literas Senatus ad municipia Italiæ super ea re dederit. Quam uerò amplissimi ordinis iudicium à militari tumultu distet, Taciti declaratio ostendit: cum in curia testati sunt neminem aut iustius, quàm grauem uirum, aut prudentius, quàm doctum imperare posse. Verùm hic tantus uir sexto, quàm imperare cœperat, mense, militari scelere periit.

FLORIANVS.

Hic Taciti frater, quasi hereditarium imperium Hæset, intra LX. imperij diem tanquam ad fortunæ ludibrium solutis sibi uenis, ad Probi imperantis nunciū obiit.

PROBUS.

Non sefellit omen nominis, cum hoc illi cognomen esse potuerit: ut si non illi fuisset Probi nomen, cognomento hoc appellari potuerit. Huic nec Taciti frater obstitit, quò minus orbis totius consensu imperator diceretur: nec generis humilitas, cum patrem Dalmatici sanguinis, & eum agrestem habuerit. Vir pacis, belliq; artibus longè clarissimus. Huic per sex annos, quibus imperauit, uicti Sarmatiæ debentur. Tyranni per hunc omnes sublati: pax uniuerso terrarum orbi restituta, celebris uox eius excepta inuidiâ peperit apud milites: neque enim necessarios amplius dicebat fore milites, ubi hostes deessent: quos nusquam uirtute sua futuros

turos mox sibi promittebat.

C A R V S.

NArbo Martius hunc genuit imperatorem bonum, sed ad posteros etiã cõmẽdatorem multò futurũ, nisi Carinum flagitiosissimum principem reliquisset. Hic bello Persico capta Seleucia, & Ctesiphõte, dum ad Tigrim fluium castrametatur, fulmine ictus perijt. Numeriano filio ab Apro socero mox interfecto, adolescente tum probitatis, tum eruditionis egregie, maxime autem ad poëticen nato: & Carino Romæ per Diocletianum principem cæso. Hi tres uix triennium explerunt.

DIOCLETIANVS, ET MAXIMIANVS August.

SVbeat forsitan admiratio multos hac nostra principum relatione, quòd paucissimos Quiritij sanguinis, omnes serè externos, & pudendæ quosdam etiã originis, non tamen poenitendos recenseam. Sic hætenus Decium Pannoniæ, Aurelianum Daciæ, Claudium Dardani, Probum Dalmatiæ, Carum etiam Gallie sibi uedicant. Quid quòd eadem Dalmatia alterũ etiã nobis imputet, omnibus æquandum principibus, si à piorum sanguine abstinuisset, Diocletianũ? Is enim Salonis ortus, libertini etiã sanguinis, cum molem imperij grauiorem animaduerteret, quam ut unus esse uniuerse par posset, Maximianum Augustum creat: amboq; duo sibi Casares, Galerium, Armentarium cognomine, & Constantium Constantini Magni patrem dicunt. Diocletianus igitur, quando per parteis rem tutius confici posse ratus est, Maximianum Gallijs præficit: eoq; confecto bello, in Africam aduersus

*floruerunt
Hærodiang
Langridij
Spartianj
Politione*

*persequit
eclesiam.
martyrizati
Catharina
Lucia
Agnes
Barbara
Sebastianj
Cosme
Damas. &
fere numeru
biles alij.
10 persequit
eclesie*

aduersus quinquagenarios transire iubet: utrobique se-
 dati tumultus. Africanus certè aliquantò difficilior, quòd
 quinquagenarij, & supra eum annorum numerum uete-
 ranus miles ad obsequium tam facillè redigi non poterat.
 Interim Aegyptum Diocletianus inuadit. Achilleum in-
 cubatorem imperij Alexandriae per menses aliquot obse-
 sum, & in potestatem redactum, feris lacerandum obijcit:
 potentissimus quisque cædibus, ac proscriptione peti-
 tus. Interim aduersus Narseum Persarum regem Gale-
 rius infeliciter primò, mox reparatis copijs, ira etià ani-
 mos illi faciente, quòd ad Diocletiani carpentum post
 cladem acceptam per mille passus pedes currere coactus
 est, egregiè uicit Narseo fugato, & caesis magna ex par-
 te Persis, pellicibusq; cum gaza omni regia captis. Hæc
 uictoria Galerij uirtute, & audacia parata: qui exploræ-
 ratis prius hostiū castris, noctu cum x x. millibus equi-
 tum Persas aggressus, dedecus acceptum hosti rependit.
 Diuersa etiam parte Constantius ab Alemannis impro-
 so insultu primū uictus, & eodem die mox uictor, l x.
 eorum millia cecidit: ea clade Germaniæ attrita, Gal-
 liæ liberata. Sicq; pacato orbe post annorum imperium
 x x. Diocletianus Nicomediæ, Maximilianus Medio-
 lani imperium eodem die deposuere. Rem miram, & ad
 hanc ætatem incognitam, ut sponte, nec prægrauante sal-
 tem senectæ, uel rerum mole, uterque in ordinem se rede-
 gerit. Diocletianus certè constantius in proposito man-
 sit. Nam per decem annos quot priuatus Salonis super-
 fuit, hortorum amœnitati uacans, iterum ad imperium so-
 licitatus, à priuata uita abduci nō potuit, testatus nullos
 sibi

sibi unquam soles latiores affulsisse. Obijt autem duode-
 octoginta natus annos, uel alienatione mentis, uel ueneno
 hausto, ueritus Licinium, ac Constantium, qui illum tan-
 quam Maxentij fauorem grauius increpauerant. Sed &
 Maximilianus dum Cōstantio genero insidias parat im-
 periū affectans, Masilie captus Cōstantij iussu necatur.

CONSTANTIUS CHLORVS,

& Galerius Maximinus
 Augusti.

Successere Diocletiano Iouio, & Maximiniano Her-
 sculio cognominibus, duo ab his antea dicti Casares,
 Constantius uidelicet Chlorus, quasi uirentem à colore
 dicas, & Galerius Maximinus. Sunt qui ex ueteribus
 monumentis Maximianum magis prōbent: sed quocun-
 que cognomine hic fuerit, diuerso, quod constat, ingenio
 uixere. Cōstantius benignus, ac facilis, atq; ad promeren-
 dam Gallorum gratiam, quibus præerat, propensior,
 nec à uera pietate abhorrens. Galerius trux: ac propè
 immanis: ut qui rus, unde uenerat, oleret, nostrique san-
 guinis appetentissimus. Sed cum undecim annos Constan-
 tius Gallias, & Hispanias in summo ocio tenuisset, (Nā
 Africam, Italianq; sub imperij initia sponte dimiserat,
 ratus id grauioris esse oneris, quam ut ab uno sustineri
 posset) Eboraci decessit, moderati principis fama, & Cō-
 stantino filio successore felix.

Galerius imperium adeptus, molem & ipse secum
 rei reputans, duos sibi asciscit Casares, Seuerum &
 Maximinianum iuniorem: illum Italie, hunc Africæ, &
 orienti præficit: ipse Illyricum sibi medijs asciscit. Ve-
 rum

*Flouuent
 Eusebius
 Laetantius.*

rum non multò post genitalibus putrescentibus, uita te-
dio uim sibi gladio intulit.

SEVERVS, ET MAXIMINVS IMP.

Suerum haud multò post Maxentij factio Romæ in-
stra tabernas opprimit, & Maxentium Herculij ty-
rannici uirum spiritus sibi praeficit, aduersus quem dum
Maximinianus festinat, militum suorum defectionem ue-
ritus, retro in Illyrium contendit: ubi ulcere inguinibus
innato, cum deessent remedia, nec medici ob hominis im-
manitatem open ferre auderēt, uermibus undique erum-
pentibus obiit, Christiani sanguinis usq; ad insaniam pri-
dem effusi incassum pœnitens. Vir belli, pacisq; artibus
insignis, nisi crudelitate nimia in nos, tantas uirtutes sce-
dasset. Solus annos duos, cum Cæsaribus, & Licinio impe-
rij consorte xvi. praefuit.

LICINIUS, ET CONSTANTINVS.

Licinio Dacia natale solum fuit. Militaris disciplinae
ad ueterem normam seuerissimus exactor. Rusti-
cis, & agrarijs hominibus (ex eo enim genere fluxerat)
æquis auaritiæ, & Veneris studio infamis, moribus pla-
nè barbaris: & literis adeò infestus, ut uirus, ac pe-
stem publicam eas appellaret. Sed cur eas non odisset,
quarum adeò expertus erat, ut ne decretis quidem subscri-
bere posset? Illud in eo non reprehendas, quòd spado-
num, aulicorumq; insolentiam mirè compescuit, tuncas,
soricisq; palatinos appellans. Hunc Constantinus nouas
res molientem, primùm in Pannonie campis fudit: mox
reparatam uires incredibili celeritate ex Europa in Asiã
expulit: maleq; reconciliata iterum gratia per Constan-
tini

tini sororem Constantiam, quæ illi uxor erat: cum rebelles animos homo uecors retineret, etiam contra sacra menti fidem Theſſalonica interfici iuſſus eſt. Imperauit ann. XIII. ſexagenario maior, Chriſtianis inſeſtiſſimus. Vnde illi diſcordiarum ſemina aduerſus Conſtantinum acriora.

M. FLAVIUS CONSTANTINVS

Constantij Augu.

Felicioribus auſpicijs, ac meliore partium noſtrarum euentu, rerum tandem Conſtantineſis potitur ex Helena Conſtantij uxore ſuſceptus: & cæteris fratribus ob egregiam indolem, cum illi ſegnitiem præ ſe ferrent, patris etiam teſtamento prælatuſ. Hic ſub Galerio rudimenta militiæ feliciffimè auſpicatuſ, parta ex Sarmatiſ egregia uictoria, uerituſq; ex ea laude glifcentem inuidiam, ad patrem tranſfugit: eoq; mortuo, Gallias, Hiſpaniaſq; & Cottias Alpes obtinuit: Conſtantineſis patre id multò antè ſomnio præſagiente, egregium imperatorem fore, qui Dei militibus opem primuſ ferret. Iamprimuſ igitur ueteraniſ militibus agroſ aſſignatoſ, ut ad filioſ ſuoſ tranſirent, primuſ inſtituit. Tertio imperij anno accerſituſ in Italiã ab iſ, qui Maxentij tyrannidem ferre nõ poterant, biennio totã Italiã, urbemq; Romã priſtinã maięſtati aſſeruit, Maxentio Tyberiniſ gurgitibus abſorpto. Inde abnegato idolorum cultu, Chriſtianã puritatẽ ita amplexuſ eſt, ut præter egregia dona Diuorum noſtrorum templiſ illata, CHRISTVM ab omnibuſ colenduſ præceperit, templaq; illi, & alijs numinibuſ erexerit, nec alia magiſ cauſa acriuſ

Imperium hic
constantino po
litianum inu
git.

Flouerunt.

Nicoſay

Alexand^{ro}

Atanaſ. g

epiſcopi.

Paulo et

Antonij

primi eremit

Silueſ Ner inſt

hat con forma

honiſ ſacra

mentuſ de

corporali

miſſe

acrius in Licinium exarsit, quàm quòd ille aduersaretur nobis. Bella cõtra Barbaros multa felicissimè cõfecit: u de primus Romanorum principum Magni cognomentũ tulit. A bellis ad pacis studia conuersus, optimum principem primis annis egit. Leges sanctissimas tulit: literis & ipse impense semper studuit, & eas fouit. Religionis adeò obseruans, ut Nicenam synodum ccc. & xxii. patrum multis disidentibus indixerit. Byzantium instaurauit, imperatoriamq; urbem, & nouam Romam appellari uoluit. Moriens, & Constantinopoli sepultus, treis liberos, & Dalmatium fratris filium successores reliquit, xxx. & amplius annos imperans, tredecim uerò ex his solus. De eo sic memoriae proditum, decem primos annos ut præstantissimus diceretur, xii. sequentibus latro, decem nouissimis pupillus ob immodicas largitiones. De eius baptisate uti uariant autores, sic constanti fide, quæ de imperij donatione circumferuntur, uti minus similia ueri non probant. Sed alij hoc uiderint.

CONSTANTINVS, CONSTANS, ET CONSTANTIVS
Constantius Constantini filij Augu.

HI tres imperium, quod per manus à patre acceperunt, ita partiti sunt, ut Constantinus maximus natu Gallias, Hispanias, Britanniamq; insulam obtineret, Constanti Italia cum Illyrico, & Græcia cederet, Byzantium & Oriens Constantij esset, qui Dalmatium socium imperij haberet: quem haud multò post dolo exceptum militari factione oppressit, cum annos treis imperasset. Nec durauit diu fratrum concordia: siquidem in nefarium bellum rapti fratres: nam Constantinus Gallico

*florant.
Apuliz
Semiſky
Donaty
Iobanus so filia*

libanus so filia

lico exercitu fretus, Constanti fratri bellum intulit, quod dum cupidius, quàm cautius gerit, ad Aquileiã excepit insidijs nondum triennio finito, uulneribus confectus periit. inde Constans uictor, cum non sine labore prouincias transalpinas in potestatem redeisset, egit primum optimum principem: mox aduersa ualetudine, siue rerum felicitate mutatus, ingratus omnibus esse cepit: donec & ipse Magnentij dolo dormiens intra tentorium, ad Helenam oppidum oppressus est, cum imperasset annos xii. uixisset paulò plus xxx.

Constantius eadem fratris ulturus, ingenti exercitu aduersus Magnentium comparato, ingenti illum praelio, & memorabili ad Murtium fudit: quo Romani utres imperij penè concidere, LII. millibus utrinque desideratis. Mox cum Magnentius bellum reparasset, & ad Lugdunum iterum uictus esset, gladio sibi latus aperuit: sed & Decentius frater, qui Cæsar ab eo dictus fuerat, laquei morte præpostera uitam finijt. Nam Britannioni antea Constantius ueniam petenti facile dederat. Is Britannion adeò expers literarum est habitus, ut ne prima quidem elementa calleret. Ceterum Constantius Gallum à se antea dictum Cæsarem ferocientem, & insolescentem supra Cæsaris nomen interfecit: & contra Persas infeliciter conflixit militum suorum stultiti. Quibus ad sua abeuntibus, quæ Massagetae uastabant, dum Romam inuisit, Iulianum Galli fratrem, treis & uiginti annos ætatis agentem, Cæsarem à se factum, in Gallias aduersus Alemannos eas uastantes misit: ipse in Persas iterum contendens, dum agrè ferret Iulianum à militibus Augustum

*Constantius
fuit hereticus
Arriany.*

D stum



stum esse dictum, apud Mopsucrenen iuxta Tauri montis radices æstuantissima febre decessit. Vixit annos XL. imperauit **X XIII III**.

IULIANVS.

fuit apostata.

fuit Apostata.

flouerunt.

Cyrillus

Bassilijs

naenziens.

ilicij

esuperij.

Constantio extincto, Iuliano facile cuncta cedere. Puer hic ingenio sublimi, callido, & literarum ardentissimo, Gallias sub primum accessum præter omnium spem, Alemannorum incursum uastatas asseruit, regemque eorum cepit: inde Augustus à militibus salutatus Partissis, mortuo (ut dixi) Constantio, aduersus quem bellum ciuile parabat. Persis, adepto imperio, bellum indixit: ubi dum inconsultius agit, Persæ uiri dolo in desertum cum exercitu ductus, conto traiectus periit. Sunt qui sagitta è caelo missa uulneratum dicant. Vnde in nefariam uocem erumpens, uicisti Galilæe (sic enim **CHRISTVM** appellabat) occubuerit. Christianos impio quodam odio adeò infectatus, ut studia, & militiam hisce interdixerit: plerosque præmijs, & illecebris, quasi machinis, à uera pietate auerterit. Quinetiam imperator (ita Deo uisum) aduersus nos libros edidit: ille uerò si ingenium, indolemque egregiam ad ueram pietatem, quam puer imbiberat, conuertisset, inter egregios principes adnumerari potuit: decessit annos agens alterum & trigesimum. Solus annum unum, menses treis imperauit.

IOVINIANVS.

Hvic Varronianus pater, Pannonia patria, stature procera, ingenij amœni, nec à literis abhorretis: qui à

qui à militibus primò imperator salutatus, deceptis similitudine nominis, quasi Iulianus reuixisset, cum Persis pacem magis necessariam, quàm honestam, Transtigritanis prouincijs quimque amissis, inijt. Accessit nouæ ignominie dedecus grauius: uctitus imperator Rom. Arfacio opem ferre. Perijt octauo imperij mense Dadastanis oppido, dum cubiculum ingreditur noui tectorij, prunis etiam ardentibus, siue, ut alij, stomachi cruditate x x x i i i . atatis anno.

VALENTINIANVS, ET

Valens Augusti.

Dedit et hos Pannonia principes Gratiano patre ortos: primùm Valentinianus ab exercitu Niceæ, inde Valens ab eo Augustus, imperijq; consors dictus: qui Procopium temerè imperium inuadentem Constantinopoli oppressere. Inde Gotthi, et barbaræ nationes à Valentiniano Thracia exturbatæ, Septentrio que omnis cum Saxonibus ad officium eiusdem opera redactus. Parthi è Syria per legatos eiecti. Inquieta Germania Theodosij maioris auspicijs pacata. Ipse dum Quadorum legationem latrocinia excusantem audit, subito morbo uenis arefactis, ut sanguis mitti nunquàm potuerit, obiit, Gratiano filio prius August. appellatio- ne donato, imperij accepti anno x i . mense v i i i . die x x . uitæ l v . Valens post fratris interitum, Arrianæ factionis fautor, dum aduersus Scythas, et Gothos prælium ferocius, quàm cautius ciet, uictus ab his acie, uitam, imperiumq; amisit, igne intra turgurium, in quod confugerat, iniecto. Digni imperio fratres, et inter

D 3 bonos

*Pontifex eligi
Damas. 6. qui
mille aduunxit
confitea. R. pla
lmi gla patri
Houerunt
Eutopis
Vegetius.
valens fuit
Herod. Arri
aney.*

bonos referēdi, nisi Valens Arriano delirio uirtutes egregias inquinasset.

GRATIANVS, ET VALENTINIANVS.

HAud sanè improbandum principem numina terris dederant, si quantum literis, & militari disciplinae uocabat, ac uenationibus, tantum cura ad rempub. cognoſcendam impendisset. Nam pietate in suos egregius, Valentinianum adhuc puerū August. dixit, patre, patruoq; extinctis. Mox Theodosium Hispanum cōsortem imperij adsciuit. Verūm dum spicula tantum, & arcus meditatur, dum Alanum militem Romano praefert, Maximi ducis insidijs circumuentus perijt, cū imperasset cū patre annos octo, cum patruo treis, cum Theodosio IIII. Valentinianus à Maximo emissus, Theodosijq; ductu postea restitutus in imperium, Maximo tyrāno interfecto, mox Eugenij & ipse post Maximum tyranni dolis uictus, laqueo seipsum necauit.

THEODOSIUS.

Hic Honorio patre, & Matre Termantia, haud dubiè inter optimos principes adnumeretur: quippe qui rempub. Gothicis armis penè oppressam accitus ex Hispania (quae illi patria) à Gratiano restituerit, Maximum tyrannum, & Andragatium praefectum eius subito in cursu uictos occiderit, Valentiniano imperiū asseruerit: Mox Eugenium tyrannum in Valentiniani ultionem sustulerit, non sine numinis manifesto indicio: cum multo minoribus enim copijs illi congressus, militante iūdi aethere, & coniuratis in eius auxilium uentis, ut poëta eleganter cecinit, uictoriam insignem adeptus est. Fuit autem

nato die 10 apr

l'f Louuaint

Prudentis

Aufonij.

Sedulij.

Martinij.

Ambrosij

Hieronimij

Orosij.

Augustinij.

maximo imp. Ro.

gotthi vandali

longo bardi

Hunni de Bur

gundi de galli

occupauit

nato die 10 apr

l'f Louuaint

Prudentis

Aufonij.

Sedulij.

Martinij.

Ambrosij

Hieronimij

Orosij.

Augustinij.

maximo imp. Ro.

gotthi vandali

longo bardi

Hunni de Bur

gundi de galli

occupauit

autem hic princeps moribus, & corpore Traiano principi similis, summa in eo clementia, incredibilis in suos pietas, rei militaris disciplina sagax, nec à literis alienus, simplicium ingeniorum admirator: pietatis nostrae adeo observator, ut summa ciuilitate ab Ambrosio antistite castigatum se, adytisq; prohibitum tulerit. Obijt Mediolani aetatis anno l. imperij undecimo.

ARCADIVS, ET HONORIVS.

Hosce pueros Theodosius uiuens, imperij consortes fecerat: & moriens, quando atas rerum moliri non responderet, treis imperij tutores testamento sanxerat, Arcadio Rufinum, Honorio Stiliconem commendans. Africa uerò Gildonem praesse uoluit. Prior Rufinus, dum Gotthica sollicitat arma, ut imperium metu ab Arcadio extorqueret, perfidiae poenas dedit: pariq; poena Caianus Rufini sceleris popularis afficitur: inde mox Arcadius, cum Byzantij regnasset annos serè xlii. obijt, Theodosio filio relicto. Maior rerum moles Honorium Romae agentem excepit: qui rebellantem Gildonem cum Mascezelis fratris ductu superasset: eundem quoque Mascezelem rebellem expertus, Bonifacij ductu uicit. At Stiliconis perfidia eò perniciosior, quò occultior fuit. Nam magno nostro dedecore cum Gotthi Italiam uastassent, urbemq; Romam cepissent, astu Stiliconis rem adiuuante, tandem re ab Honorio cognita, Stilico cum filio sublatu est, qui genere Vandalus, & militaris disciplina scientissimus, Honorij etiam socer, si quam operam in perdendo ad Fesulas Radagaso cum ducentis

*Honorij natus est
die 9. Septembris
anno xpi 337.
vixit 49. men. ii.
die 7.*

*Honorant
Christolomus
Claudianus
in Achaena
le Gaur.*

Gotthorum millibus præstiterat, in asserendo imperio præstitisset: nec Romam Alaricus Gotthorum rex unquam cepisset, nec orbem totum cladibus asiduis inuoluisset. Decepsit autem Romæ, cum annos duos & x x x. imperasset.

R O M A E C A P T I V I T A S.

Non potui non uehementer mirari tantam uel temporum iniuriam, uel scriptorum inertiam, tum ueterum, tum recentium fuisse: ut cum Romam orbis reginam captam ab Alarico Gotthorū rege, anno post eam conditam millesimo C L X I I I. certatim omnes memorie prodant, seriem tamen rei, aut indagandam non censuerint, aut indagatam tanquam rem planè ignobilè, nec scitu dignam obliuione inuoluerint. Prò Deum, hominumq; fidem, urbs orbis totius regina, quæq; eo auspicio condita credatur, ut caput orbis semper esset, & quæ toties de barbaris gentibus, orbeq; triumpharat, capitur Gotthico astu, & interim rei series, ordoq; nescitur? Ego uerò id minimè patiar, & omnis antiquitatis illustrandæ studiosus, hanc quoque rem tam memorabilem nō negligam. Astu autem barbarico capta traditur in hunc ferme modum: quem Procopius solum ex omnibus, quos legi, tradat: ut mirer ab interprete uel rem totam dissimulatam, uel cum in mutilum Græcum codicem incidisset, nō animaduersam. Ille igitur in hanc sententiam: Obsederat Romam Alaricus iam biennium: nec Honorius, qui Ratiōnem de seidebat, aut ferre suppetias poterat, aut audebat. Nam cum nihil minus, quam de urbis salute sollicitus esset, Stilicōne interfecto, ducem exercitui minimè præferat

cerat, qui rem aduersus Gotthos administraret. Vnde Gotthis obsidende urbis cogitatio, Romano milite aut dilapso, aut segniter rem agente. Verum eam frustra obsessam, cum expugnare ui non possent, ad dolum hostis barbarus uertitur. Professionem in patriam simulat, trecentosq; iuuenes, corporis, & animi ui prestantes deligit, quos Romanis principibus dono det: instructos prius, ut omni obsequio dominos suos promereri studeant, & ad certam diem circa meridiem, cum Romani principes somno, uel otio uacarent, ad Asiariam portam aduolent: interfectisq; improviso insultu custodibus, portam sibi prestò futuro aperiant. Interea Gotthi cum reditum, alia atque alia deesse sibi simulant, differrent, trecenti illi iuuenes occasione egregie usi, portam stato die suis aperiuunt: & intronissus Gotthus maiore ignominia, quam damno urbem omnem populatur. Sunt qui Proba illustris foeminae, & opulentissime opera patefactam Gotthis portam existiment, cum plebem Romanam passim fame, & morbis pecudum more cadentem miseraretur. Duo sunt cognitu non indigna: Vnum, edictum ab Alarico fuisse: ut quicumque in templa diuorum confugerent, præcipue Petri, & Pauli, his nulla uis inferretur, quod & summa fide seruatũ: Alterum, quòd cum nunciatũ Honorio esset Rauennæ Romanam perditam, credidit ille de pugnaci Gallo, cui nomen erat Romæ, significatum esse: admiratumq; uehementer tam subito perisse eum, qui cum paulò antè festiuissime luserat. Adeò socordis ingenij princeps, nec quicquam

omnino paternæ, auitæq; uirtutis referens, quod & Arcadio fratri uirio datum est. Nam Eudoxiæ uxori additus, cum alia improbè fecit, tum Chrysostomum antistitem sanctitatis, & eruditionis egregiæ, uxori plus æquo inseruiens, in exilium egit.

IOANNIS BA

PTISTAE EGNATII

Veneti Romanorum principum

Liber secundus.



SEQVITVR abhinc etas, in qua mihi orbis totius clades, regnorum tristes exitus, imperia funditus excisa, mutationes rerum frequentissimæ referenda sunt: ut intelligat mortalitas nihil esse inconstantius ijs, quæ tantopere ut æterna miramur. Ad eò enim uitæ, fortunæq; ista bona, in quibus opinione uulgi sita summa felicitas est, fragilia, caducaq; sunt, ut nihil his esse possit cladibus, ruinisq; magis obnoxium: quod cum uetera illa Asiæ imperia, tum uerò nominis Romani maiestas facillè declarat: quæ felicibus auspicijs orta, letissimis rerum successibus aucta, uiris clarissimis instructa: quorum uirtute, ac consilijs ad amplissimum fastigium sit euecta, legibus, institutis, Deum pietate illustrata: conciderit tamen, & funditus euersa sit: ut quemadmodum illa de toto terrarum orbe triumphos retulerat, sic nulla ferè hodie in terris gens agat, aut antea fuerit tam immanis, tam barbara, quæ non aut auitas iniurias,

rias, aut suas illi rependerit. Huc accessit, quòd eorum deinde, qui sequentur, principum partim ignauia, partim auaritia, res adeò nostræ pessum iere, ut ad rem Romanam sistendam, alienæ, atque externæ uirtutis eguerimus: adeò mascula illa Romuli proles, & Italica uirtus simul cum imperij lapsu consenuerat: nec Romani postea pontifices ambitione plus quàm immodica, pronamiam per se in casum rem Italicam non funditus afflicere: dum studijs suis nunc Francos, nunc Germanos, atque alios quosuis potius quàm Italicos principes patiuntur. Illi uerò quantum Romanæ, atque Italicæ maiestati semper detulerint, uel illud argumento esse potuit, cum se Cæsares, aut Augustos pro Henricis, & Federicis dici malint: cumq; se nunc Reges, nunc Romanorum imperatores appellari gaudeant. Cæterum nec querelæ locus hic est, & ipsa nostra hæc commentatio etiam nuda satis allatura doloris, ac molestiæ legentibus est. Quare Theodosium ipsum iuniorem agrediamur.

THEODOSIUS IUNIOR.

Quinquaginta quot uixit annos, totidem imperio etiam præfuit. Nam puerum admodum moriens Arcadius eum reliquerat sub tutela Isidigerdis Persarum regis: quod & bene cecit. Barbarus enim rex & tutelam summa fide gessit, & pacem cum Romanis, quoad uixit, habuit. Is uerò Honorio defuncto, Valentinianum ex Constantio & Placidia natum, data Eudocia filia in uxorem, Romam peropportune misit, cum turbata res essent tyrannorum libidine, qui rem Romanam inuase-

D 5 rant:

nato constantino
tempore de
lo apri. an
xp. 401.
vix. an. 49.
mens. 3.
die. 19. naty
a lo. archid.
adu. in. m. llo
graduale &
offertoria.
Roma capta
a gothaj.

rant: sub hoc tertia synodus contra Nestorium celebrata, Pulcheriæ sororis prudentia : nempe quoad illa est usus imperator, bene res gesta. Hic uxorem Eudociam Leonis Atheniensis philosophi uxorem duxit : quæ præter egregiam formam, singularemq; pudicitiam, etiam literis excelluit, absoluto eo libro, cui titulum Græci ὁ μὴ γόκεν τρεῖς faciunt. Hoc principe Veneti felicissimis auspicijs medijs in aquis habitare cœpere, cum Honorius adhuc uiueret.

VALENTINIANVS TERTIVS.

Asferi fortasse in pristinum statum sub hoc principe res Romana potuit, si eius inceptis aut fortuna fauisset, aut imprudentia sua postea rem non afflixisset. Nam recepta sub aduentum suum Italia, cum Gensericō statim Vandalorum rege pacem sanxit, parte Africæ, ut uideri uoluit, contento : & aduersus Attilam Etij ductu, rem feliciter gessit. Inde Maximi arte, uiri per ea tempora potentissimi, Etium interimi iussit. Vnde in uultionem ipse postea Romæ ab eius commilitonibus confossus perijt. Hoc principe occidentis imperium, Francis Gallias, Anglis, & Scotis Britanniam occupantibus, Vandalis Africam, & ipsam urbem populantibus, Hunnis Europam uexantibus, & Italiam, collapsum funditus est. Perijt imperij, & etatis anno xxx.

De Etio pauca dicenda hinc sunt. Hic è Dorostana Mœsie cum disciplina militari excelleret, Constantio defuncto, ab Honorio principe illi sufficitur : cuius ductu Attila in campis Catalaunicis uictus est, & Burgundiones repressi. Hunc postea Valentinianus cum interfecisset

florat
da hinc
hel gentij.

Dama scog
Iudae.

Egineta,
Iaramondus rex

gallis.

germanij eps.

occidentij
imperiij euer
sio,

meroueus rex
gallij.

aiuanus
lups.

nicaphi eps
cypri.

vij ad math.
anum c. s. axi.

videlicet mille
virginis.

cisset, interrogaretq; ciuem quempiam Romanum, an iure occisum crederet: iure, an iniuria occideris imperator Etium nescio: illud scio, quod sinistra tua dextrā tibi abscideris: nec falsus omnino uates. Nam eius morte Hunnorum potiti, & imperium euersum est.

BREVIS ENVMERATIO EORVM,

qui post Valentianum Romæ rerum potiti sunt.

POST Valentianum Romæ Auitus senatorij uir ordinis præfuit, Auito inde Maiorianus quadriennio. Hunc Seuerianus, Seuerianum Anthemius, Anthemium Liberius subsecutus: cui Glycerius, & Glycerio nepos statim successit: quo per uim pulso, Augustulus male omni nati nominis rerum potitur: sub quo Romani maiestas imperij cōuulsa per Odoacrem Herulum serò admodum ad Francos redijt.

F. L. VALERIVS MARTIANVS.

Nunc imperatores Constantinopolitanos, quando illi tantum per illa tempora uigere, ad Constantinum usq; Palæologum continua serie perstringemus, initio à Martino sumpto: qui licet humili loco natus, militiæ tamen clarus, Pulcheriæ Theodosij sororis studio rebus præficitur, moderatus princeps, & rebus gerendis idoneus, si per senectā diutius uiuere potuisset: nā pacem, quoad eius fieri potuit, coluit: illud sæpe usurpās, dū in pace esse possumus, arma nō induamus. Is Tatianū, Iulijq; fratres, qui olim aquilæ superuolātis eius caput auspiciū retexerunt.

nota

in augustulo
creuit imperium
de in augustulo
lo desijt.

retexerant, uaticoq; ducentorum aureorum inopem, & agrotantem adiuuerant: statim ut princeps est dictus, alterum Illyrico, alterum Constantinopoli praefecit. Hoc principe Chalcedonensis quarta synodus celebrata aduersus Dioscorum, & Eutychen Leonis Pontificis Romani iussu. Imperauit annos sex.

L E O.

Primus hic Graecanici uir sanguinis imperiū tenuit, Asparis patritij factione adiutus. Cuius etiā filium Caesarem cum inuitus creasset, postea cum Ardaburio fratre, ut insidiarum in se autores interfecit: Leonemq; ex Ariadna filia, & Zenone filium, successorem sibi esse onulit. Is aduersus Gensericum Vandalorum regem Basiliſcum ducem misit: qui, si Zonaram sequare, uictus nauali praelio à Vandalis, aufugit, siue illud ignauia, siue proditio fuerit. Byzantium huius imperio magna ex parte conflagrauit, praeterquā quòd Italia in perpetuo motu fuit. Imperauit autem annos xvii.

L E O I V N I O R.

Hic puer ab auo relictus, cum annū praefuisset, Zenoni patri manibus suis diadema imposuit, patrēq; pro se deinceps imperare iussit.

Z E N O I S A V R I C V S.

Quam uariè rebus Romanis illuserit fortuna uis, hic Zeno faciliè cum plerisq; qui explicandi mihi principes erunt, probet. Vir obscurissimi sanguinis, & cum facie deformis, tum moribus planè tyrānicis, ut *isaurū* agnoscas. Hic Theodericum Ostrogothorum regem cum unice diligeret, in Italiam aduersus Odoacrem

crem misit, Cōsulem prius à se factum. Pulsus uerò à Basilisco factione uxoris, cum in Isauriam concessisset, non multò post reuersus, & Basiliscū expulit, quem & inedia mori cōegit, & annos XIIII. Tyrannū uerius, quā principem egit. Sunt qui uiuum adhuc inclusum ab uxore sepulchro tradant, frustra q̄; resipiscentem, & openquiritantem obijisse. Hoc principe incēdium adeò graue fuit, ut præter maximam urbis partem cōflagratam, centum & uiginti librorum millia combusta sint: inter quæ & Homeri poëma intestino draconis cxx. pedum aureis literis descriptum.

PL. VALERIVS ANASTASIVS *fuit hereticus.*

Dicoros

Dicorum hūc cognomento Græci appellarunt, à discoloribus uidelicet oculorum pupillis, quarū dextra nigricans, sinistra cærulea fuerit: inter bonos principes utiq; mihi referendus, tamen si ab humili loco ad imperiū euectus Ariadnæ Zenonis uxoris opera, nisi postea mutatus, Eutychie hærese adhæsisset. Vnde illi aduersus orthodoxos graue dissidium conflatum. Bulgarorum arma tunc primum audita, & Saraceni Alamundaro duce Syriæ graues incumbabant. Hic tyrannorum aliquot seditione fatigatus, post octogesimum & octauum uite annum, imperij uigesimum septimum, fulmine afflatus perijt, ulciscente grauius numine pietatem toties ab impuro principe uiolatam.

IUSTINVS.

Quis credat Thracem hominē armētariū, & sues agentē, sine tribu, ignotis, obscurisq; parentibus ortum

*recepit in
Zeriu. 499.
sep. fuit sci*

ortum & rebus præfuisse, & rem tum feliciter, tum opti-
me administrasse? Rexit tamen ille summa cum laude, &
pietatis studiosissimus ueræ. Ioannem Romanum Pontifi-
cem ad se legatum uenientem, à Theodorico Gottho-
rum rege pro Arrianis, quos expulerat Iustinus, restituc-
dis uenerabundus excepit: & principatum dolo partum
(quippe qui acceptam ab Amantio eunucho pecuniâ, ut
militi pro Theocritiano præficiendo distribueret, in se suf-
fragia uerterit) magna uirtute postea administrauit: no-
no imperij anno Iustinianum ex sorore nepotem, cum ad-
huc uiueret, sibi successorem instituens: quo facto, non
multò post obiit.

IUSTINIANVS.

*theodoru hu
ius uerax.
fuit hereticus
et ipse quæ
in finibus
secuti eom
mone Aph
tharbo to ci
tasy*

NEpos Iustino ex sorore, cum annum quartum &
quadragessimum ageret, imperare coepit: quod
per annos undequadragesima administrans, ueterem Ro-
mani imperij gloriam mirum in modum ampliavit. Pri-
mum enim Persas Bellisarij opera intra suos fines conti-
nuit: inde eodem duce Romam à Gotthorū seruitute as-
seruit: Africā imperio pulsus Vandalis restituit: Narsete
duce Gothicum tandem nomen deleuit. Bis triumphauit
ex instituto ueterū Romanorum de Persis, & Van-
dalis à Bellisario: leges infinitis uoluminibus antea disper-
sas in l. digestorum libros contraxit. Institutionum li-
bros quatuor edidit. Codicem inuulgauit. Maximus cer-
tè princeps, nisi auaritiæ, & delirij Eutychemi reus fuis-
set. Serici usus è Persis ad Græcos hoc tempore transijt
iam pridem desitus.

IUSTINVS IUNIOR.

Hic

Hic amulus Iustini, & ut filius à Iustiniانو in re-
 gia semper habitus, facili admodum ingenio, atq;
 ad promerendam ex liberalitate hominum gratiam nato
 fuit. Cùm Persis pacem fecit, tributo, quod Romani an-
 nuum his expenderent, sublato. Langobardi Germanica
 gens à Narsete indignato cōtra Sophiam in Italiam hoc
 principe irrupere: quam ab Alboino rege ad Desyde-
 rium per c. c. & IIII. annos in principatus diui-
 sam tenuere. Obijt graui pedum dolore anno x1. im-
 perij.

T Y B E R I V S.

Tiberius adoptatus à Iustino rē per septennium fo-
 ris satis feliciter gessit: domi summa cum pietatis,
 & liberalitatis opinione: quod si quemadmodum Per-
 sas grauibus afflixit praelijs, sic aduersus Langobardos
 felix fuisset, nihil illo principe fortunatius. Obijt Mau-
 ritio genero successore declarato.

M A V R I T I V S.

Cappadocem hominem uirtus, & rei militaris scien-
 tia, partaq; eius ductu de Persis insignis uictoria,
 imperio faciliè imposuit: quod sub initia Persis uictis, Scy-
 this afflictis, Langobardis repressis, & Hunnis è patrio
 solo in solitudines pulsas, feliciter administrauit. Mox
 auaritiæ studens, cū frustra Phocæ insidias, somnio etiam
 admonitus præcauisset, dum miles stipendio fraudatus se-
 ditiosius agit, ab eodem Phoca imperio, et uita priuatur:
 cū imperasset annis xx. uixisset tres, & sexaginta: eius
 etiam omnis prosapia sublata est. Turcaicum nomē tunc
 primū Asiæ auditum.

Phocas

PHOCA 5.

Adeo præcipites in malū homines agimur, ut Phocas nec Mauritij avaritia admonitus, adepto imperio per Mauritij cadem ab hoc uitio temperarit. Quin longè studiosius colligende undiq; pecunie incubuit, & omnia ex Persicæ seruitutis instituto egit. Vnum in hoc homine laudes, quòd Romanum pontificem principem omnium iure declararit. Cætera adeò socors, & ignauus, & frequentibus adulterijs infamis, ut cū Romanum imperium undiq; Barbari uastarent, staretq; solū eius nominis umbra, conspiratum sit in illum ab Heracleona, & Heraclio, & Prisco: qui captum inertissimum hominem prius interficere, quàm ferre suppetias eius milites potuerint, omni stirpe principis impurissimi sublata.

HERACLIVS.

fuit hereticus

Labenti iam pridem imperio, & prægrauantibus Persarum armis, Syria cum ipsis Hierosolymis expugnata, Heraclius accepto diademate à Sergio Pontifice primū omnium Persicum bellum parat: ad quos legatis antea missis pro inducijs impetrandis contemptim ab his habitus, adeò excanduit, ut differre amplius rem non potuerit. Rosponderunt enim impij hostes, non prius se Romanis pacem daturos, quàm CHRISTVM, abnegasset imperator. Quare ingentibus copijs in Chosroën ductis, uictis eius sæpe ducibus, & cum omnibus copijs cæsis, mox profligato Chosroë, Persidēq; omni in ultionem nostram igni, ferroq; uastata, lignum salutiferæ crucis recepit. Celebris adhuc est Christianis dies festus argumentum uictoriæ insignis, pacis uidelicet partæ,

partæ, & Tigridis fluuij inter utrunque imperium termini. Triumphatumq; egregie cruceprælata. Imperauit Heraclius annos xxxi. nouo morbi genere perijt, uirili membro semper ita distento, ut quoties meieret, lotium uultum aspergeret, nisi obiecta tabula id prohibuisset. Creditum est, hæreseos Monothelitarum, in quam inciderat, & nequitie supplicium luisse. Hoc tempore Saraceni Maomethe duce caput extulere. Quare breuiter de eius ortu, & successu interim quædam perstringamus:

MAOMETHIS ORTVS.

EX Arabia constanti ueterum scriptorum fide hoc malum orbi prodijt. Inde enim humili loco natus, dum locandis, conducendisq; camelis uictum querit, adulescens ingenij uasfri, uiduæ dominæ nuptijs, & opibus mox auctus, Sergium monachum nostratem familiarē habuit, cuius adiutus opera, cum Christianos, & Iudæos accusaret: hos ut impios, qui summum prophetā excruciasent: nos ut simpliciores, qui de CHRISTO ridicula prodamus, paulatim latronum manum coëgit, & diuinitate quadam inde sibi astructa, facileq; leuissimo hominum generi persuasa, consilium armis addidit. Inde rerum successu prosperiore elatus, Syriam uastat, & Damascū regionis caput expugnat. Tum uerò in Persas arma conuersa, quibus congressus, & primò uictus, reparandis copijs intentus, Scænitæ sibi Arabes adiungit, gentem per ea tempora Romanæ militiæ assuetam: & quæ ob negata ab Heraclio stipēdia, rebelles animos induerat. Sicq; paulatim firmato imperio, & diuinitatis cuiusdam opinione persuasa, quam armis tuendam cōtra aduersantes præce-

E

perit.

BIBLIOTECA DE LA
FACULTAD DE LETRAS
- DE -
GRANADA

perit, quadragesimo uitæ anno, ueneno (ut aiunt) à dome-
sticis dato perijt. In quo homine nescio magis ne ingenij
calliditatem admirer, an gentis eius stultitiam, an potius
Christianorum principum socordiam: qui nec nascentem
comprimere flammam (factu tunc facile) uoluere, nec ma-
gnis postea rerum successibus auctam potuere. Vnde la-
bes illa iam ad hoc æui non Asiam solùm, & Africam,
sed magnam Europæ partem infecerit, ut iam de Christia-
na pietate tuenda in discrimen uentum sit.

CONSTANTINVS HERACLII.

Hic annum unum cùm imperasset, rectæ, ac ueræ pie-
tatis cultor, Martine nouerçæ insidijs, quæ Hera-
cleonæ imperium astrueret, ueneno tollitur. Illa uerò cùm
imperium malè partum cum filio uix biennio tenuisset, à
Senatu cum decenni filio expellitur, amputata prius ma-
tri linguâ, filio naribus.

CONSTANS. 2

Constans ex Gregoria, & Constantino proximè re-
lato proles rerum potitur, adnitente Senatu, qui
Martine scelus execrabatur. Hic auitæ impietatis heres,
Martinum Romanum pontificem sibi aduersantem, com-
prehendi iussum, in exilio mori cœgit. Cetera hominem
non improbares, si impietatem, & auaritiam demeres.
Saracenis classe congressus, uictus aufugit: quibus pau-
lò post dissidio laborantibus, biennij inducijs impetratis
Italiam petijt, ut eam à Langobardico iugo liberaret.
Sed cùm Romã uenisset, uictus à Langobardis acie, quic-
quid antiqui operis, signorum ue fuit, intra quintū diem
inde sustulit: ut plus ornamentoꝝ paucissimis diebus urbi
detra

*heretico mono-
thelito.*

de traxerit, quàm Barbari per tot annos. Inde in Siciliam
traiciens, cum sextum ibi annū ageret, & auarè, & cru-
deliter tributum exigeret, dolo suorū interficitur, post-
quàm annos v. ii. ac x. imperasset.

CONSTANTINVS POGONATVS.

Meliore orbis fato Constantinus imperium exce-
pit: qui maximus natu relictus à patre Byzantij,
ut imperium administraret, audita eius morte, in Sicilia
uenit: ultusq; Mizizium tyrannum, & cædis paternæ
conscios, bellum aduersus Saracenos septem annos, ter-
ra, mariq; feliciter gessit. Fatigati enim bello maritimo
Arabes, quod ex Cyzico à se capto, Byzantio singulis
æstatibus inferebant, maximè ignis miraculo territi, qui
sub aqua arderet (Callinici inuentum) tempestate etiam
gravi oppressi, ferè omnes periere. Nec terra felicius res
eorū administrata. Victi enim una acie x. x. suorū mil-
lia amisere. Quare pax honestissima secuta, pollicitusq;
Mauias eorū dux, Ioanni legato imperatoris ad id misso
tributum annuum, auri pondò 111. millia, seruorū etiam
honestorū, & equorū totidem. Sexta hoc principe ueræ
pietatis celebrata synodus Constantinopoli. Pax ubique
etiam floruit, præterquam quòd Bulgari trans Danubiū
repentinè bellum ostentarunt: quod cum infeliciter gere-
retur, inhonesta pace Mysia his ad inhabitandū data est,
tributo etiam annuo promisso. Imperauit annū septimū-
decimū Iustiniano filio herede, cum fratribus minori-
bus nares amputasset. Pogonatus appellatus, quòd im-
berbis in Siciliam profectus, barbatus redisset: πώγωνες
enim Græci barbam appellant.

IUSTINIANVS. 2

aut h. retr.

VLtinus Heraclianæ stirpis Iustinianus imperio præfuit, prauis uir ingenij, & uarij, atque à fide re-
 sta abhorrentis. Siquidẽ synodũ aduersus sextã à patre
 celebratam indixit, bonis omnibus aduersantibus, & in
 primis Romano pontifice, quem comprehendi mãdauit.
 Bellum aduersus Arabas, & Bulgaros cõtra fœdera mo-
 tum, utrunq; calamitosissimum gessit. Quare & crude-
 litate etiam in suos inuisior factus, Leontij patritij, &
 Callinici patriarchæ dolo deturbatur imperio, atq; Cher-
 sonam relegatur, nare prius abscissa. Vnde mox fugiens,
 & ad Trebellium Bulgarorum regem fuga lapsus, eius
 opera restituitur, Tyberio, qui Leontio successerat, fu-
 gato, & Callinico patriarcha luminibus priuato. Illud
 seuitiæ hominis argumentũ traditur, quòd quoties trun-
 cas nares emungeret, toties unum ex ijs, qui Leontio fa-
 uerant, ad supplicium rapi iubebat. Sexto demum & de-
 cimo anno à Philippico pulsus, quem reclamante Cõstan-
 tino Pontifice, acrius insectabatur (uenerat autẽ ad illũ
 Romanus antistes accersitus, & ab imperatore honori-
 ficentissimẽ exceptus) uitam, & imperiũ pariter amisit,
 sexto anno post exilium, cum x. antè præfuisset.

LEONTIVS.

LXXXVII. annos ab Heraclio ad Iustinianum in una
 gente imperatum, quod nescio an ulli priorum con-
 tingerit, cum Leontius Iustiniano relegato, impertum sibi
 uindicauit: qui classe aduersus Arabas Africã occupãtes
 ingenti parata, cum infecta re rediret, imperio expellitur,
 postquam treis tantum annos rerum potitus esset. Hunc
 ergo

nota

ergo Tyberius captū (sic enim quā Absimarvs dici ma-
luit) adepto imperio, naribus truncatum custodiri iussit.

ABSIMARVS, QVI ET TYBERIVS.

Hunc classis in Creta imperatorem dixit, qui Hera-
clium fratrem statim aduersus Arabas omnia uastā-
tes cum misisset, eius forti opera haecenus repressit, ut à
nostris abstinere. Inde Philippicū nobilitatis praecipue
Chersonā relegauit, quod aquila caput obumbrasse ui-
debatur dormienti. Caterū septimo post anno cum Leon-
tio captus, à Iustiniāno interficitur.

PHILIPPICVS BARDANES.

Nunquam maior principū impietas, maior ue, quod
grauius doleas, socordia. Quippe hic adeptus im-
perium, sexta synodi decreta altera synodo infirmare con-
tendit: gratificaturus monacho, qui imperaturum illum
praedixerat, hoc praedictionis praemium petenti, quare cum
loquentiae multum huic inesset, sapientiae parum, operisq;
imperij iam pridem cōgestas dissiparet, passus etiam Bul-
garos Thraciā populari, priuatus oculis in ordinem redi-
gitur, anno uno, & mens. v i. uix expletis.

ARTEMIVS, QVI ET ANASTASIVS.

Hic adeptus imperium, cum optimè quae ad pietatē
rectam attinent, instituisset ex Pōtificum assensu,
classē ingentem aduersus Arabas in Alexandriam emi-
sit. Verum classarijs quibusdam contumacius agentibus,
qui illum oderant, domum reuersi, Theodosium ignobi-
lem alioqui uirum imperio praeficiunt: captaq; Constan-
tinopoli, monasterio Anastasium includunt, cum annum
unum, menses tres imperasset.

E 3 Theo

*hereticus m
nathale.*

THEODOSIVS ATRAMYTVS.

Obscuro licet loco natus, non poenitendum imperatorem egisset, si diutius illi per Leonem, & Cononem Orientis praefectos imperare licuisset. Verum cum Leonem exercitus imperatorem dixisset, pertaesus belli civilis Theodosius cessit imperio, monasticamq; vitam amplectus, satis diu ac felix in ea vixit, cum annos 11. imperasset.

LEON³ ISAVRVS, SIVE CONON.

Obscuritatem generis (quippe qui apud Isauros natus exercuerat sedentariam) cum alijs sceleribus, tum uero impietate in Deum, ac eius imagines facile Leonem aequavit, unde illi cognomen *εικονομαχος*, & *θεομαχος* Graecis, quarum perdendi tantus hominem ardor inuaserat, ut Iudaeis duobus gratificaretur, qui illum tanto ante imperaturum praedixerat: ut & Constantinopolitanum pontificem, Germanum nomine, aduersantem, sede extruserit, & Romanum antistitem obsistentem comprehendi iusserit. Saraceni certe ducibus Masgaldam, & Solymano Constantinopolim triennali obsidione, terra, mariq; fatigarunt. Verum peste, fameq; confecti, a Bulgaris etiam saepe uicti, classe magna ex parte igne sub aquis ardenti consumpta, paucissimis ex tanto naufragio seruatatis, manifestam in se numinis iram sensere: nec minori interim clade in urbe seuitum, trecenta & amplius civium millia peste, fameq; consumpta. Ridicula plane quidam de caelesti igne, & nauium numero prodidere. Inde Siciliam Sergij praefecti opera rebellantem, ad officium retraxit. Circa finem imperij, quod quartum & uigesimum durauit annum, graui terrae motu Bithynia, Thraciaq; concussa,

*Isauro
hereticus
nomachus.*

*Masgaldam
& Solyman*

eussa, muriq; Byzantij magna ex parte collapsi, quo Theodosij maioris, & Arcadij filij statuæ ad terram deiectæ. Et quæ res flectere impij principis animum ab impietate debuerat, tãquam in manifesta deum ira, ille uerò ad priuatum quæstum retulit, tributo ad restituendos mu-ros imposito, ut in singula numismata quatuor & uigin- ti obolos ærario principis inferrent, quod postea in mul- tas ætates abiit. Hoc principe Romani pontifices ad Fran- cos primian respexere.

CONSTANTINVS COPRONYMOS.

Impio patri scelestissima successit proles Constantinus cognomento Copronymi, quod infans baptismi lauacro admotus, medijs sacris alimonie excremētis aquam polluerat. Is non solum patris impietatem in abolendis duorum imaginibus reddidit, uerum etiam grauiore sce-lere reliquias eorum aut contempsit, aut combussit: quam in numina impietatem immanitas hominis inuisiorem fe- cit, dum nobilissimum quenque tollendum è medio curat. Antistites certè Cōstantinopolitanos unum & alterum ignominiose prius habitos, & grauius ad hæc excrucia- tos, capite plectit. Hic Bulgaricum uariante fortuna bel- lum terra, mariq; gessit. Artabasum primæ nobilitatis hominem imperatorem ab orthodoxis creatum, post bien- nium à se captum, oculorum usu cum liberis priuat. Gra- uissimam hyemem, uti Pontus, Bosphorusq; ipse Thra- cius perglaciauerit, expertus, post infinita flagitia exqui- sitissimo cruciatu consumptus obiit imperij anno xxx iiii. duobus mensibus minus.

L E O.

4

E 4

NON

*heretico
numachy*

*heretoy is
nomachy.*

Non imperij solum, sed paterni sceleris haeres aduer-
sante matre Bulgarici sanguinis pientissima succes-
sit Leo, qui ad impietatem sacrilegium etiam addiderit.
Nam coronam à Mauritio principe Deo dicatam, nefa-
rio capiti imponēs, captus gemmarum, & auri splendore,
breui poenas luit: caput enim impium carbunculi aposte-
mate statim intumuit: tandem ardentissima febris subsecu-
ta, impium spiritū nefarius exhalauit, imperij anno uno.

CONSTANTINVS LEONIS F.

& Irene mater.

Reditus tandē his principibus ueteri religioni suus
nitor, reddita uetus pietas Irenes matris opera: quae
Attici sanguinis forma insignis, sed probitatis opinione
insignior Leoni nupserat. Quare conuentu trecentorum
& l. patrum Niceae indicto, quae septima synodus ha-
betur, templis, diuisq; suae restituae sunt imagines. Nec
multò post tamen Constantinus iam adultus matrem haud
amplius passus, imperio deicit, eiectam in ordinem redi-
git. Nicephorum imperatorij & ipsum stemmatis, in quae
suffragia multorum tacite inclinabant, oculorum, & lin-
guae usu priuat. Et ne quid sceleris deesset, Maria uxore
monasterio obtrusa, Theodoram concubinam inducit ma-
tris cōsilio, ut filium inuisum omnibus faceret, unde mox
rerum sola potita, filium in potestatem redactū excecat.
Eadem die qua sexto antè anno Nicephorum ille eodem
supplicio affecerat: ipsaq; non multò post à Nicephoro
pulsata, in Lesbum insulā relegatur. Huius imperio, quod
fuit cum filio annorum x. lamina inuenta est super cada-
uer his uerbis: Christus nascetur ex uirgine, in eum cre-
do:

do: Constantini, & Irene imperio ò sol iterum me uidebis. Sed & Carolus à Leone Romano pontifice imperij corona donatur uirtutis, & pietatis ergò.

NICEPHORVS.

Piget planè, ac pariter me pudet, tot portentis uerius quam principibus referèdis immorari: nisi quòd præterquã quòd rei series ita exigit, nõnihil & huiusmodi homines uitæ profunt, dum eorũ exitu & deterrentur pessimi, & optimus quisq; ad uirtutẽ, honestumq; accenditur. Nemo enim maiore hominũ opinione ad imperiũ uenit, dum singulos aut muliebris impotentiæ, aut flagitiosissimi principis tædet: nemo auarius, aut crudelius administrauit, quorũ scelerum mox poenas meritas luit. A Bulgaris enim paulò antè à se uictis, improuiso noctis assultu oppressus, ipse cum toto exercitu ad internitionem cæditur. Stauratius filius saucius humerũ, uix Adrianopolim euasit. Hic Venetam rem sociali classe aduersus Gallos iuuuit. Populoniã dolo magis, quàm ui captã diripit.

STAVRATIUS.

Adrianopoli in quam euaserat, post patris interitũ imperator ab amicis salutatus: nõ multò post à Michaelẽ Curoplate Rangabe cognomento, qui Procopiam sororem eius in uxorem duxerat, imperio deturbatur, & monasterio includitur, post quã cum patre annos IX. imperasset.

MICHAEL CYROPLATES RANGABE cognomentò.

Melior pacis artibus, & pietate maior duobus à me proximè relatis successerat Michael, si quã in

E 5 toga

*de hoc Jo:
curoplate
in sua histo
ria. et de
legionib;
vrg ad Jsa
accium.*

toga bonus, tam bellicis rebus administrandis uiguisset, à quibus tantum abhorruit, ut ad unam aduersam cum Bulgaris pugnam, à quibus castris etiam exutus est, ita cōciderit, ut accepto nūcio de Leonis imperio, monasterio sese abdiderit, habenas regni facile cōcedens post annū alterum imperij. Hic cum Carolo Francorum rege fœdus ita iniit, ut Veneti suis legibus, ac iure uiuerent: immunitate his seruata, quam ad eam diem in terra Italia retinuerat.

LEO ARMENIUS.

Pardi Patritij filius magno omnium gaudio, maiore spe rei Romanæ præficitur: nec conceptam de se hominum animis spem frustratus esset, nisi egregias uirtutes crudelitate in suos, et impietate in deum mox fœdasset. Quippe qui parta de Bulgaris insigni uictoria, cū ab armis quies esset, ad cædē multorū cōuersus, diuorū imagines deleri penitus iubet, nec præsagijs, aut somnijs matris cladē imminētē euadere potuit. Nā à Michæle Traulo, quē in custodia detinebat, noctu per insidias, dū sacris operatur, cæsus obiit post annos imperij VII. et menses V.

MICHAEL BALBUS.

A Morium Phrygiæ superioris oppidulū dedit hunc principē, nō humili solum, sed sordido etiā loco natū: ad quæ impietas quoq; accesserat ex hæresi Iudeorū, atq; Thinganorum hausta: lingue præterea uitio balbutientē, unde Græci τρᾶυλον appellauere. Hic post interfectū Leonē, à quo ad tantā fortunā euectus erat: Thomā, qui tyrānidē inuaserat, uario primū rerū euētū tandē oppressit: defectionisq; socios cū ipso Thoma sustulit. Saraceni hoc principe ex Africa profecti, Cretā insulā occupant,

pant, totamq; serè in ditionem redigüt, Græcosq; duplici
 prelio uincunt. Ipse princeps cum annos VIII. menses
 IX. imperasset, Theophilo filio per manus imperium tra-
 didit. Vetus oraculum innotuit, tum rem Romanam in la-
 psam precipitem ruituram, cum balbus, & auarissimus
 princeps imperaret, qualis hic uir fuit.

THEOPHILVS.

MAior iustitiæ cultus in Theophilo filio: quippe qui
 facillimè sese statis diebus adeuntibus exhiberet,
 & ad seueritatē interdū propensior acrius delicta puni-
 ret: sed par impietas, ut qui diuorū imagines ex paterna
 amulatione aduersatus, non paucos, qui eas colerent, ad
 mortē usq; cædi iusserit. Saracenis Asiæ prouincias uastā-
 tibus bis cōgressus, bis uictus est, castrisq; exutus. Quin-
 etiam Amorium, unde illi genus, ab ijs obsessum, & pro-
 ditione captum diripitur. Cumq; annos duodecim rebus
 præsiisset, dysenterię morbo periit.

MICHAEL THEOPHILI, ET THEO-
 dora eius mater.

FECIT Irenes Constantini matris administratio, ut fœ-
 minei nō pœniteret imperij. Quare Theophilo uita
 functo, Michaël filio adhuc infante, & sub tutela ma-
 tris, ac principum uirorum relicto, Bulgari Scythicum
 genus pietatem nostram populariter sunt amplexi, cum
 Theodora genitrix rebus adhuc præesset. Verū impo-
 tentiā muliebrem quis æquo animo ferat, ubi præsertim im-
 pietatē asserat? Nam & illa diuorum imagines execrata
 est. Ceterū impietatis pœnas mox dedit à filio monasterio
 inclusa: qui auo similior, quàm patri, per summā ignauitiam,
 ac prodigalitatē rem afflixit, à Saracenis etiam castris

exutus, nec minore insania Circensibus ludis oblectatus est, quibus dum plus ingenio indulget, Basilium Macedonem Barda interfecto, consortem imperij adsciuit, a quo mox occisus est imperij anno XIII. quorum tres cum matre egerat.

BASILIVS MACEDO.

Quis crederet et hunc captiuum inter uenales Constantinopolim adductum, Romanae rei praefuisse, qui nec patriam, nec parentes saltim cedere posset: praefuit tamen et eo rerum successu, ut ad eius nepotes imperij maiestas transferret. Primum igitur adepto imperio profusissimas Michaelis largitiones reuocauit, ut dimidium eorum, quae accepissent, aerario inferrent, et tres liberos imperij haereditas instituit. Inde in Saracenos, qui Cretam occupant, profectus, ab his nauali praelio superatur: quos tamen alieno ductu post uicit. Hoc imperante, Saraceni ex Africa solucentes, cum Italiam magna ex parte uastassent, Dalmatiam quoque populati sunt, Rhagusio etiam capto, quos tamen Nicephori Phocae ductu inde post eiecit, Bario in ditio- nem suam redacto, tametsi Veneti una atque altera expeditio- nem Christianam iuissent. Caterum cum annos XX. impe- rasset, a ceruo in uenatione cornu ictus, mox periit. Vir frugi, et quem principem non contemnas.

LEO BASILII PHILOSOPHVS.

Constantino filio maximo natu (uiuente adhuc patre) uita factu, Leo cognomine Philosophus frater suscepit: qui Bulgaros desciscetes, Turcarum auxilio primo uicit. Verum ab his per inanes inducias delusus, magna clade afficitur. Inde in Saracenos classe comparata, Niceta ductu egregiam uictoriam peperit, literarum omnium, et astrolo-

gia

Dalmatia
Ragusio

nota

gia in primis eruditus, & qui filium Cōstantinum imperatorum diuinaret. Tandem post annos v. & xx. menses treis alui doloribus fatigatus, Alexādro fratri imperium per manus tradidit, cui filium commendauit.

ALEXANDER.

Nec Basilio patri, nec Leoni fratri similis Alexāder successit, uir luxu, & ignauia perditus, annum & mēsem rerū potitus. Qui cū nec ipse rectē administraret imperiū, & ignobilissimū quēq; ac turpissimū rebus præficeret, erumpente naribus sanguine extinctus est.

CONSTANTINVS.

Septēnem hunc pater Leo sub tutela matris, & nobiliū quorundā reliquit: quorū diligentia Andronicus Ducas tyrannidis inuasor oppressus est. Inde Bulgaris Thraciā uastātibus bellū indictū: quod feliciter sanē Phocæ ductu successerat, nisi casu quodā cōsternati milites iā uictores in fugā cōuersi fuisset. Eadē quoq; fortuna alterius in Bulgaros expeditionis fuit ducū discordia, & Ambitiōe: ut & Cōstātinopolis à Bulgaro hoste sit obfessa, & Romanus Lecapenus Zoë Cōstātini matre prius electa, imperij socius adscitus à Cōstātino necessariò sit, qui Helenā eius filiā in uxorē etiā duxit. Ceterū Romano in exiliū pulso, Christophoroq; eius filio cū tota Lecapenorū gēte extincto, ipse rē imperij per annos undequadrāginta satis prudēter administrauit, Beneuento de Lāgobardis expugnato, & tyrānis quibusdā oppressis, Turcarūq; principibus aliquot Christiana pietate imbutis. Hic à literis, optimisq; disciplinis nō abhorrēs, quas penē extinctas ab interitu uindicauit, librū Romano filio reliquit,
in quo

Lecapeni

in quo summā totius imperij, sociorū omniū fœdera, hostium uires, rationes, consilia explicuit, quē nos in bibliotheca nostra tanquam thesaurum seruamus, in quo multa de Venetis etiam nostris imperator ipse dixerit.

ROMANVS LECAPENVS.

Non iusurādū sanctissimū, quod præsiterat, nō gener Constantinus obstitit, quò minus imperium et sibi, et Christophoro filio Romanus uindicaret, Cōstantinūq; penē in ordinē redigeret. Is uerò cū Bulgaricū bellū cōtra Simeonē eorū ducē infeliciter gessisset, et sextū ac uigesimum annū præsuisset, tandē à Stephano filio captus, insule includitur: mox et eius filij à Cōstantino cōprehēsi, alter in Procōnessum, in Lesbū alter relegatur.

ROMANVS LEONIS IUNIOR.

Vir omnium ignauissimus, luxurq; ac otio perditus, post Cōstantinū patrē imperiū suscepit Romanus nomine: quod tamē alieno arbitrio rexit, ingenio alioqui nō malo, sed interdū solerti, ubi animū adieciisset: foris aduersus Saracenos, qui Cretam occupabāt, Nicephori ductu, et aduersus Turcas Asiā uastantes eiusdē Nicephori, et Leonis fratris imperio felix. Domi in matrem, ac sorores impius, ut regia eiectæ, questū meretriciū sint amplexæ: ipse ludis, ac crapulæ intentus, post tertiūdecimum imperij annum obiit ueneno etiam potionatus.

NICEPHORVS PHOCAS.

Nobilissimus haud dubiē Romano successit Nicephorus cognomēto Phocas, Phocæ Nicephori nepos, qui in Sicilia cōtra Saracenos res egregias gesserat. Simulac igitur adeptus imperiū est, classē in Saracenos occupant

Procōnessū & Lesbū

obiit ann^o 970.

occupantes Siciliam instruit: ipse in eosdē Asiam uastantes exercitū duxit: in Sicilia res infeliciter per duces acta: ipse Ciliciam, & magnam Asia partem latis auspicijs recepit: mox Anthiochiā noctu aggressus pulsus Saracenis, imperio subdidit. Sed quā bellica re fortunatus, tam domi infelix, dū auaritiā, socordiaq; sese emancipat. Ex quo in odiū ciuū incurrens, facile à Ioanne Zimisce adiuuāte Theophania Nicephori uxore, noctu intra cubile interficitur, cū rerum potitus esset annos sex, menses totidem.

obyt ano 970

IOANNES ZIMISCES.

CLarus hic iam antea militari laude imperiū affectus, Basilium & Constantinū fratres, Romani iunioris filios, imperij cōsortes adsciscit: in Rhoxolanos Bulgariam sibi uindicātes felicissimē rem gerit: Phocam Nicephorū rebellantē capit: indeq; Bulgariam omnē imperio adiecit, eiectis inde Rhoxolanis, Sphendoslaucq; eorum rege ad deditionem coacto. Mox Constantinopolim reuersus, cū triumphantis specie inuectus urbi esset, potione tus post imperij annum sextum, & menses sex decessit.

Bulgaria

Sbytan 976

BASILIUS, ET CONSTANTINUS fratres.

Nvlli diuturnius rerū potiti, quippe qui annos LIII. præsuerint, & ne sine civili bello rem transigerēt, Barde Scleri ambitio fecit, quem inuasorē imperij tādē acie uictū ad Persas fugere cōpulere: nec multo post Phocas Barda cognomento ab exilio reuocatus, indignatusq; post rem præclare aduersus Sclerum se duce nauatam, ab imperatoribus contemni, desciuit: quem & ipsum casum in acie superarunt, inde in Bulgaros itum, quos præliis aliquot

aliquot uictos ad deditiōem tandem totius gētis Basilius compulit, usus ad compescendam eorū perfidiā grauiore in uictos poena. Nam xv. millibus eorū captis oculos effodit, uno tantū incolumi, qui eis ad Samuēlem eorū ducem praeiret. Quare dolore animi Samuēl affectus, nō multo post obiit. Bulgaria igitur omni subacta, & imperij terminis undiq; ampliatis, post lxx. & alterū uitae annum decedens, Constantinum fratrem successorē reliquit.

CONSTANTINVS.

Hic cum fratre particeps dignitatis potius, quā potentiae, post fratrem per summam ignauiam, & luxuriam ita se gessit, uti obscurissimis, & barbaris hominibus rem totam traderet. Illud eo principe dignum laude gestum, quod Diogenes, qui Sirmio, & Bulgariae praerant, Patzinacas Istrum superantes uicit. Decessit tertio imperij anno septuagenarius, Zoë filia Romano Argyropylo in uxorem collocata.

ROMANVS ARGYROPYLVS.

Hinc Zoë filia Constantinus ut omnium nobilissimum, qui imperij haeres esset, delegerat, optima de eo omnium spe: quam sub initia nequaquam frustratus est, cum multa in melius mutarit, summa etiam liberalitate in omnes usus. Verum cum Saracenicā Asiae expeditio parum ex sententia illi cessisset, repente mutatus, totū se ignauiae, ac pecuniae colligendae tradidit, nec multo post Zoë uxoris insidijs, & Michaelis Paphlagonis adulteri dolo, intra balneas aquis immersus obiit, cum annos v. & dimidium regnasset.

MICHAEL PAPHLAGO.

Quis

*Bulgaria,**obiit anno Dni
1026.**Syrmio.**Patzinacas.**obiit anno Dni
1029.**obiit
anno. 1034*

Quis non effrenem in quinquagenaria forma libidine excretur? aut fortuna ludum in hoc principe non admiretur? mancipium uidelicet barbarum, nec ulla re nisi forma commendatum, mente etiā commotum, labensq; ad singula momenta, spuma in super oris foeda: septem tamen annos imperauit: nec malum omnino principem egit. Nam & tricennales inducias cum Aegyptio rege percussit, & Edessam obsidione liberauit: & domi in suos facilis, ac beneficus admodum fuit, uni Zoë propter expertā libidinem parum æquus, qui cū intercutis etiam morbo laborare cœpisset, Michaëlem Calaphatem heredem imperij esse uoluit.

MICHAEL CALAPHATES.

Hic adoptatus à Zoë, præter sordes parentum, qui naues apud Paphlagonas pice oblinerent, unde Calaphates etiam dictus, auarè, ac crudeliter rem susceptam administrauit: ingratisimus enim in omnes, patruū autorem tantæ maiestatis primum eiecit: reliquos deinde consanguineos execut: inde Zoën matrem in insulam relegauit: quod cū indignissimè omnes ferrent, populi conspiratione restituta Zoë, fugiens cum fratre Constantino à turba capitur: & uterque oculorum usu, familiari Græcis pœna, priuatur: mensibus quatuor & totidem dies rerum potitus.

ZOË, ET THEODORA.

Flagitia principum, ut mulicbre imperium æquius uideretur, effecere. Quare sororibus duabus imperij fasces, ac maiestas asserta. Caterum ut uarium, ac mutabile semper est scemina, facile Zoë ardenti adhuc libidine persuasum, ut maritum ascisceret. Cumq; aliquot fastidisset, Con

Edessa

Byt an
1042

Byt an

Theodora
an 1047

F

set, Con



set, Constantinum Monomachum ab exilio reuocatum, imperatorij & ipsum stemmatis uirum sibi adiungit, & imperatorem pronunciat mensibus III. uix exactis.

CONSTANTINVS MONOMACHVS.

Hinc prima imperij labes, hinc reliquæ, quæ consecuta sunt clades, ortū habuerunt: principe ad eō ignauo, & libidine perditō, ut cōcubinam egregia alioqui forma, uxoris legitimæ loco habuerit, quam efficitim deperiret. Duplex illum factio sub initia Maniacis uidelicet Georgij, & Leonis Tornicij est aggressa: sed Maniacis mortuus, qui ex Italia in Epeirum transierat, una pugna secunda, & ducis morte facile compressus. Torniciana defectio eō grauior, quō diuturnior: sed eo post aliquot prælia tandem capto, & oculorum usu priuato, facile concedit. Hoc principe Turcarum arma tunc primum per Asiā latius euagata: uicti tamen interim Rhoxolani, & Patzinacæ Scythicū genus hominum. Zoëq; uxore septuagenaria fato mox functa, & ipse tandem morbo prægrauante decessit post annos imperij bissexenos, & menses octonos.

THEODORA.

Non pudeat & Theodorā Zoës sororem, quæ brennio uix imperarit, nostris inserere commentarijs: quando quidem non muliebriter scemina rebus præfuerit. Quinimo tanta domi, forisq; quies, & ocium fuit, tanta rerum omnium ubertas, ut sceminei imperij neminem pœniteret. Verum ingravescente cum etate morbo, illecebris eunuchorum Michaelem iam senem in curæ partem cum aduocasset, ipsa non multo post fatis, naturæq; concessit.

MICHAEL SENIOR,

Vix

cepit hic
imperium ann
1043.

Rhoxolani &
Patzina cl.

obijt ann

1055

1055

1055

obijt the
ora 1057

Vix annum unum rerū potitus erat, cūm Isaacij Comnēni motus in ordinē illum redegit, uirum genere et opibus clarū: cetera minus ad imperandū idoneū atate etiā pręgrauante: qui priuatus non multo post obierit.

ISAACIUS COMNENVS.

Tandem uirum fortem, et pace, belloq; illustrē, Cōstantinopolitana res sortita fuerat, Isaaciū scilicet Comnena gente nobili, si ultra biennium sceptri, regniq; potitus esset: uerū ille lateris morbo inter ueniādum subito oppressus, cūm de salute desperasset, cucullam monasticam indutus regno se abdicat, Cōstantino Duca de Senatus, populiq; uoluntate successore declarato. Sunt qui scribant tanta continentia eum fuisse, uti nec uxorem cognoscere uellet post prolem semel ex ea susceptam, cūm tamen ad morbi remedium medici in primis consulerent, ut coitu frequentiore uteretur.

CONSTANTINVS DVCAS.

Et hunc suorū conspiratio sub initia grauis exceperat: quam cūm non sine discrimine compressisset, ad reip. administrationem cōuersus, non pessimū principem egit. Verę pietatis cultor, et æqui obseruantissimus, sed auaritię studiū pręgrauabat: unde inuisus suis, hostibus etiam ludibrio fuit, imperij res undiq; uexantibus. Accessit ad externa mala familiaris Cōstantinopoli clades grauis terręmotus, quo templa a desq; multa corruere: sed morbo inualescente Eudocię uxori, et filijs sceptrū tradens, anno VII. et mense VI. imperij, cūm LX. et amplius uixisset, excessit.

EUDOCIA ET FILII.

F 2 Poterant

*Byzans
1058.*

*metuseu
religiu
ans 1062*

Poterant res domesticae fortasse muliebri prudentia
 nō incōmodē administrari, si à bellis externis quies
 affuisset: sed imminentibus undiq; Barbaris uicit eorum
 sententia, qui uirum idoneum præficiendum rebus esse
 contendebant. Quare iurisiurandi oblita, quo marito mo-
 rienti sese obstrinxerat, non superinducturam se imperij
 rebus maritum alium, siue etiam coacta, Romanum co-
 gnomento Diogenem, filijs etiam nō improbantibus, post
 menses VII. imperij, uirum sibi adiunxit, qui remp. pru-
 dentia, ac fortitudine tueretur.

ROMANVS DIOGENES.

Hic Diogenes pater fuerat haud dubiè domi, mili-
 tiaq; clarus, qui postea tyrānidis affectata reus se-
 ipsum præcipitauit. Paternæ igitur laudis æmulator fi-
 lius, cum uictoriā egregiā retulisset ex hoste barbaro, di-
 gnus est habitus, quē Eudocia in thori, curaq; partē ac-
 ciperet: quā tamē nō multò post facile pœnituit, cum in-
 solentiæ hominis pertæderet, qui rem ad se totā traheret.
 Prior expeditio in Barbaros Asiam uastantes uario rerū
 successū illi administrata. Altera funestissima, Romano
 milite uel fugato, uel caeso, ipso certē imperatore (quod
 ad eā diem nūquā cōtigerat) capto. Ferunt Azan Tur-
 carū principem ad primū nunciū capti imperatoris Ro-
 mani uix credentē constitisse: mox ad se adductū, & co-
 gnitum, in summo honore à Barbaro habitum, & amplis
 donatū muneribus, pace inita dimissū: sed Byzatiij omnia
 ad primū cladis acceptæ nunciū mutata erāt: ipsa Eudo-
 cia relegata: Romano abdicatū imperiū, & Michaël ma-
 ximus Cōstantini filius rebus præpositus. Ipse Romanus
 cum

cum bellū frustra pararet, tandē deditus præter iurisiurandi religionē oculis immanē in modū prius effosis deportatur in insulam: ubi nō multō post decedens, ab Eudocia uxore sepelitur post annos tres, menses autē octo.

MICHAEL CONSTANTINI DVCAE

filius Parapinacius.

Ignauissimum principem numina nobis (ut arbitror) iam pridem infesta dedere, quæ à fame, quæ sub eo inualuit, Parapinacē appellauere. Cum igitur imperij res pari ignauia, ac seuitia uexarentur, principe sub Psello magistro uer sibus tantum factitandis intēto, Nicephorus Botaniates cognomēto haud dubiè nobilissimus imperiū sibi asseruit: quem in socordis principis inuidiam ciues facile admiserunt, Michaële prius cum uxore, & filio post sextum imperij annum, & menses sex cænobio incluso.

NICEPHORVS BOTANIATES.

Aphoca imperatore stemma huic ductū: quare tanquam omnium nobilissimus Michaële facile reiecto surrogatur: qui Cōnenorum fratrum forti præmiū, fidei que opera usus, qui Bryennium tyrannidis inuasorem, & Basilacium sustulerant, mox ab illis defectionem meditantibus imperio deturbatur anno 111. quā imperare cœperat: ipse monasticā uitam secutus. Alexius autē Comnenus minor natu, militari turbæ acceptior imperator salutatur: qui Byzantium ingressus die dominicæ cœnæ sacratissimo magnæ hebdomadis, hostilem in modū urbem totam diripuit, nullo non iniuriarū genere in ciues edito.

ALEXIUS COMNENVS.

Suecessit iā hinc familia, unde hæreditariū, ac propè

iuſtum in Græcã gentẽ odiũ ad nos traſmiſſum ſit. Nam eſi iãpridẽ ſub Photio ſchiſma cœperat, manebat tamẽ qualiſcũq; Romani põtificis maietas, & malẽ ſartã gratiam affinitates quãdã cum principibus noſtris inite focalabant. Alexius autẽ ueluti ex profeſſo hoſtis Latini nominis præter bellũ, quod cũ Roberto Viſcardo infeliciter geſit, Venetis etiã armis adiutus, Gallorũ memorabilem illã expeditionẽ, quam ſuſpectã ſemper ab initio duxerat, perturbare conatus eſt. Ceterũ nõ ſuccedẽte cõſilio, his cõditionibus cõmeatu, & alijs neceſſarijs rebus adiuturũ ſe Gallos recepit, ſi quæcunq; cepiſſent ex hoſte, ſibi reſtituerent: ex ducibus certẽ noſtris plurimũ Boamundo Nortmanno deferre uſus eſt. Cõuerſus inde ad pacis artes, orphanotropheion erexit, & muſeum; in altero pueros, puellasq; parentibus orbos alendos, in altero erudien- dos inſtituit, ſumptuſq; his ex regio uectigali datus: ipſe uerò morbo fatigatus, poſt VII. & XXX. imperij annum, meſes III. cum dimidio, moriens, Ioanni filio re- luſtante in primis matre, imperium reliquit.

IOANNES.

Ioannes, quẽ noſtrorum quidã Caloianẽ appellant, ubi imperiũ adeptus eſt, ſuos omnes dignitatibus ornat, in Iſaaciũ fratrẽ propẽſiſſimus, quem incredibili charitate dilexit: uarijs expeditionibus in Aſiam uſus, Turcas, Perſasq; prælijs aliquot uicit, urbesq; illis nõ paucas ademit. Latinorũ militũ fortẽ, fidelemq; operã ſemper expertus, legatos ad Innocentiũ pontificẽ, & Lothariũ imperato- rem uictoriã de Rogerio gratulatu- ros miſit: tandẽ memorabili exitu in uenatione ſagitta uenenata digi- tũ dextræ ſaucius, poſt quintũ & uigeſimũ imperij annũ & meſes

oſto, natu minori Manueli ſceptrum reliquit, cū Iſaacii
ut minus ad imperandum idoneum reieciſſet: non conte-
mnendus omnino princeps.

M A N V E L.

N Vllus infeſtior in nos fuit: nulli inuiſiores ſucceſſus
noſtorū ſuere: ut Corradū Germanū, & Ludoui-
cum Francorū regē, uarijs inſidijs fatigarit: quare coacti
intēpeſtiuè Boſphorū traicere, cū in locorū anguſtijs à
Græcis noſtri caderētur, fame quoq; laborare cōperūt:
ſed famē morbus etiā ſubſecutus gypſo per ſummū ſcelus
farinæ immixto. Quare indignatus Sicilia rex Rogerius
bellū illi indixit: indictū fortiter geſit: uaſtata omni ora
Græciæ, & Byzantio etiā per ſuos duces ad eò inſultatus,
ut ſagittas argēteas, aureasq; hortis regijs immiſerint. Ve-
netiſ etiā nō minus infeſtus, cōtra ius gentium Henricum
Dandulū eorū legatū uiolat: negociatores, quos ſimulata
pace euocarāt, uno die cōprehēdit: ex quo Venetiſ armis
preſſus, tādē promiſſa bonorum reſtitutione, æquis pen-
ſionibus pacē impetrat: prælium cū Turciſ funeſtiſſimum
geſit, in quo penē captus eſt. Federicū Aenobarbum etiā
Italicis auxilijs exercuit: recta fidei dogmata perturbare
per inſaniā adortus, nō prius abſtinuit ab incepto, quàm
omnes aduerſantes ſibi uidit: demū cū aſtrogia per-
tiſſimus haberetur, ſpōderetq; ſibi multos adhuc uitæ, &
imperij annos, totiuſq; Orientis imperium agigaret ani-
mo, poſt xx xv iiii. principatus annos monaſticam ui-
tam ſecutus morbo periit, Alexio filio paruulo relicto.

A L E X I V S.

P Atri puer Alexius adhuc ſucceſſit, qui fatigatus mul-
torū inſidijs Andronicū maximè infeſtū habuit, uirū

F 4

callidum

callidum, & impium: qui ex Isacio Comneno Ioannis fra-
tre natus, nobilissimus haud dubie habebatur. Is Constan-
tinopolim ingressus primion tutorem egit, inde participē
imperij. Demum præter iurifurandi fidem, Domitici
etiam corporis & sanguinis haustu sacratiorem, Alexiū
xv. tantum annos natum, cum treis annos à patris morte
rerum potitus esset, miserabiliter excruciatum necari iu-
bet: capiteq; abscisso, reliquū cadaver in mare proiecit.

ANDRONICVS COMNENVS.

CAllidissimus mortalium, ac seuus, cætera nō impro-
bandus, si regnandi libidinem demeres: biennium re-
bus præfuit, omnibus ob insitam seuitiam inuisus. Quare
bello etiam à Guilhelmo Siculo appetitus, cum undiq; pre-
meretur, tandem ab Isacio Angelo præter suā, omniumq;
opinionem imperio deijcitur: captusq; ac per urbem ca-
melo sedens circumuectus manu abscissa, oculoq; effosso,
turbæ, uulgiq; tumultu lacer perijt.

ISACIUS ANGELVS.

Comnenorum sublata stirpe, ad Isacium cognomēto
Angelum summa rerum præter omnium spem defer-
tur, qui cum prudenter se gerere sub initia uideretur, clas-
sem ad recipiendam Cyprum frustra comparauit. Bellum
etiam cū Mysis, qui & Valachi dicuntur, Petro & Asa-
ne fratribus defectionis autoribus infeliciter gessit: uarias
interim multorum tyrannides oppressit. Federicum Aca-
nobarbum in Syriam properantem magnificè excepit.
Ipse uerò, cum in nostros beneuolo animo esse uideretur,
ab Alexio fratre, quem captum à Turcis redemerat Isac-
cius, per summum scelus imperio, oculisq; priuatur.

Alexius

my h' dicunt
valachi.

ALEXIVS FRATRICIDA.

Non ingratus in fratrem solum, sed plane impius Alexius uideri possit: qui non solum maiori fratri imperium per scelus ademerit, uerum etiam nepotem extorrem pateretur. Sed affuit non multo post grauis ultio. Restitutus enim nepos patrem adhuc uiuentem rebus praeficit. Ipso autem Alexio fuga dilapso, nepos Alexius Isacii filius post subitam patris mortem imperator est dictus, Gallorum, Venetorumque armis praeualentibus.

ALEXIVS IUNIOR ISACII FILIVS.

Per annorum XII. cum Pannonas, Gallosque per matrem, uxoremque attingeret, Venetorum, Gallorumque ope in imperium restituitur. Id uero praeter alia in foedere sanciendo disertè cautum, ut patriarcha Constantino-politanus Romano pontifici tanquam maiori subesset: & damna Francis, Venetisque a Manuele illata compensaret. Qui mense post restitutionem suam uix exacto, cum satageret rerum, quas promiserat, a Murziphlo quodam ignobili, quem tamen ad summum dignitatis gradum extulerat, fraude puer necatur: sed Murziphlus & ipse non multo post in Peloponneso captus, & Constantinopolim retractus, per summam ignominiam, & cruciatus obiit.

BALDVINVS FLANDRENSIS.

Excellens Veneti sanguinis uirtus adiuta Gallicis armis, imperium, quod tot annos factiosissima, & turbulentissima Graecorum natio possederat, Latino nomini facile asseruit. Capta enim urbe post Murziphli fugam, Balduinus Flandriae comes, xv. uirum suffragio imperator eligitur. Veneti priuo suffragio Thomam Mauroce-

num (quando ita conuenerat, ut ipsi antistitem darent, si Gallus imperaret) patriarcham designat: qui statim ad Romanum pōtificem profectus, eum dignitatis suæ auctorem fecit: moxq; reuersus celeberrimo gentium conuentu, Balduinum imperij corona donat: qui uix anno circumactō, cum præter Adrianopolim cuncta recepisset, moriens fratrem Henricum successorem habuit. Sunt qui annos v. imperatum prodant.

HENRICVS.

Baldūmo fratri successit Henricus: qui pace cum Vlachis firmata, & filia ducis eorum in uxorem ducta, domi, forisq; cum prudenter se gereret, in Thessaliam profectus, Guilielmum filium Bonifacij regem Thessaliæ declarat: mox moriens Iolantam filiam Petro Antisiodorensi nuptam reliquit heredem, anno imperij xi.

PETRVS ANTISIODORENSIS.

Hic uxorio iure (quando mascula nulla superat proles) iunxit ab Honorio pontifice ad Laurentij sanum extra urbem insignia imperij accepit: inde Venetis nauibus solūes, cum Dyrrhachium in Venetorum gratiā frustra tentasset, à Theodoro Lascare, qui se Græcorum imperatorem gerebat, per asimulationē pacis præter iurandam religionem, & fidem medio conuiuio obrūcatur. Sunt qui circa nemorosa Thessaliæ loca (Tempe ea uocant) insidijs captū, & in uinculis asseruatū prodant.

ROBERTVS FILIVS.

Nvlli dubiū esse potest, treis à me principes relatos pietate, ac fortitudine eximios fuisse: quibus tamē fortuna haud sanè arriserit: tum quòd rerū diu potiri non est datū, tum quòd in tanta imperij nouitate obnoxia, ac planè

Thessalia

Tempe

planè precariâ potestatem agerèt. Eadè propè fors Roberto affuit, qui ad paternâ captiuitatis nunciû Byzantiû aduolâs, cum sese optimè gereret, Veneti nominis obferuantissimus inuidiâ unius ex purpuratis suis sensit: qui abductam sibi ab illo sponsam iniquissimè ferès, impotès animi cû domesticis in regiâ irrupit, dehonestat amq; naribus puellam cecidit. Quam iniuriam ulturus Robertus, dum Romam contendit, atque inde reuertitur, in Achaia morbo decessit, re interim Veneto Pratori demandata.

BALDVINVS.

Quasi fato euenisse dicas, ut què admodû à Balduino auspiciâ regni cœperât, sic in Balduino cœderent: patri Roberto sufficitur Balduinus filius. Cui, quòd per etatè tâtæ verû moli nō uidebatur idoneus, Ioannes Brēnius socer adiutor datur. Qui præualētibus Græcorû armis, cû Venetorû auxilio sepe rē tutatus esset, tandè oppignerato filio, & crucis dñicæ parte, quinetiâ tēplorû donarijs omnîû ablatis, cû ingentē exercitû ad Bosphori fauces obieciſset, per eius absentîâ à Michaële Paleologo proditiōe recipitur Byzantiû: ita dū externâ uim formidat, domestica opprimitur. Anno igitur 1118. rē quàm imperari à nobis cœptû est, Byzantiû amisû est.

LASCARORVM STEMMA.

Detur & hoc ipsum cû studiosis omnibus, tû Lascareæ familiæ haud dubiè clarissimæ: ut qui interim ad Adrianopolim rei præserint, non ignorentur, quousque Michaëlis Paleologi uirtute Græcis iterum uindicatû imperium est. Imperator Alexius cognomento Angelus, quem fratricidam superius ostēdimus, Theodoro

doro Lascari filiam despondit, dotisq; nomine imperij titulos genero tribuit. Huic mascula proles ex uxore nulla, foemina tantum Irene filia fuit, quam Ioanni Diplobatazio in matrimonium iunxit, imperiumq; illi per manus tradidit. Cui postea Theodorus filius successit, ex quo Ioannes, quem Michael Paleologus puerum cum interfecisset, ipse sibi, & posteris per summum scelus imperium uendicauit.

MICHAEL PALAEOLOGVS.

Vehementis spiritus uir, cum illum fiduciarie quodammodo tutelae pertaderet, imperiumq; sibi, ac suis destinasset, Guilielnum Achaiae principatu primum spoliat: inde Byzantio capta, cum Venetis bellum diu gefit: a quibus facile imperio deturbari potuit, nisi Genuenses obstitissent. Quare inducijs initis, Lugdunum ad concilium uenit, quod Gregorius pontifex indixerat, facileq; illi cum Romano pontifice conuenit: ex quo tantam inuidiam Graecanicae gentis contraxit, ut nec morienti iusta persoluerint, & locum sepulturae negarint. Hunc annos quadraginta & amplius rebus praefuisse, nisi annales dubia prodant, certum est.

ANDRONICVS, ET MICHAEL FILIVS.

Ex tribus maribus natu maximus Andronicus imperium arripuit: qui Michaellem matre Vngarica natum, consortem imperij sibi asciiuit: quo mox uita functo, praedolore amissa filiae & generi, pater Andronicus Constantinum Despoten uniozem ad imperij successione inuitat: quod Michaelis filius Andronicus aegre ferens, in auium insurgit, Genuensiumq; auxilio fretus, ius omne ad se trahit,

sed

sed Veneti senioreni Andronicū cū restituisſent, tandē prægrauātibus Bulgaricis auxilijs, & Genuēsū, auus coactus Venetos destituit, partesq; Ligusticas à nepote coactus amplectitur, et septuagenario maior tandē moritur.

ANDRONICVS IUNIOR.

SEX annos, & amplius bellum uarium, & anceps hic Scum auo gessit: sepe tamen reconciliatis animis amicorum interuentu, & gratia malè sarta nequaquam coeunte. Tandē cū Byzantium nepos clam ingressus esset, in auum nihil ultra molitus, illum secū imperare quoad uixit, passus est. Eo mortuo, cū aduersus hostes Romani nominis res egregias gessisset, multisq; uictorijs clarus esset, undequinquagesimo etatis anno moritur, febre, cæpitisiq; dolore intra quadriduum confectus.

IOANNES PALAEOLOGVS, ET

Ioannes Cantacuzenus.

MORTUO Andronico iuniore, cū Cantacuzeni arbitrio, qui magni domestici dignitatē supremā obtinebat, oīa prudenter gererētur, Apocauci fraude uiri obscurissimi, sed solertia, & calliditate inter principis amicos præcipuæ dignationis, et patriarchæ ambitione in exilium truditur: ille uerò iniuriæ impatiens, bellū quinquentale aduersus reginā, & Ioannem gessit, Turcarum arma Europæ primus inferēs. Caterū rebus in dies pessū euntibus, proditur illi Byzantiū: quod cū occupasset, nulli ferè molestus imperij tantū participē egit, filia in uxorē Ioanni tradita: inde in Genuēs socijs Venetis, & Arragonijs bellū uaria fortuna gestum: cui Nicolaus Pisanus dux præfuit: nec multò post bellum à Palæologo exule Cātacuzeno.

cuzeno indictū, Turcarū in primis ope geritur, quibus etiā in Europa locū inhabitādum primus tradidit. Et cūm ex Tenedo solūēs improuisus Byzantiū ingressus esset, tandem Cantacuzenus imperio se abdicās, monasticā uitā sequitur: hic Ioannes Matthæū Cantacuzeni filiū consortē imperij agentem tandē imperiū deponere coëgit: & cūm multa fortiter administrasset bella, moriēs filio Manuēli imperium reliquit.

MANVEL.

DE hoc nihil aliud memorabile proditum, nisi quōd septē filios mares reliquit, quorū Ioānes natu maximus morienti successit.

IOANNES.

AVidus hic cōcordiæ, pacisq; principibus cū sacris, tum p̄sanis Græciæ totius comitatus Italiā petijt: Eugenijq; autoritatē secutus Florētino cōcilio interfuit: paceq; ac cōcordiā perpetua (ut sperabatur) imita, mox domū reuersus nō diu superuixit, Iosippo etiā patriarcha Florentiæ defuncto.

CONSTANTINVS.

Horret animus tanta cladis recordatione, & luctu. Adhuc tāquam in nouo malo mens refugit. Urbem totius Oriētis amplissimā, in qua christiana pietas millesimum, ac centesimū supra nonagesimum primū annū floruerat: ubi tot principes Christiani, tāta religio, tot diuorum tēpla, tot reliquiæ cōditæ erant, paucis diebus quān oppugnari coëpta sit, ab immanissimis, ac nefarijs Turcis captā fuisse: in qua nulle scelerū facies defuerint: non dignitatis, non sexus, non ætatis habita ratio: stupra cædibus, cædes stupris additæ: ipsa diuorū tēpla diruta: ipsa ossa Martyrum canibus, subibusq; obiecta. Constantinus imperator dum ad portam trepidus se recipit, fugientiū trepida

Constantino
polis à Turcis
captā.

trepidatione oppressus obiit: cuius caput hostis ad ludibrium pilo affixum totis castris gestauerit: redemptor ipse Christus (pro pudor & dedecus nobis æternum) iteum cruci affixus, luto, limoq; uexatus est: eaq; omnia repressentata, quæ in illum Iudeorū gens olim impia patrarāt. Elogium inde additum cruci: Hic est Christianorū deus: triduum ciuitas uexata, atq; ad arbitrium impotentissimi uictoris direpta: inde quicquid regij sanguinis mares, fœmineq; illustres superfuere, aut inter epulas prægrauante uino Othomani iussu fœde iugulatur, aut uictoris libidini (quod grauius morte fuerit) reseruatur. Incidit autem clades hæc in annum salutis millesimum CCCCLIII. quarto Cal. Iunias: qui dies funestissimus, ac religiosissimus esse nobis semper debeat. Qua in re subeat ea repudatio, à Constantino magno Helenæ filio cōstructā urbem esse, Romæ semper æmulam, sub Cōstantino, qui eiusdem nominis matrē haberet, captā, Turcarumq; iugo ad hanc diē subditam: cum Nicolaus pontifex Romana præesset ecclesiæ, Fridericus Germanis imperaret: nostri interim Veneti cum classem ductu Iacobi Lauretani emisissent ad subitæ oppugnationis nuncium, hostis Turcæ celeritate præuenti nullam opem lapsis iam rebus afferre potuerūt. Regnatum à Paleologis annos ferè ducentos.

DE BYZANTIO.

Fuerit & hoc institutæ rei consequens, ut qui Byzantium primi condiderint, quæ ue urbis tam celebris incrementa à prima eius origine ad ætatem nostrā fuerint, & quàm uaria fortuna, perstringam: nam si castelli unius originem diligētius perscrutari nō ineptum ducitur, cui, quæso, ingratiū esse possit, urbis tã uetustæ, tam amplæ, in

nota
Constantinopolis
in Constantiniam cepit
ut de in constantin
hinc desit.

Lygos quōdā
nōc Byzantiū,
sive Constanti
nopolis.

Chalcedonij
exci.

Byzantiū fun
ditus euersum.

qua imperij Romani maiestas qualiscunq; tot annos uiguerit ortum, casumq; percepisse? Byzantium primò in angustiſſimo Europa, Asiaq; Euripo poſuere Lacedaemonij Pausania duce, Lygos antea dictum: quod uariate deinde fortuna, dum incerti iuris poſſeſſio adhuc eſſet, Athenieſibus, Spartaniſq; id ſibi certatim uedicatibus, tandem libertatem ſibi aſſerere: & dum neuter populus tanquam propria urbē auxilijs iuuat, liberae conditionis eſſe cepit: per quae tēpora res eorum admodum floruit agro foecundo, feraciq; in primis, & mari admodum opportuno, unde uectigalia, uectigalibusq; eorum augēdis piſciū uis ingēs ad eorum littora deferebatur. Quam commodē poſita eſſet, oraculi Pythij ambages arguit: nā cōſulentibus Graecis ubi urbem cōderent, data ſors exciderat, ſedē oppido Cacorum aduerſam quaerent, Chalcedonios haud dubie inuens, qui priores in ea loca profeſti Megaris, peiora legerant. Piſces etenim ex Euxino in Propontidem illati, ubi ad Chalcedonenſe littus incurrere, territi candidate ſaxo, quod à uado ad ſumma pelluceat, aduerſum Byzantiij promontorium ex ea cauſa Chryſoceras appellatum, praecipiti petunt agmine. Itaq; omnis captura Byzantiij, Chalcedonenſibus penuria. Primum cum Romanis foedus aduerſum Pſeudophilippum à Byzantijs initum eſt: inde ſemper forti, fideſq; opera eorum multis, uarijsq; bellis uſi ſumus, quouſq; Seuerus imperator occupatam à Peſcennio Nigro, eo occiſo funditus euertit, & in uici formam redegit, agro etiam eorum Perinthijs adiudicato. Fuit autem urbis murus Mileſio quadrato lapide, adeò indiſcreta laterū ſtructura, ut una propē muri

comp4

compages spectantibus uideri posset. In huius ruinis Constantinus magnus aquilæ præpeti uolatu ex Chalcedone illuc regulares funiculos, terq; ac quater inferentis admonitus, urbem ampliore mœniū circuitu construxit, Romæ operibus, & nomine etiã emulã futurã, quam cum uarijs signis, ac monumentis undiq; conquisitis ornasset, ante v. Iduū Maij Deiparæ Virgini dicauit. Quin & Valens mathematica prædictionis cõsultissimus, annos DC. XCVI. potiturã rerum prædixit, quæ tanẽ adhuc duret. Portus duos habet, quos ductis utring; catenis, & turribus creatis munitissimos reddidit. Illud est, quod Dion grauis in primis autor memorabile prodiderit, septẽ turres eo artificio fuisse cõstructas, ut si quis uni in clamaasset, lapidẽ ue immisisset, sonitus ex omnibus redderetur æqualis, ita ut ex singulis propius exaudiretur. Et cū multa ad ornatum noue urbis conquisisset, Cochlidem in super Porphyreтики lapidis ex urbe Roma aduehendã curauit, cui statuã suã, & clauũ unum Christi redemptoris cruciatu insignem superimpõsuit, quæ Alexio Comneno uiuente corruerit. Paladiũ etiã ex Illo cõportatũ. Principes à Cõstantino cū diuersa fortuna, tum rerũ uario successu multi præfuerunt: magna tamen eorũ pars ambitiosi, crudeles, auari, & obscurissimi: quodq; grauissimum sit, ab orthodoxa fide aut ab horrentes, aut etiã infesti: donec urbs terræ motibus, incendijs, seditionibus intestinis obnoxia, quibus alimẽtũ leuitas gẽti insita præberet. Adde etiã quòd principũ instabilitate in nefariæ gẽtis Turcicæ libidinẽ deciderit: in qua nõ si ne nostro graui dedecore septuagesimũ propẽ annũ domi nati fuerint: Maomethes primus, inde Pazaites eius filius,

G et qui

portus contin
Anopolis.

Et qui nunc omnibus formidolosus Syriæ, Aegyptoq; imminet, Selinus. Et quoniã Turcarũ proximè meminimus, quinã illi fuerint, unde ue terrarum profecti, per quos duces eorũ aucta res sit, breuibus explicandũ est mihi. Tum quia res memorabilis admodũ sit, tum quod diuersa quedam, quàm nostri hæctenus tradiderũt, & (ni fallor) similia ueri proditurus sim: cùm alij præter eorum nuda nomina, uix quicquam memoria dignũ in multis retulerint.

DE ORIGINE TVRCARVM.

Turca, partim Caspio mari proximi, qui Asiã, Oriẽtemq; uastarũt, Caucaſiq; ueteres incola, qua parte ad Arctũ uergit, partim inter Scythicas gentes relati, & Hunnici sanguinis, qui postea Vngari dicti sunt, existimati: quod ex Græcis autoribus, & Latinis aliquot colligas: ueteres scriptores (quod sciã) de his nihil, præter Melam & Pli. illè præter nudũ Turcarum nomẽ in Scythiæ relatione nihil aliud addidit. Siue igitur ueteres illi à Mela relati, siue recens aliquod genus hominũ, eorũ certè qui Caspij maris accolæ fuere, tenuissima memoratur primordia & ut cæterarũ gentiũ planè obscura. Nã septingentesimũ ab hinc annũ natali solo relicto, in Persidẽ, atq; Asiã minorem primũ impetũ fecere: sed nec unus dux illis, nec certum imperiũ: uagi, dispalatiq; quò ue cuiq; fors affuit, latrocinantes magis, quàm belligerates prouincias uastarũt. Pri-

Hunn.
Vngari.

Muchumetius

Tangrolipix.

ma stipediã Basilio Macedone imperate sub Muchumetio Saracenorũ principe meruere: quorũ præcipuè opera Babylonios, Indosq; ille uicerit. Sed peperit his uirtus inuidiam, prohibiq; ad sua redire, indignati primò fecerunt: inde uno, alteroq; prælio Tangrolipicis Mucaletij ducis

ducis eorum auspicijs feliciter aduersus Saracenos gesto,
 tandē egregiē uincunt, Muchumetiūq; profligatū acie
 obruncant, ex quo res Turcica ad Tangrolipicē delata.
 Is alijs Turcis ad se accersitis Cucumetiū nepotē aduer=
 sus Arabas, cū paratissimis copijs misit: qui praelio ab his
 uictus, cū à patruo per summum contemptum exceptus
 esset, eius iracūdiā ueritus, ab illo deficit, & Pasara Cho
 rasimiorū urbe munitissima sese includit. Tangrolipix in=
 tereā praelio gēti funestissimo in Mediæ finibus cum Ro=
 manis Asani alterius nepotis ductu cōfluxit. Quo uicto,
 & caeso, indignatus ille Aleimum fratrem iterum in Ro
 manos misit: qui egregiā uictoriā capto Liparite Græ=
 corum duce, & caesis etiā Iberis Romanorū socijs retu=
 lit. Sed cū Lipariten primū, mox & dona à principe
 missa faciliē Turca reddidisset, nec præstarēt Romani qd̄
 promiserant, ingentibus copijs accinctus Tangrolipix
 Asiam omnem ad Euxinum mare aut uastat, aut subigit.
 Variatū demde in gente factionibus exortis ad Gallorū
 usq; memorabilem illam expeditionem, qua fracti ab his
 sepius, magna etiā imperij parte multati sunt, donec
 Othomanus ab hoc Selino, qui rerum nunc potitur, no=
 nus, ueterem gentis gloriam asserere ausus est. Is obscuro
 loco, & parentibus agrarijs natus, uirtute, ac calliditate
 singulari, conflata per seditionē manu, circumferre Tur=
 cica cœpit arma, in suæ gentis homines non minus infe=
 stus, quam in nostros. Paulatimq; rerum successu, & im=
 perandi libidine inflammatus, castellum quod Othoma=
 num de suo nomine appellari uoluit, cepit: distabat id à
 Prusia Trapezuntē uersus itinere dierum sex. Agebatur

autē annus salutis nostrae millesimus trecentessimus, praer-
 eratq; in Barionae sede Bonifactus octauus, circa exitum
 Michaëlis Palaeologi, & Andronici nepotis initia: quo
 tempore Germanis Albertus imperabat. Othomanus igitur
 his auspicijs intra octo & uiginti annos, quibus rerum
 potitus est, incredibile dictu quatum re sua auxerit: ma-
 gnam certē Bithyniae partem breui subegit, oppidaq; ad
 Euxinū posita non pauca cepit: qui mortēs Orchani filio
 regnū per manus tradidit. Sub quo dissidio Graecorū, Cā-
 tacuzeno, & Palaeologis cōtendentibus, adeo res Otho-
 manica creuit, ut Prusiā Graecis ademerit: & dum Cāta-
 cuzeno magis quam Palaeologis fauet, primus in Europā
 ab eo accersitus traiecit. Caramanū etiā, perfidia in illum
 usus, cuius filia in uxore duxerat, interfecto eius filio ado-
 lescēte, nō exigua principatus parte exiit. Qui post ui-
 gesimūsecundū imperij annum Ammuratē filiū heredem
 reliquit. Is auitā, paternamq; felicitatē emulatus, in Cara-
 manū auum paternū nō minus infestus, quam pater fuit.
 Mox ab imperatore Palaeologo sollicitatus in Bulgaros,
 fratresq; Peloponnesi principē, qui bellū mouerant, xii
 Furcarū millibus in Europā trāsportatis egregiē Bulga-
 ros, hostesq; imperatoris ultus est. Hinc Europeis opibus
 illectus, dum ulcisci imperij hostes simulat, usus Genuē-
 sium nauibus, Hellepontū ad Abydum superat, Callipo-
 linq; cum alijs oppidis occupat. Is fuit annus millesimus
 trecētesimus sexagesimustertius, nec multō post Seruiam,
 Bulgariamq; ingressus, cum Hadrianopolim prius occu-
 passet, occurrentes sibi cum paratissimis copijs hostes in-
 gēti cāde profligat, Lazaro Seruiae principe in acie cae-
 so, sed

Prusia.

Callipolis.

Hadriano poli.

Seruiam.

so,
 dit
 &
 in
 Bul
 mag
 cess
 tes
 obs
 rum
 men
 gna
 die
 pug
 neta
 Mo
 Ind
 diēs
 berl
 car
 grec
 acie
 pote
 usq;
 Tur
 ptin
 Hui
 num
 deo.

so, sed mox à seruo in domini uindictā Ammurates occi-
ditur, cū annos uiginti tres imperiū tenuisset, Pazaites,
& Solimano liberis superstitibus. Pazaites interfecto per
insidias fratre, patris mortē ulturus, Marcū Graieicum
Bulgarorū principem prelio superat, & interficit: inde
magnā Bulgariæ partē sibi subiecit: nec tanto rerum suc-
cessu quietus, Bosinā, Croatiā, ultioresq; Illyrici par-
tes uastat. Constantinopolim annos octo obsidet: facileq;
obsessam iam tunc expugnasset, nisi Vngarorum, Gallo-
rumq; aduētū formidās, quibus ad Nicopolim occurrit,
memorabili prelio nostros superasset, caesis, captisq; ma-
gna ex parte Gallorū ducibus, in primis Ioanne Burgun-
diæ duce, & Sigismundo Vngariæ tūc rege tumultuaria
pugna fuso: qui facile in hostis potestātē uenisset, nisi Ve-
netæ classis occursum seruatus ē fuga esset: cui tū Thomas
Mocenicus, q postea Michaëli Steno successit, præerat.
Inde ad Cōstantinopolitanā obsidionē spei plenus regre-
diēs, cū eā biennio obsessam tenuisset, trepidissimis Tam-
berlanis Scythæ nūtijs, qui infinita penē multitudine Tur-
carum terras inuaserat, excitus, illi ad Stellā montē con-
greditur, in Galatiæ, Bithyniæq; cōfinio. Cæsa sunt in ea
acie Turcarū ducēta milia, uiuus ipse Pazaites in hostis
potestātē uenit, q aureis catenis caueæ uinctus, ad mortē
usq; à Tamberlane circumductus est. Incidit hæc clades
Turcis in annū millesimū trecentessimū nonagesimumse-
ptimū salutis nostræ, Bonifacio nono pontifice Romano.
Huic duo suere liberi mares, Orchanes, quem alij Calepi-
num, & Maomethes, quē nostri Moysen magno, uti ui-
deo, errore dicunt. Orchane intra bienniu per insidias à

Bulgaria.
Bosina. croatia

Vngari galli
nicopolij.

Vngaria.

Stella mont.
galleria bithyni

fratre interfecto, Maomethes rem Turcarum solus occupat: qui Turcia auito regno Asia recepto per Tamberlanis iteritū, Bulgaros, & Vlachos pradis, et cladibus afflixit, Hadrianopoliq; recepta, regiā ibi sedem statuit. Ipso post annos septē & decem mortuo, Anmurates filius regnū inuit, Ioanne x x i i i. Barione sedē tenēte. Hic maiorū gloriam non solum equauit, uerū etiā longē superauit. Prima illi expeditio in Mysorum principem, qui nunc Seruij dicuntur, fuit: de quibus Scopiam, & Nouemontū post longā obsidionem cepit. Duos Reguli filios captos oculis priuat: postea sororem eorum uxorem sibi adsciscit, restitutoq; per has nuptias Nouemonto, in Vlachos, Vngaros, & Germanos incursiones graues facit: inde in Epeirum despectens Croiam expugnat. Venetorum arma in se sollicitat, Thessalonica his per uim adēpta: interim una ab Vngaris ingenti pugna uictus: inducijsq; ab his decēnalibus impetratis, iterum ab iisdem Vngaris prater iurisiurandi fidem Eugenij pontificis hortatu bello petitur, quos duplici praelio ducum nostrorum discordia, & ambitione uicit: in altero ad Varnam Ladislaus rex Poloniae, & Iulianus Cardinalis obiere: in altero ad Basila uictus Humiades, cæsiq; principes Vngari non pauci prater gregariū militem, qui ad internitionem occubuit. Nec moratus Peloponnesum fratrum discordia iniuriæ obnoxia in ditionem redegit. Exinde reputans animo regni molestias, & fortunæ inconstantiam animo agitās, in Asiam abiit solitariam uitam secutus: & Maomethi filio cura rerum demandata sub Calibassæ tutela, quam non multo post repetere suasus (etas enim filij non satis idonea rei

valala di.
Hadrianopolij.

mysi nunc
Seruij.
scopia & noue
monti.

nouemontū
valala di.
vngari
epirus, croia.

Thessalonica

varna
Polonia

nea rei administrandæ adhuc uidebatur) Epeirum ingenti exercitu repetit (de fecerat enim ferè uniuersa Scæderbecchio autore) & Croia frustra per aliquot menses oppugnata, mærore animi obiit, cum annos quatuor & xxx. regnasset. Longū esset, si Maomethis eius filij res gestas explicem: quæ quætæ fuerint, nouum Othomanicæ familiæ magni cognomentum ab eo quæsitum, & in heredes iam transmissum arguat. Is enim duo Christianorum imperia Constantinopolitanum, & Trapezuntium subuertit, regna duodecim nobis ademit, ducentas urbes Christianam pietatem secutas cepit: & in his Chalcidem insulam armis, & Schoodrâ deditione Venetis extorsit, bellū maritimum per multos annos cum maioribus nostris gessit. Captham Ponticâ urbē expugnauit. Rhodum insulâ frustra tentauit. Italiæ capto Hydrunte arma intulit, & dū plusquam ciuile bellum in maiore filium meditatur, cum annū unum & xxx. præfuisset, obiit anno salutis nostræ m. cccc. octogesimo primo, quinto Noñ. Maij. Quo mortuo res Turcica ciuilibus armis aliquadiu iactata est. Sed minore fratre uicto, & fugato, solus imperium Pazaites obtinuit, qui Vlachiæ castella quædâ cum expugnasset, inde in Sultānum Aegyptium copias eduxit, à quo sepe uicti Turcæ tandē pacē, fœdusq; iniere. Ceterum cum otij appetētior à natura uideretur, nec tamen per suorum hominum ferociam feriari à re bellica posset, paratis terrarū, mariq; ingentibus copijs anno m. cccc. nonagesimo secundo, Cerauniorum montium accolæ inuadit: tractumq; illum liberarum semper ad eam diem gentium Turcicæ seruituti subdit. Inde septimo post anno terribili

epirus
croia

duo xpianorum
constantinopolitana

naoio ponte
schoodrâ
captham
Hydrunte
otanto

uallacia

cerauni

modon
Ducato

clasis apparatu Venetis Methonem, Naupactumq; mox inde & Dyrrhachiū adimit. Quin & in Foroiuliēsi agro trepidatum, Turcis foedè terram eam magno nostrorum damno uastantibus. Nec multò post pax secuta Andree Gritti patritij clarissimi opera, post quàm non diu superstes Pazaites fuit, regno à Selino filio pulsus, qui rerum nunc potitur, ex quo annos ferme xxx. imperitasset.

IOANNIS BAPTISTAE EGNATII

Veneti Romanorum principum liber tertius.



ENTVM iam est mihi ad tertium, atque ultimum instituta commentationis librum: quæ mihi ut laboris, & operæ minus, ita æcer tē multò plus uoluptatis allatura sit. Nam & à continuis imperij cladibus tantisper auertitur animus, dum letiora persequor: & hi mihi principes posthac erunt referendi, quorum res gestæ & domi, forisq; felicitas in plerisq; tanta est, ut ueterum Romanorum gloriam non pauci ex his æquent: certè recentiorum memoriam, eorum uidelicet qui supra millesimū annum à me repetiti sunt, adeò obscurant, ut iniquissimè propemodū faciat, si quis hosce illis conferat. Nam ut plerisq; sordes, & generis pudendam originē sileam, quotus eorū, quæso, fuit, qui aut augendæ reip. studuerit: aut auaritia nō flagrarit: aut seuitia in suos, in externos perfidia infamis nō uixerit: adde ueræ pietatis in hisce cōtemptū,

tot

tot hereses ab illis, aut per summū scelus excogitatas, aut ad insaniā usq; ad pontificum Romanorū exilia, & eadē pertinaciter assertas: accessit odium plus quā hostile in Latinū nomē. Quid dicā quoties insultū sit Romanis pōntificibus? Quoties eorū uiolata maiestas? Nam schismatis crimen eō grauius existimari debet, quōd & concordia nostrorū pontificū sepius expetiēre, & expetitā pari leuitate recicēre: donec paulatim uetere labēte disciplina, req; magis ac magis in lapsum prona, tū demū in præceptis nostris tēporibus acta, imperiū tanta indole partū, & auctū ad Turcas transferit: quo factū est, ut gens olim in terris ingeniorū acumine, tot artū solertia, tanto rerū usu celeberrima: addo, legibus, institutis domesticis, eloquētia studio, & tot urbibus, ac colonijs per orbē deductis frequentia, & amplitudine optimē de humano genere merita, nūc aris, focisq; patrijs expulsa, imops, egensq; alienæ opis aut erret profuga, aut immaniū Barbarorum iugo subiecta seruiat, uti iam in ipsa Græcia queramus Græciam.

Quōd si uerum est fruges, & arbores pro soli, terrarumq; ingenio mutari, & de cælo mortales quod hauriāt, naturā, & mores induere: simile ueri certē uideri possit, Thraciā illā feritatē, & Bithynicā barbariē (quando hæc loca recētiores Græci tenuere) esse ab his haustā: & alio qui Thraces homines, & Phryges, & (quod præcipuē pudeat) Macedonū, Cappadocumq; mancipia rerū potiti sunt: ne aliquot Isauricæ gentis ingerā: qui tametsi usu, cōsuetudineq; Græcā linguā imbiberāt, patrios tamē mores, quibus innutriti fuerant, retinerent: unde illis fortasse cuncta per dendi libido, tanquā non propria tuentibus, &

Bithynia.

Isauria



Romani nominis, Latiniq; contemptus, ac odium, quod à principibus suis acceptū semigræci homines, nec quicquā auitæ indolis, ac prudētiae redolētes, si linguā, uestitumq; demas, in posteros trāsmissere. Siquidē diuinitus à Platone dictum, quales essent principes, tales ferē esse eorum, qui his obediunt, mores. Caterum querelæ, ne tum quidē grata futura, cūm necessariæ essent, certē ab his nostris libris absint. Quibus id tantūm agimus, uti rem obscuram, ac propē obsoletam illustremus: & uarijs monumentis traditam, nec Græcis, Latinisq; hominibus satis exploratam, breui hoc uolumine complectamur. Sumemus igitur auspiciū Dijs fauentibus, à Carolo Francorum rege, cui res egregiē gestæ Magni cognomentum iure peperere.

CAROLVS MAGNVS.

*Flouuui
Turpinus de
menfis.
Berhamg.*

Irene Cōstantini matre Byzantij rerū potiēte, cū imperij Romani maiestas omnia sibi Barbaris uendicātibus obsoleceret, nec in foemina, quamuis altæ indolis, inesse præsidij multum uideretur, Leo pōtifex scito Romani populi cleriq; rogatu Carolum Francorum regem, ob egregia in Christianum nomē, & Romanā sedē merita, Romanorum imperatorē primus appellat, inunctumq; cum Pipino filio Augustum cōsecrat, anno ex quo in Italia imperari desitum post Augustuli interitū trecētesimo ac trigesimo, salutis nostræ octogesimo, regni uerò eius, ex quo Francis præfuerat trigesimotertio: dies tātæ rei Idū Decēbrium delectus. Subsecutaq; mox P. O. R. O. acclamatio, Carolo Augusto magno, & pacifico uita, & uictoria. Huic Pipinus pater fuit, q primus Christianissimi cognomentum tulit, ob nauatā Romano pōtificali aduersus Langobard

gobardos egregiam operam. Carolus autem paternæ uir-
 tutis æmulus, sub regni initia bello defunctus Aquitanico,
 Italiam, Adriani pontificis adhortationem secutus, in-
 greditur. Langobardorum regnum capto eorum rege
 Desiderio, Francico nomini subigit. Saxones sæpius re-
 bellantes tricennali tandem bello uincit, & quod ab ini-
 tio semper egerat, uera pietate imbuit. Saracenos Hispa-
 niam ferè omnem uastantes intra Bathyca angulum com-
 pellit: & presidij Pompeiopolis, ac Casaraugustæ impo-
 sitis, dum in Franciam redit, Vasconum insidias passus,
 non paucos ex suis, & in his fortissimū quemq; amittit.
 Sclauos, Danos, & Baioarios tumultuantes in ditionem
 suam redigit. Iterum Italiam ingressus ut Romana eccle-
 sie patrociniū semel receptum cōstanter tueretur, Bene-
 uentanorum ducem Aragisum, Langobardorum reli-
 quias adhuc fouētem, ad officium cogit. Hunnicum bellū
 octauo post anno felicissimè cōficit: cum eorum regiam,
 quæ Rbingus appellabatur, expugnasset, & thesauros
 opulentissimæ omnium gentis asportasset. Inde tertio in
 Italiam contendens, pontificis Leonis iniuriam ulturus,
 simul & eius causam cogniturus, omnia ex sentētia com-
 ponit. Vnde illi post ingentia merita imperatoria maie-
 stas, & posteris quæsitæ. Quare compositis Italiæ rebus,
 cum nihil grauius in Langobardos statuisset, quàm ut
 a quo cū Italis iure uiuerēt, & partito imperio cum Ire-
 ne, in quo disertè cautū, ut Veneti suis uterētur legibus,
 & bello pacē ue neutrius censerentur iuris, in Gallias re-
 dit, filioq; Ludouico cōsorte imperij declarato, tandē mo-
 ritur Aquisgrani v. Cal. Februarij, ætatis anno septua-
 gesimo

gesimoprimo, regni quadragesimosextimo, post Langobardos debellatos quadragesimotertio, ex quo uero Augustus à Leone pontifice dictus est XIII. Fuit in hoc principe, quod incredibile multis uideatur, pacis, bellique par studiū, insignis pietas, beneficentia singularis, humanitas quanta in superiorum principū nullo: in rebus bellicis maior ne uirtus, an felicitas extiterit, nescias: nullus certe ferociores gentes debellauit, nemo collatis signis sepius dimicauit, nemo bonarum artium studia indulgentius fuit: ipse Parisiense gymnasium, & Papiense uiris undique doctissimis accersitis instituit: templa diuis erexit, ueræ religionis obseruator etiam in minimis fuit. Iniurias illatas ciuili animo tulit, in hostes raro acerbius sauij. Ita licet gloriæ ita studuit, & quieti, ut præter Florentiã urbem instauratam, classes quoque paratas habuerit, quibus Maurorum populationes arceret. His meritis ad hæc usque tempora à multis ut caelitum unus colitur. Eius monumenti elogium huiusmodi fuisse traditur:

CAROLI MAGNI CHRISTIANISSIMI
ROMANORVM IMPERATORIS CORPVS
HOC CONDITVM EST SEPVLCHRO.
LVDVICVS PIVS.

*intra huius seculi
omniū sandorum
rum.
Dani de nos
masi descendit
in galliam,
Florentiam
Quibus
armones*

Iam uti Carolo patri res egregia domi, forisque gestæ Magni cognomentū peperere, sic Ludouico facilitas, ac clemētia, religionisque summū studiū, Pij tertio ad hoc cui dedit. Qui sub patris mortē Aquisgranum ex Aquitania cōtendens, diuersarū primò gentiū legationes audiit, inde Dacicum bellum ex sententiā conficit: nec multò post Bernardū ex Pipino filio nepotē in Italia res nouas molientem

lientem capitali poena afficit: in antistites rerū nouarum
 autores mitius actū: inclusi cœnobijs uita donantur, &
 cū Britones, reliquosq; pacis turbatores cōpressisset, a fi-
 lijs tribus captus, tanquā in Carolū natū minimū propen-
 tior esset, iperū eurare cogitur: sed tumultuāte optimo
 quoq; restitutus pristinae dignitati, nō multò post partito
 imperio decessit Maguntiae, cū imperasset annis uigintise-
 ptē, uixisset L X I I I I. Hic Stephanū Romanū pōtificem
 magna Gallorū frequētia exceptum, & cruce magni pō-
 deris donatū a se dimisit, Quin & Paschali ius eligēdorū
 præsulū remisit, sanxitq; ut sacri ordinis homines a gem-
 mis, cultioreq; uestitu temperarent. Quid facturus piē-
 tissimus imperator, si luxū nostri temporis aduerteret?

LOTHARIVS. *ab Soc dubal Lotoringia.*

Tres superstites liberi Ludouico fuere. Lotharius
 natu maximus, præter Italiae regnū, Narbonensem
 Galliam, & imperij decus assequitur. Carolo Gallia oīs
 citra Mosam data. Ludouicū Germani regem sortiti: sed
 nō diu māsit fratrū cōcordia. Violatus (credo) ab his pa-
 ter tāti sceleris poenas exposcebat: q̄ppe q̄ ardētibus ani-
 mis inter se, dū paternā imperij diuisionē aequo animo nō
 ferūt infestis signis cōcurrere ad Fontanicū Altissiodorē
 sis agri uicū: qua acie tot Gallorū millia utrinq; cecide-
 re, ut cōuulsa ppē imperij uires sint: uictus tamē Lotha-
 rius, & Ludouicus a Carolo: & cū bellū iterū repara-
 rēt, iterū fusi pacē petiere. Quae his propē cōditionibus
 data, ut imperij titulo Lotharius cū Italia, & Narbonēsi
 Gallia frueretur, Ludouicus Germaniā possideret, Caro-
 lus Francis a Mosā ad Oceanum praecesset: addita & ea
 Gallia

*Baldwin pri
 my flandret co
 mes.
 roana Angeli
 ca consequnt
 gonhifi cath.*

Gallie pars, quæ Scalden inter & Rhenum iacet: ea nūc Lothoringia est. Ipse cum Ludouicum filium regni confortē adsciuisset, & imperij socium declarasset, xv. post anno monasticam uitam secutus est, tædio rerum aduersarum (ut opinantur) affectus.

LUDOVICVS.

Hic Lotharij filius eo uiuente (uti diximus) regni, imperijq; consors efficitur. Romæq; à Sergio pōtifice inūgitur, & coronatur, reuersusq; ex Italia in Germaniā, post patris mortē cū Carolo Caluo Frācorū rege discordibus animis serē semper uixit propter Austrasia regnū, quod Lotharij fratris fuerat, & Caluus id sibi totū uendicarat: sed mox cōpositis rebus, cū annū unum & xx. rebus præfuisset, moritur Ludouico filio superstite.

CAROLVS CALVVS.

Redierat Ludouico mortuo summa iperij ad Carolū Frācorū regē, minimū natu Ludouici Pij, qui cū Britonibus, & Nortmānis uaria fortuna dimicauit, post eā audita Ludouici morte, in Italiā profectus à Ioāne pōtifice corona donatur imperij. Quare mox in Saracenos mouēs, facile conatus eorū repressit: inde in Galliā reuersus breui Italiā repetit: aduersus quē Ludouici Germani filij dū bellū parāt, ipse curis cōfectus, ueneno à Sedechia medico Iudaici sanguinis dato obiit, Ludouico Balbo hærede. Notata in hoc imperatore ambitio non modica.

LUDOVICVS BALBVS.

*normani scilicet
grime de populo
gallia primum
Belgiam.*

Ludouico Calui filio Ioānes pontifex imperij titulū, præter Italiæ multorum principū uoluntatem solus asseruit, qui è custodia fugiens, cui Romani illū incluse-

rant

rant, & in Galliam contendens, ratum Balbo imperium suo assensu fecit: quod tamen ualeudinarius princeps biennio uix obtinuit. obiit anno salutis octingentesimo octogesimo, Carolo Simplexe hærede.

CAROLVS CRASSVS.

HVnc Crassum à corporis (ut arbitror) habitudine dixere, qui Ludouici Germanici regis filius à Ioanne obtinuit, mortuo Balbo, imperij coronã. Hic Nortmannos, Pannonasq; uarijs prælijs afflixit. Robertũ autẽ Nortmannorũ ducẽ de sacro fonte leuauit, data illi in uxore filia. Sed mox cũ inutilis imperio, nec in eo satis præsidij uideretur, ad Nortmãnos Gallia exturbãdos ob subitã uim morbi, abrogato illi imperio post decenium decessit. Laudatur in hoc principe religionis studiũ, & in literatos homines beneuolentia, quos ad scribendũ adhortari solet.

ARNVLPHVS.

VT nihil certi affirmare de Arnulphi origine habẽ, facit scriptorum incõstantia, mihi tamen similius uero uideatur, ex Carolo Magno Ludouici Balbi progenatum: nec enim uideo, qui fieri potuerit, ut obscurissimus homo (quod quidã asserant) imperio præfuerit, Gallicis præsertim suis reges tanta ueneratione colentibus, & ignobiles auersantibus. Huius igitur uirtus effecerat, ut quãdo Carolus Simplex parũ idoneus haberetur, iste imperaret: qui aduersus Nortmãnos res egregias primò gessit: mox in rapinas, tẽplorumq; spoliaciones cõuersus, iusta numinum ira plectitur. Nam & prior illum felicitas deseruit, & breui pediculari morbo confectus obiit. Illud accessit grauius, quòd imperij maiestas in eo defecerit,

que

*Si ex p. ablo
normanij sed
concessit a quib
normandis.*

que per annos centum tantâ indole à Carolo magno quaesita, nescias maiore Gallorum dedecore, & infamia, an Italiae damno, ad Germanos tralata sit. Terra certè Italia sub Gallorum principatu adeò floruit, ut uetera Romanorum principum tempora non sanè desiderares: sed & anni sexaginta usque ad Othonem primum Saxonum regem, quibus nullum non calamitatis genus sensit illa olim gentium alumna, & parens Italia, fecere, ut Gallicum nomen desiderabilius foret. Ceterum de his aliàs.

O T H O P R I M U S.

SExagesimus serè agebatur annus ab Arnulphi morte, Berengarijs interim Langobardici sanguinis Italiam uexantibus, & Vgone, Rodulpho, et Lothario Gallis principibus rem sibi interdum asserentibus. Ceterum cum Berengarius tertius cum Adalberto filio tyrannum uerius, quam principem ageret, accersitur à Romanis Otho. Cuius tunc nomen, ac pietas celebris erat, Boleslao Boemo capto, & Ungaris praelijs aliquot afflictis. Ille igitur Saxonia egressus cum L. millibus armatorum Italiam per patentem Forijulij portam ingreditur, facileque Berengarium, & eius filium ad obsequium retrahit, quos data uenia magna etià Galliae Cisalpinæ parte donat. Inde abiens, Ludouicum Franciae regem factione suorum carceri inclusum eripit: nec quiescere diutius datum, Berengario, & Adelberto res nouas molientibus: quos facile uictos, & captos, alterum in Austriam, alterum Byzantij relegat. Inde Romam profectus, ab Ioane pontifice primus Germanorum principum corona donatur imperij: quem tertio Italiam repetens, cum grauissimorum criminum reus ageretur, saepe tamen antea ut resipisceret admonitum, coacta synodo officio deiicit, Leone sus-

fecto
nis p
infig
co
tuit.
bria,
obijt
ferto

H
pont
Cala
cem
thari
Gall
reuer
cis a
enect
cipun
dicab
pha c
fectu
res oc
quias
fato u

N

fecto. Hunc cū Ioannis pōtificis necessarij, illo sub Otho-
nis profectiōem redeunte, urbe eiecissent, statim ulturus
insignem iniuriā ex Umbria Otho aduolat, ac Romanis
coss. in Germaniā relegatis cū praefecto, Leonem resti-
tuit. Saracenisq; ac, Graecis, qui illis adhaeserant, Cala-
bria, Appuliāq; fugatis, in Germaniam reuersus Vicinæ
obiit. Vir pacis, belliq; artibus insignis, pietatis autem af-
fector praecipuus, rebus praesuit anno xxx. & amplius.

OTHO SECVNDVS.

HVnc ex Adelaida Lotharij uxore susceptum pater
successorē sibi instituit, & inungendū à Romano
pontifice curauit. Cuius etiā opera Saracenos, Graecosq;
Calabria expulit. Hic mortuo patre, Henricū Bauariae du-
cem nouis rebus studentē armis domuit, & aduersus Lo-
tharium Frācorum regē, qui sibi Lothoringiā asserebat,
Galliā ingressus foedis populationibus uastat. Caterū dū
reuertitur, in Axona fluuij trāsitu graui incōmodo à Frā-
cis affectus est, plerisq; militū fluminis impetu, alijs ferro
enectis: & dū in Italiam festinat ad samā Graecorū prin-
cipum, qui Saraceno etiā milite instructi, Italiam sibi uen-
dicabant, his congressus ad Basantellū uincitur: ipse sca-
pha conscensa ad mare delatus, Romamq; ex Sicilia pro-
fectus, Beneuentanos in primis ultus est, quos uti deserto
res oderat. Beneuento autem incensa Barptolemi reli-
quias inde asportatas Romæ cōponit, ubi non multò post
fato uita decepsit decimo septimo imperij anno.

OTHO TERTIVS. *Abbas et Roba les emp. Alamanes*

Non poenitet adhuc Germanorū principū, quippe
quorum uirtute Christiana pietas, & res italica

H respi

*24. Alamanes
cuoq. q. entia
hōr les emp.
to memo se
platica delos
stony xani
ba. sup ca
malla.*

respirarit. Cui restituendæ auitæ, paternæq; uirtutis æmulus Otho tertius incubuit: qui à principibus Germanis imperator Romæ dictus, Brunonem Saxonem pontificem creat, Gregorium quintum appellatum. Inde Saxoniam inuisens, Romam ingentibus mox copijs accinctus, minarum, iræq; plenus aduolat. Ferebat uidelicet iniquo animo Gregorium ab his expulsus. Capta igitur Roma, & Crescentio autore discordiæ à multitudine caso, Ioanne adulterino pontifice luminibus priuato, Gregorius restituitur: qui statim sanctionem eam tulit, quæ per quingentos annos adhuc durat, Imperatorum nullus hereditariâ dignitatem uendicatio: principes sex, sacri ordinis tres, profani totidem eum deligunt: hi si discordes fuerint, Boëmiæ regem coaptato. Nec multò post Otho undeuigesimo imperij anno naturæ concessit. Fuit hic Veneto principi Vrseolo familiaris, in cuius gratiam cum Venetias inuisisset, uoti reus pallium aureum, quod annuum Veneti pendebant, remisit.

HENRICVS PRIMVS.

IN Othonis locum ex Gregorij formula Henricus Ba-
 uarici sanguinis imperium adipiscitur, uir pietate insignis, nec armis ulli priorum principum minor: par sancti-
 monia, ac innocentia Sinegundæ coniugis, qua cum Hen-
 ricus cœlibem perpetuò uitam duxit: unde etiam mortui
 diuorum numero adscripti miraculis illustres fuere. Hen-
 ricus igitur post Germaniæ res compositas, Italiam in-
 gressus, Capua Saracenos expulit. Græcorum ducem
 Troia à se munita spoliât, quibus gestis octauo imperij
 anno in humanis esse desijt. *de hoc sic Lambertus*
confra burgens, a. 1029 Henricus Corra
secundus rex, primus imperator sbyl

CORRADVS SVEVVS.

Post trium annorum interregnum legitimo tandem suffragio Corradus Fræcus eligitur, uirtute, ac militari disciplina ad tantum fastigium euectus: qui cōparato exercitu, Mediolanum diu obsedit: & cū supremū exitū urbi minaretur, deterritus oraculo omnē grauiorē iniuriam abstinuit, Romamq; profectus coronā imperij à pōtifice accepit. In Sclauos inde, ac Pānonas feliciter pugnatum, qui rebellantē Italiā socialibus armis adiuuerāt: neq; non Rodulphū Burgundiæ regē suis conciliat. Leopoldum etiā pacis, & otij turbatorem, bello petitem cōpescit. Mouēdi belli causa, quōd sub initia imperij legem seuerissimam tulerat, si quis pacem turbasset. Corrado autem post annum xv. uita sancto, Henricus successit.

HENRICVS II.

Gener hic Corradi imperium accipit, & ante omnia Godelricū Boëmiæ bello fatigatū tributum annuum sibi pendere cogit. Inde Petrū regem ab Vngaris eiectum restituit. Cæterum pertasus eorū, quæ Romæ circa pontifices per summū scelus agerentur, Romam contendens, abdicatis adulterinis pontificibus aliquot, Bābergensem presulem pontificiæ sedi præficit, quæ Clementē secundū dixere: & ut caueret in posterū summorū pōtificū securitati, iureiurando Romanos adigit, neminem creationi eorum interfuturum sine eius permissu. Capuaq; aduersus Saracenos nouo præsidio firmata, in Germaniam abiens, duodeuigesimo imperij anno Henrico filio superstitite ad superos abiit, cū Leonem nonum primò, mox eo defuncto Victorem secundum pōtifices suo priuilegio

H 2 decla

Gen
natus die 23. 3.
anno 1017. 6ij
obij 3. mensis 3
anno 1056.
conallos
ma nelt h
rique tercio
elo Italianis
segundo

deklarasset: unde Victor in beneficij gratiam Henricum adhuc puerum Casarem creari passus est.

HENRICVS III.

IS si quàm bello magnus, tam pacis artibus, ac pietate insignis esse curasset, haud dubiè Carolis, & Othonibus æquari potuit. Nemo bellacior hoc uno fuit: nemo collatis signis ad hâc diè pluries cū hoste cōfluxit, quippe qui Marcū Marcellū, & Cesarē Dictatorē supergressus, bis & sexagies pugnarit. In Saxones tamen, & Rodolphū eorū regē armā sepius intentata, quibus cū congressus semper ferè uictor abiit. Quin nouissimo prælio fugatū etiā Rodolphū interfecit. Mathildē pōtificis partes in terra Italia tuētē uicit Henrici filij opera, sed quàm bello clarus, tam insectatione pontificū infamis, à quibus diris etiā pontificis primus imperatorū post Arcadiū petitus est. Nec causas in præsentia exquirere libet. Certè nunquā laudes Gregoriū pōtificē ab eo obsessum: adulerinū pōtificem unū & alterū superinductū: dolis, & ueneno etiā in illos grassatū: matrem faminā optimā à filio expulsam, atq; in exilio mori coactā: Gallorū memorabile illā expeditionē sepe impeditā. Sed luit mox poenas: ab Henrico enim filio captus, & Leodij custoditus, pædore carceris post annū XLVIII. iperij miserā animā efflauit.

HENRICVS IIII.

Quis nō Henrici prole agnoscat, impietatē paternam redolentē ex cōtinua pōtificū insectatione? Sed cui parceret homo nefarius, q̄ impias manus in qualemcūq; parentē intulerit? Accessit ad impietatē animus dolo magis, quàm uirtute præter Germanorum morē instructus,

structus, quare Paschalē per summā perfidiā pōtificē in potestate redactū, nō prius dimisit, quā ille cūcta rata, quæ uoluit, faceret : à quo coronā quoq; imperij per uim expressit. Quæ mox uti extorta sibi cum irrita pontifex denūciasset, Henricū in Italiā statim exiuit. Romæ ergo agēs (quādo pōtifex in Appuliā uitabūdus hominis furorē contēderat) ab Bracharēse antistite iterū corona insigniri uoluit. Tertiō quoq; Italiā inuadēs Gelasiū pōtificem urbe pellit. Cuius aduentū reformidās Hēricus (q̄ppe qui Nortmānicis armis instructus aduētare dicebatur) in Germaniā redijt, ubi post annū imperij x v. obiens maiorum sepulchro infertur.

LOTHARIVS.

Non est cur Saxonum principū pietatem, ac cōstantiam in asserenda pontificia dignitate, præter alias egregias eorum uirtutes non magnopere cōmendes. Nulli certē ex his principibus, qui Germanici sanguinis fuere, plus pontificū maiestati detulere: nulli religionē constantius fouere, id quod Lotharius à maioribus acceptū uelut hereditariū in Innocētio præstitit. Quem in Gallijs penē exulē, cū uenerabūdus excepisset, breui, uti pollicitus est, Barionæ sedi restituit, & in Germaniā ad cōponēdos tumultus, qui exorti erant, mox profectus, breui Italiā in pontificis gratiā repetijt: eumq; pulso ex Italia Rogerio Nortmanno & pseudopōtifice, ita cōfirmauit, uti nihil inde mouere pontificis aduersarij sint ausi: sed breue imperium annorū undecim effecit, ne res felicibus auspicijs coepta cōualescere admodum potuerit. Satis cōstat hunc, cū principes imperatorem dicerēt, diu reluctatum esse, indignum se professus, qui tantæ rei præficeretur.

CORRADVS SECVNDVS,

LVdouico Francorū rege contra Saracenos arma parāte, Corradus gēte Sueuus legitimē Impator creatur, qui eandē militiā emulatus pia & ipse arma induit: sed Bosphorum Thraciū immaturē à Græco imperatore traicere coactus, cū deesset cōmeatus, & qui à Græcis cōportabatur gypso infectus esset p̄ sūmū scelus, ille Iconij obsidionē, in qua diu fuerat, soluere cogitur, decimoq; uix milite ex tā a nuper multitudine supstite, ipse in Germaniam retrò abiit, & imperij anno xv. inglorius obiit.

FRIDERICVS PRIMVS AENOBAREVS.

Pesimo iam pridē exēplo pōtificiæ cum imperatoribus cōtentiones inoleuerāt: dū pontifices imperatoriam maiestātē, quā illi suo suffragio ratā facerēt, contēptim penē habēt, & Romani principes ambitionē in sacerdote p̄posterā æquo animo ferre non possent. Vnde omnium malorū fons, & origo, his inter se decertantibus, quorū ope, ac concordia res Christiana florere diutissimē potuit. Id cū aliās experti maiores nostri sunt, tū uerò hoc tēpore: utinā non extrema cū nostrā pernicie sentiamus. Certē Friderico ingentes animi, corporisq; uirtutes affuere, statura p̄cera, robur, & agilitas par, discipline militaris, & gloriæ appetēs, piculorū cōtēptor animus, nō tamē ut ad ea subcūda prudētia deesset: multarū rerū peritia, liberalitas egregia, felicitas summa, qbus uirtutibus instructus in Italiā ex more descendens, primū omnium Derthonā portas sibi claudere ausam, obsessā capit: inde Romam ad Adrianū pontificē profectus coronæ insignia accipit. Dumq; Cremonā inter redeūdū obsideret, nūcijs

Alexandri

R
Alex
rem in
dro ti
deri
in dis
tor O
uerū
res in
Alex
omnē
abiēs
namq;
Ex u
iteru
urbe
ac N
auxil
tos e
est u
tino
netis
bis a
tius f
dia
bus
dinu
terre
uano
imp

Alexandri pontificis opem postulantis ita respondit, uti rem in dubiū trahere uelle uideretur. Hinc primū Alexandro timor, inde aperta inimicitie exortæ, indignante Friderico suū arbitrium declinari, Pōtifice uerò rem certam in disquisitionē uenire recusante. Quapropter imperator Octavianū ad se uenientē cōplexus, cōcilio habito, ut uerū pontificē adorat, & Alexandrū, Alexandriq; fautores insectatur: euersaq; prius Derthona, quæ in partibus Alexandri stabat, Mediolanū inde solo æquat, Galliamq; omnē Cisalpinā eadē sentientē uastat: mox in Germaniā abiēs, tertio Italiā maximis copijs cinctus inuadit, Anconamq; expugnat, & Alexandrū Roma fugere cōpellit. Ex urbe autem pestilentia coactus abscedere, postquam iterum suos Germanos inuiserat, Italiā repetit, & Astæ urbe capta Alexandria frustra obsidet: & cum Papiēsēs, ac Nouocomēsēs obnoxios sibi in primis haberet, eorum auxilijs fretus, prælioq; Mediolanensibus congressus, multos ex his amisit: ipse fuga elapsus, quinto post die Papiæ est uisus. Ceterū Alexandro Pontifice Venetias ex diutino errore confugiente, uicto etiam nauali prælio à Venetis Othone filio Friderici (quod uaria monumenta nobis attestātur, etsi scriptorū uariet fides) tandē pax Venetijs sancita, Imperatorq; ac Pontifex ex diutina discordia amicissimi facti: nec multò post Fridericus, dum rebus Syriacis opem maximo apparatu ferret, iamq; Saladinum, & Turcarum principes in maximum sui nominis terrorem coniecisset, minore etiam Armenia recepta, lauandi causa annem ingressus perijt, cū annos xxxvi. imperasset, Aenobarbus à colore barbæ rufæ appellatus.

HENRICVS FRIDERICI FILIVS.

A Sperū à moribus appellatū hūc à quibusdā uideo: qui rex Sicilia accepta Constantia Rogerij Nortmāni filia in uxorem, mox etiā imperator à pontifice dicitus, ut maior illi autoritas accederet acquirēdi regni. Ductus in Tancredū copijs, qui impari matre natus regnum sibi uendicabat, reclamātibus etiā pōtificibus, Neapolim frustra obsidet. Sed & pestilētia, quæ grassabatur, auertit ab incepto hominē, retroq; in Germaniā ad suos abire compulsi. Tancredo autē breui mortuo, potitus Henricus regni, Maguntinū antiſtitem, Philippumq; fratrē in Syriam cum nō contemnendis copijs misit. Dedit autē id magis pontificum gratia, quā quod animum haberet Christianæ rei iuuāde. Quare cū imperij anno octauo Messanæ mortuus esset, Germanus miles, qui Berytum iam in Syria munierat, & Ioppen obsidione leuarat, tum multo res (ut mos est gentis) ex Syria in Italiam redijt, nec ullius pontificis adhortatione in officio contineri potuit.

PHILIPPVS.

Hoc primū tēpore in Germania seditione laboratū est, alijs imperij nomen ad Othonē Saxonie ducē, alijs ad Philippum Henrici fratrē trahētibus. Stabant autem pro Philippo ij, qui Germanū hominē Saxoni præferrebant, recens insuper Henrici fratris, & Friderici patris memoria Philippum adiuuabāt: & nequid ad alendam discordiā deesset, Othoni Anglus rex, Philippo Francorū Philippus ex professo fauebant. Præualuit tamen Philippus: & fugato sæpius Othone, rerū tandē potitur, indi gnate etiā Innocētio pōtifice, qui Othonē imperij insulis redimi

redimere
post qua

Philippus
tollit
dubie po
nauit, cū
nis quæd
inuadere
priuatur
Innocēti
fectus, u
dicit: nec
memorab
cepit, cū

Viginti
militaris
minus pa
cula sub
mina: nu
linguaru
doris, &
qua euoc
dit. Nan
exercit
omnia af
nulla poj

redimiuerat, Philippo autem occiso à Palatino Comite, pòst quàm annum nonum imperàssset, Otho succèssit.

O T H O.

Philippo mortuo, facile à Germanis proceribus ad tollendam discordiã sufficitur Otho, pro quo haud dubie pontificis fauor stabat: què & cõfestim corona donauit, cū Romã petiissset. Ille uerò cū & pontificiæ ditio- nis quædã oppida capere, & Friderici Iunioris regnum inuadere uellet, diris pontificijs petitus, imperij titulis priuatur. Fridericusq; illi ex professo hostis, adnitàte etiã Innocëtio, creatur imperator. Quo nütio in Saxonã pro- fectus, ut res cõponeret, bellũ Philippo Francorũ regi in dicit: nec sine manifesta ui numinis, & Gallorum uirtute memorabili clade affectus Otho, in patriã se inglorius re cepit, cùm annos tantum IIII. rerum potitus esset.

FRIDERICVS.

Vigere in hoc principe, quod negari nõ possit, egre- giæ corporis: animiq; uirtutes: nãq; auo simillimus, militaris laudis appetitissimus fuit. Corpus laborum non minus patiens, quam strenuum: plurimũ audaciæ ad peri- cula subeunda, non minus tamen consilij inter ipsa discri- mina: nullo unquã labore fatigatus, nullis casibus uictus, linguarum peritus, munificentia singularis, regij splen- doris, & ornatus ambitiosissimus, ut in ea profectio- ne, qua euocatus ad concilium ab Innocëtio fuerat, osten- dit. Nanq; tot, & tales secum eduxit, ut togatum agmen exercitui par esset. Sed & urbi Victoriæ à se condictæ ea omnia affuere, quæ nulli unquã principes habuerint, nulla postea ciuitas simul uiderit. Vestis uaria, & pretio-
H 5 sa, qui

sa, animantes feræ, cicuresq; diuersi generis: hominũ portentosæ formæ, & in his Saracenicus miles illi in primis acceptus. Tanta præterea incolarum frequentia, commercijs etiam multarum gētium aucta, ut nihil ad amplissimæ urbis formã deesset. Cæterum has ingentes in principe uirtutes calliditas ingenij, ac perfidia, et sæuitia in Guelphũ nomen, neq; nõ in pontifices odium obscurarunt: accessit ad hæc libido hominis immensa, qui præter gentis morem concubinas multas, & scorta aleret: scriptoribus etiã adnitentibus, ne is, qui toties execratione pontificia petitus erat, quiq; Italiæ adeò insectus imminebat, uti eam propè ad internitionem redegerit, nõ omni insectatione dignus haberetur. Cum hac igitur uitiorum, uirtutumq; indole Aquisgrani coronatus, quò se adolescens adhuc receperat, primùm Othonem adhuc sibi obsistentẽ facillè profugat: deinde paratissimis copijs de Syria uendicãda sollicitus, Gregorij etiam pontificis adhortatione Brundusium appulit: indeq; soluens cùm Aconam peruenisset, anathemati subiectum se à pontifice accipit: unde irarum plenus abiens, ad Gregorium tamen supplex accessit: impetratq; ab eo uenia, mox illum ludibrio habuit. Quare iterum diris pontificijs obnoxius, in Italiam descendens Mediolanenses pro pontifice sentientes prælio uincit, & captum Petrum Teupolum Venetum eorum ducẽ carceri inclusum crudeliter necat. In Venetos quoq; fines incassum arma mota: mox Pisas sese recipiens, Guelphos, ac Gibellinos perniciosissima Italiæ nomina primus inuexit: quibus adeò Gregorium exercuit, ut ille non multò post obierit, prægrauantibus curis. Cælestino autem intra

R
tra x
tæsus
mum
dist
digni
Italia
illi ad
erupt
Victo
iniuri
fredi
rebus
imper
rentia

I
spu
Mâfr
litana
dulph
Alph
biera
Pseu
uis os
te acc
infam
prob
imper
non a

Sic
quid
mi
toz

tra xii. diem uita functo, successit Innocentius: qui per-
 tetus hominis calliditate, atq; animū in se hostilem pri-
 mum imperio abdicat, deinde anathematis spiculū in illū
 distringens, Henricum Thuringiæ Lanthgrauium (ea est
 dignitas apud Germanos) imperatorē dicit: mox magnā
 Italiæ partem in illum armat. Parmaq; per eius absentia
 illi adempta, cum eam frustra Fridericus obsideret, tandē
 eruptione uictus à Montelongo legato est. Captaq; urbs
 Victoria, ac direpta, nec interim ea clade à pontificum
 iniuria temperauit. Caterum Panhormū profectus, Mā-
 fredī filij nothi dolo necatur, cum annos duos, ac x x x.
 rebus præfuisset. Hic Bononiense gymnasium, quia ciues
 imperata non statim fecissent, Patauium trāstulit: ex Flo-
 rentia etiam Guelphos populariter eiecit.

RODULPHVS.

elect. an. 1273. regnauit 19.

Interregnum à Friderici morte ad Rodulphum Hab-
 spurgensem per duodeuiginti annos fuit, quo spatio
 Māfredus Friderici filius, & Corradinus regno Neapo-
 litano, pariter & uita à Gallis spoliati sunt. Interim Ro-
 dulphus ex comite (uti nūc uocāt) imperator declaratus
 Alphonso Castellæ posthabito, qui eam dignitatem am-
 bierat, Othocarum Boëmiæ regem acie uictum accidit.
 Pseudofridericū captū, qui se pro Friderico iuniore Sue-
 uis ostētabat, Nonesij cōbussit. Ciuitates Hetruria liberta-
 te accepta pecunia donauit: quā rē Honorius pōti sex uti
 infamem, sibi tamen, & Italiæ non inutilem magis non
 probauit, quam phibuit. Obijt autē Rodulphus xviii.
 imperij anno, & Spira sepelitur: in quo si auaritiam
 non accuses, cætera non reprehendas. Italia certē tum

uoluit in Itali-
 a proficisci, so-
 lū d' propi-
 tabula reci-
 tate de uelpe
 que leoni in spe-
 lum effugit
 h' dicitur
 ides se ferre
 ab ingressu q
 ueligia omnia
 ingrediendi nō
 ingrediendi est
 ent alicuium
 ad eundem mo-
 tu et se con-

Siclerara maiori quide' suos ingressos
 quide' sppe magni copys Italia sed male tradatos do-
 mi plerung redysse. misit in Vicariū guberna-
 tore

primum aliquid sibi polliceri potuit, Luchino Italici sanguinis uicarij nomine tunc Mediolani praefecto. Floruit huius imperio Albertus cognomento Magnus.

A D O L P H V S A S S I A E.

Donatus imperij titulis hic primum in Colubariensis movit: inde in Albertu Austriae ducem dum bellum parat, quem proceres Germaniae, per a se Adolphi sordes, et ambitionem, eo reiecto, imperatorem declarant, ab eodem apud Vagionas praelio superatur, et occiditur, cum annos octo rerum potitus esset.

A L B E R T V S.

Rodulphi superioris filius, et Austriae dux, a patre Othocaro occiso declaratus principum suffragio, et Bonifacii pontificis assensu dicitur imperator: et Bonifacius eo libentius assensit, cum id obstinatissime antea negasset, quod Philippum Francorum regem oderat. Quare ea conditione Alberto ratum imperium fecit, ut regnum quoque Francorum sibi uendicaret: ille uero post Adolphum in Spirensi agro caesum, cum copias tantae rei idoneas parat, a Ioanne fratris filio interficitur post decimum imperij annum.

H E N R I C V S L V C E L B U R G E N S I S.

Henricus ex Lucelburgo Romanorum imperator designatur. Cui Clemens pontifex ea conditione ratum imperium fecit, ut primo quoque tempore in Italiam transenderet: quam provinciam eo libentius Henricus obeundam suscepit, quod Guelphici nominis hostis, praualentes eius factionis opes infringere optabat. Per Taurinos igitur saltus Italiae insinuatus, Mediolani factionem Turrianam oppressit, uicem comiti summa rerum demandata. Inde Romam profectus, accepta

R
accept
iuuant
agens
immu
charif

H
nos be
occiso
rem se
fensus
iuxta
mites in
Castru
fautor
maq; c
sem pse
et Nic
cordias
ficij iur
latus, q
regulos
ria tent

P
R
Ed
rum mo
altero p

accepta imperij corona, & ab Vrsinis breui expulsus, adiuuante etiam Roberto Rege Hetruriã repetit: Aretijq; agens post Robertum regno priuatum, dum Florentinis immineret, qui iam de salute desperarant, ueneno in eu-
charistia dato, perijt anno imperij v.

LVDVICVS BAVARVS.

Hic Rodulphi imperatoris ex filia nepos, Fridericũ Austriæ ducẽ aduersariũ habuit: q cũ per octo annos bellũ uaria fortuna gessit. Ceterũ Friderico capto, et occiso Bauarus rerũ potitur, pariq; temeritate imperato rem se citra põtificis assensum appellat. Qua iniuria offensus Ioãnes x x i. illi sacris interdixit: uerũ homines iuxta, ac numina cõtẽnẽs, Italiã mox petit: atq; in uicem omnes ingratisimus, quorũ ope adiutus præcipue uenerat, Castrutij filios pari improbitate, qui Guibellinæ factionis fautor acerrimus fuerat, paterno principatu exiit: Romanq; coronatus à Stephano Colunio, Petrũ Corbariensem pseudopõtificẽ creat minoritana familie unũ, quem & Nicolã appellari uoluit. Et ne quid ad serendas discordias malorũ deesset, tyrãnos in ijs oppidis, quæ põtificij iuris erant, priua autoritate instituit, pontificẽ amulatus, qui & ipse Gallie Cisalpinæ multos autoritate sua regulos præfecerat: imperij tandẽ anno x x x i. cùm uaria tentasset ad reconciliandam pontificis gratiam, obiit.

CAROLVS IIII.

Prius quàm hic imperium adiret, Germani principes Edoardũ Anglũ, & Misnẽsem principẽ, ac Gũtherum montis nigri regulũ Cæsares declararant. Ceterũ altero post alterũ uita functo, res ad Carolũ Boẽmũ deuenit:

uenit : qui Ioanne Henrici imperatoris filio natus adole-
scens adhuc egregiam in terra Italia patri operam naua-
rat: quo ab Anglis interfecto ea acie, qua Philippus Va-
lesius Fræcorū rex ab hisce profligatus est, imperiū adia-
piscitur: literis, ac linguarū multarū cognitione instru-
ctus: sed qui Boëmiæ suæ, quàm Germanis, aut Italis con-
sultū mallet. Nā cum Pragā (Boëmiæ id oppidū totius re-
gni metropolis) uarijs opibus excoluisset: imperij maiestati
adeo neglexit, ut coronā, tantæ maiestatis auctoramentū,
turpissima pactiōe accepit ab Innocētio : qua cautū erat
expressē, ut ab acceptis insignibus cōfestim Italia absce-
deret: additū & grauius facimus, quod Venceslaū filium
adolescētē à principibus Germanis Cesarē dici obtinuit,
exemplo maximè improbando. Imperauit ann. xxxii.

V E N C E S L A V S.

AVo, patriq; absimilis per ignauā, ac socordiā im-
perij res afflixit, afflixissetq; diutius, nisi à fratre Si-
gismundo captus, mox etiā procerum consensu abrogato
illi imperio, Robertus Bauarus illi surrogatus esset. Hic
Galeatium uicecomitē Mediolanēsis primus ducē de-
dit: quæ dignitas ad nepotes postea trāsyt, quoad res Insu-
bricæ ad Francorum regem redijt. Præsuit ann. xxxii.

R O B E R T V S B A V A R V S.

CVm Venceslao suffectus esset Robertus Bauarie
dux, nihil ille antiquius habuit, quàm ut Florētino
populo gratificaturus, ad cōprimēdā Galeatij uicecomitis
potētia in Italiā trāscederet. Ceterū ad Benacū Galeatij
copijs congressus facillē repellitur: unde mox ad Venetos
deflexus, magno ab his honore excipitur: inde solues in-
casum

caſſum Florentinis adnitentibus, ne Italia excederet, in Germaniam retrò abiit paci, religioniq; uacaturus: uita functus eſt anno imperij decimo.

S I G I S M V N D V S.

Optimū haud dubiè principē, ac nobiliſſimū Germania nobis imputet: & qui ſi ad pacis artes, quibus excelluit, parē belli felicitatē addidiſſet, Carolis, et Othonibus æquari potuit. Nā puer adhuc per Mariā uxorē ad Pānonici regni ſpem euocatus, mox adoleſcēs Venceslao fratre, quòd parū utilis haberetur, à ſe capto, Boēmiæ regnū hæreditariū aſſequitur: ſed & Alberto uita functo, omniū uotis imperator deſignatur. Hic igitur Pānonia potitus à Ludouici morte, cui Maria ſuperſtes filia fuit, duos ac xxx. regulos ſecuri percuti iubet, quòd regiæ puellæ aduerſati eſſent. Vnde illi tāta mox gētis inuidia cōſtata, ut poſt uxoris mortē captus, necādusq; magis quàm aſſer uādus, ſæminæ, cuius maritū ille interfecerat, ſit traditus: ille uerò maiestate oris, & blanda oratione dimiſſus, hinc Boēmiā petit: quā nō ſine labore uix tandē obtinuit, lōgo ab his bello, ac difficili petitus, ſepe etiam acie ab his uictus. Nec Italica expeditio una, altera ue in nos Tauriſano agro peruaſtato felicior: nā Pippus eius dux, & ipſe mox tota Venetia, ac Foroiulio Venetis armis expellitur. Hinc quia grauius periculū à Turcis imminebat, qui iam magnæ Europæ parti ſeſe inſinuarāt, Gallicis etiā Philippi Burgūdi copijs accinctus, ab Ammurate Turcarū principe graui prælio uictus, caſtris etiā exiit. Ceſis magna ex parte ducib', & Philippo capto, ipſe Byzātiū fugiēs, mox Venetæ claſſis occurſu, cui Thomas Mocenicus præerat

mag. no. xpi
13 87. die 28
Iunij. fuit e. p. m.
hæſit. p. d. d. d.
ca. h. e. h.

erat, incolumis de fuga uix euasit: quæ clades ignominio-
sior ne, an funestior fuerit, haud satis explicè. Discordia
certè nostra uictor hostis Hadrianopolim se recepit: &
hæc foris. Quātū autē pace præstitit, præter generis no-
bilitatē (quæ haud dubiè clarissima fuit, tot summorum
principū serie) & præter insignē corporis pœritatē, ac
imperatoria planè indolē, affuit illi liberalitas, ac munifi-
cētia quāta in nullo antea principū: religionis, ac pietatis
augēdæ studiū incredibile: multarū etiā linguarū sciētia,
et in his linguæ Latine studiū excelluit: quare doctos ho-
mines in primis fouit, & dignitatibus etiā amplis honesta-
uit. Accusauit sepe Germanos principes, qui Latinas odif-
sent literas. A quibus reprehensus quandoq; quò doctos
homines foueret, sed humiles genere: Ego, inquit, eos amo,
quos natura alios antestare faciliè uoluit. Illud autem
nulla unquā ætas obliuiscatur, quòd trienniū magnā Euro-
pæ partē ipse peragrarit, dū principes Christianos, ac pō-
tiffices adit, quò schisma Christiano nomini calamitosissi-
mū tolleretur. Nec alterius principis opera magis enituit
in uera pietate uindicāda: quare ita effecit ut reiectis adul-
terinis tribus, qui Barionæ sedē inuasērāt, Oddo Colum-
nius magno omnium cōsensu pontifex declararetur, parcm
operā Eugenio in Basileensi synodo tollenda præstitit, à
quo tamē prius cōtemptim penè habitus, ac uix post sex-
tum mensem quān Senis fuerat, imperij corona donatus
est. Hic uerò princeps egregius cum sine uirili prole de-
cessisset, Albertū Austriæ ducē filie maritum, & utriusq;
regni heredem reliquit, anno imperij uigesimo septimo.

A L B E R T V S.

Nemo

Nemo unquam maiore spe ad imperiū uenit, & sanè conceptam animis hominum opinionem haud frustratus est: siquidem toto biennio, quo praesuit, Morauos, ac Sarmatas, qui hodie Poloni sunt, intra suos fines quiescere compulit. Ptasconem Boënum factionis haereticae caput, ita attriuit, ut tota Boëmia sibi cederet: in Turcas autem profectus Synderouia castellum ad Danubij ripam munitissimum obsidentes, dum copias in itinere maiores expectat, oppidani deditioem fecere: ipse Austriam repetens apud locum, cui Longauilla est nomen, dysenteriae morbo confectus est, Ladislao filio superstitē.

FRIDERICVS III.

Pacis, atq; oculi studiosissimus Fridericus extitit: quā tenore perpetuo annos quatuor ac l. (tot enim rerum potitus est) coluit, seu fatum id fuerit, quietiore Germania, quā multis retrò actis etatibus, seu prudētia uerius id principis effecit. Ille uerò nihil ab initio antiquius habuit, quā tuendae pacis studio, tumultus, qui oriebantur, sedare: quare & seditionem mouentes Austriales facile compefcuit, & bellum à Matthia Pannorum rege illatum composuit. Quinetiam in Flandros mouens, qui Maximilianū Casarem asseruerant, recepto filio paucorum poena contentus, omnem discordiarū fomitem sustulit. Ducta igitur Heleonora Lusitanici sanguinis, cum in Italiam transcendisset, ad Nicolaum pontificem profecturus, ab eo nullo non honoris genere excipitur, illi & uxori corona imperij imposita. Hinc Neapolim diuertit in Alphonsi gratiā, cuius Heleonora pernecessaria erat, nec minore apparatu à Venetis (eius enim urbis inuisenda

de incredibili desyderio flagrabat Iobuiam illi itum: quos exinde summa semper amoris, ac benevolentiae significatione dilexit. Eius etiam opera Amedeus Allobrox, qui se pro pontifice gerebat, Basileensi concilio innixus, in ordinem se redigit. Iterum Paulo pontifice priuati penè more uoti reus Romam petijt: quo damnatus retrò ad suos abiens quiescente Germania, tandem imperij anno quarto ac quinquagesimo naturæ concessit, Maximiliano filio Casare prius declarato. MAXIMILIANVS.

Antiquo
Supererat mihi Maximilianus imperator, quem pater Octauius antequàm moreretur anno, Casarem designandum curarat: magnus bello princeps, & pace præclarus: cuius eximia bonitas, liberalitas summa, & Christianæ pietatis cultus præcipuè commendantur: accedunt ad hæc animi dotes, oris probitas, statura quadrata, in qua tamen imperatoria maiestas eluceat, corpus ualidum, ac robustum, idemq; laboris, atque operis patientissimum, par uictus frugalitas, & ex eo ualetudo prosperrima. De hoc autem, cum adhuc uiuat, Tranquillū, Plutarchumq; ac ueteres alios scriptores æmulatus, nihil est quod addā. Deus faxit, ut quod illū agitare semper animo Vincētius Quirinus asserebat, qui legatum Venetum egit apud illum, summa cum laude ex sententia conficiat: neque enim iustius ullum est bellum, quàm quod pro religione sumitur: & ea denique uera, æternaq; gloria principum nostrorum existimari debet, quam res præclare in hostes fidei gestæ commendant.

TERTII ROMANORVM PRINCIPVM
 LIBRI FINIS.

Ioannis

IOANNIS

BAPTISTAE EGNATII

Veneti, in C. Suetonium Tranquillum

Annotationes.

E GNATIUS L E C T O R I.



NON ab re futurum existimaui, quando hoc totum industrie dicatum est a me bonis, ac literatis uiris, si quos locos aut in melius emendaui, aut dilucidius explicauimus, subnecterem, eosque nullo maiore uerborum apparatu, aut copia publicare: tum quod nec otij satis erat longè maioribus districto: tum quod ab ostentatione semper abfui: quæ cum in omni re odiosa sit, tum in rebus paruis odiosissima esse iure solet. Accedit ad hæc, quod doceri tantum lectores hoc tempore uolui, quos eodem mihi æquiores futuros arbitrabar, quod maturius illos dimissem, properantes uidelicet, et in hæc, ut ex iusto itinere, uiatores otij causa diuertentes.

E X D. C A E S A R E.

FORUM de manubijs inchoauit, cuius area super HS. millies constitit. Tametsi Latini scriptores ad hanc diem corruptissimi magna ex parte sint: quædam etiam adeò obscura, ut nec ab eruditioribus intelligi queant: ea tamen pars, quæ ad numeros spectat, et corruptissima ad nos transijt, et nullis adhuc satis cognita, aut percepta uideri poterat. Attulit autem huic malo opem primus (quod ipse sciam) Leonardus

I 2 Portius,

Portius, Vincentine nobilitatis præcipuum decus, libello iam ab hinc quinquennium huic uni rei destinato: in quo summa breuitate, & diluciditate præscos nûeros, argenti, & auri usum apud ueteres, numismata, & eorû pretiû, ac nomina attigit. Quæ palma tantò illum illustriorem fecit, quãtò res obscurissima illustrata eius opera plus negotij habuit. Quotus enim quisq; ex ijs, qui humaniores literas profitentur, fuit, qui rem tam perplexam attingeret? Quis cum ad hanc partem uenisset, aut codicum fidem non requireret, aut rem omnem planè nõ dissimularet? sed nec ipsi autores satis constantes erant: & notæ, rerumq; uocabula sic uel corrupta, uel perplexa, ut desperata semel re, iam neglectui haberetur, patrocicante sibi adinuicem multorum inscitia: quæ tacito præiudicio summam causæ difficultatem prætendēs, Areopagitarum more in centum annos rem acquirendã pronuntiaret, ut huiusmodi cunctatione, nec ipsa se proderet, & differendo inexplicabile negotiû relinqueret. Nos igitur, ut ingenue fateamur, Portium secuti, mille h. s. non millies legendum existimamus: quoniam ea summa fidem omnè excedat: nam si millies h. s. legas, erit tanta pecuniæ uis profusa, ut iniri ratio uix possit: sed & à Plinio dissentiet, qui de hac Cesaris magnificentia loquens, ita scripsit: Pyramides regum miramur opera, cum solum tantum foro extruendo h. s. mille ducētis Cesar Dictator emerit: hoc est x. x. aureorum nostratiû. Qua de ratione alias inferius.

Idem Tranquillus sic de triumpho Cesaris scribit. Ascenditq; Capitolium ad lumina, x. l. elephantis dextra, atq; sinistra lychnos gestantibus. Nos pro lychnis,

lychnis, lychnuchos substituiamus, & ueterū codicum si^a Lychnnchi.
dem secuti, & uim uerbi. Primum enim usitatū hoc Græ-
cis est uerbum, Athenæi autoritate, quod lucernā signifi-
cet, uel Alexidis comici poetæ testimonio in Midone:
ὅς πρῶτος ἐν τῷ μετὰ λυχνούχου ποδπατέρι τῆς
νυκτός.

• ἢν τίς κινεῖται τῷ λακτύλῳ:

Hoc est,

Qui nocte lychnuchum ambulans gessit manu,
Profectò digitis plurimum is cauit suis.

Nec Lucretius aliud innuit pulcherrimis illis uersibus:

Si non aurea sunt iuuenum simulachra per ædes,
Lampades igniferas manibus retinentia dextris,
Lumina nocturnis epulis ut suppeditentur,
Nec domus argento fulgens, auroq; renidet,
Nec citharis reboant laqueata, aurataq; templa.

Hæc uerò nominū forma usitata Græcis: unde ceruchon,
sceptuchon, ophiuchon. iam & C. Pli. lychnuchos pensi-
les dixit, quod & Hermolaus noster agnoscit, uetere etiā
lapide suffragante hoc titulo: Panthei cum suis paregeis,
& Cupidimes duo cum suis lychnucheis. Quod monimē-
tum cum primus obseruasset Politianus, uir eruditione
multa, Tranquilli locum primus (ut opinor) emendauit,
quare Crinitus docti, & probi uiri officio sanctus, ueteri
possessori fundum uendicauit, non multorum more.

Conuentibusq; peractis Rauennæ substitit.

Citantur à commētarijs in ostentationem ueterū autori-
tates, nec tamen satis eruditè adhuc (quod sciam) quid sit
peragere conuentus explicant. Nos ne non omnia com-
muni demus utilitati, peragere conuentus nihil aliud esse

Peragere con-
uentus.

contendimus, quam iurisdictionem legitimam absoluerit per oppida ad id destinata: quæ quando in ea statis temporibus conueniretur à prouincialibus causa iuris sui persequendi, conuentus diceretur: representant autem hunc morem anno uertente religiosi fratres, capitula appellantes: representant etiam maxime omnium Galli perlametis iam quatuor institutis, quorum precipuum urbis amplitudine, & autoritate Parrhisiense habeatur. Iam & ueterum fuisse uxoriæ stipulationes, quæ conuenire in manum per cõemptionem dicerentur, de quibus alias.

Quid illud, quod postea sequitur? Sed ante alias dilexit Marci Bruti matrem, cui & proximo suo consulatu sexagies *h. s.* margaritam mercatus est. Quæ summa centum quinquaginta millianostrorum aureorum facit, quãdo ille Cleopatram unio ceteris *h. s.* æstimatus sit, id est, aureis ducetis quinquaginta millibus nostratibus.

Vniones.

Sequitur non longe ab hinc locus, ut maioris corruptionis, sic etiam industriæ, cum hætenus ita sit lectum: Sed maxime dilexit Cleopatram, cum qua & conuiuia in primam lucem protraxit, & eadem naue, thalamoq; penè Aethiopia tenus Aegyptum penetrauit. Vbi pro thalamoq; thalamego legendum esse nulli dubium esse possit. Est autem thalamegus nauis à Philopatore Aegyptio rege primùm fabricata, qua Nilum, & Aegypti fossas nauigaret, eo usu, ut intra thalamum in regia sibi esse uideretur, magnitudine semistadij, latitudine cubitorum triginta, & amplius, non longis nauibus, nec rotundis omnino similis, prora, puppiq; duplici, fundo lato, planoq;: quali forma fluuiatiles sunt ferè omnes. Strabonis interpret

thala

Thalamegus.

thalamiferas naues hasce appellauit, quibus Aegyptij frequenter uterentur solatij causa. Visitur & Venetijs in patria nauis, huic Aegyptiæ persimilis, cui Bucētauro est nomen, qua princeps & Senatus uehi solent, occursuri principibus uiris, augustissima specie. Plinius in septimo uittate nauis meminit, quam Græci, & Sophocles in primis (uti opinor) *πρωτοπόλοι* dixere, quæ & ipsa maiore ornatu spectaretur, qua ferunt à Dionysio Platonem exceptum, honoris gratia.

Thalamiferae
naues.

Bucētaurus nauis
uuis Veneta.

Vittata nauis.

Nec illud omittendū est, in quod fœdissimè lapsi sunt interpretes unius literæ additione: ubi enim aquilifer legendum erat, aquilifero legerunt, sensu nullo, pariter & inepto. Tu itaq; ita leges: Vt aquilifer moranti Casari cuspside sit minatus: eo sensu, ut cūm Casar inclinatus tam aciem restituere omnino uellet, tāta cōstantia fugientibus obstiterit, ut aquilifer detinēti eū Casari cuspside sit minatus, & alter in manu detinentis signum reliquerit.

Illud est quod commentarij aut non obseruauerunt, aut minus intellexerunt, ubi de auro promercali Tranquillus agit, occupato altero ex his in uerbi explicanda, nec sensum satis attendente. Quid igitur est, quod Tranquillus dicat tanta auri copia abundasse Casarem, ut ternis millibus nummum aurum promercale per Italiam, prouinciasq; diuenderet? an quaternis millibus legendum est, ut argenti proportio ad aurum decupla fuerit? quaternaria enim millia nummum argenteorum, centum aureos nostrates ualent, non tamen solidos, id est, dempto lagio, ut uerbū hoc usurpem uulgare: an ternis omnino millibus tueare? ut hac ratione tria nummum millia septem libras,

Aurum promercale.

et scilibrum conficiant, id est, septuaginta quinque Venetos aureos, ut tantam auri vim ex Gallicis spolijs Romæ inuectam putes, ut auri pretiū iminueretur, argenti cresceret. Nostra autē etate auri mirum in modū creuit pretium, ut propē Plinianā analogiam æquet, qui eam proportionem argenti ad aurum facit, quæ est quindecim ad unum, cum iusta uideatur ea, quæ est duodecim ad unum.

Veteranis legionibus: quæq; sequuntur. Hic locus mutilatus uideri potest, uel Appiani lectione: ille namq; de Cæsare Dictatore loquens: Statim, inquit, post triumphū quæcunq; exercitui pollicitus fuerat, ampliore adhuc pecunia exoluit: militi drachmarum Atticarū quina millia, turmæ ductori bis totidem, tribunis militum, equitibusq; duplo maius, ad hæc singulis ex populo minam unā Atticam. Hæc Appiani uerba dissentire à Trāquillo maximè uidentur, non quòd in populi congiario non conueniant: mina enim Attica, id est, argentea libra Romana quadringentos nummos n s. ualet, id est, denarios centum: reliqua adeò discrepant, ut quod Appianus quina millia drachmarum militi data à Cæsare dicit, equiti duplo maius, Tranquillus de pedite reticeat, de equite non conueniat: nam ex Appiani sententia dena millia drachmarum data equiti necesse est, quæ Tranquillus ad sena millia reducit. Nec mirum uideri debeat, quod de magnitudine militaris donatiui referimus, cum Plutarcho autore Antonius triumuir quina millia drachmarum singulis militibus post aciem Philippensē dederit.

Attilius comi-
cus poëta.

Inoleuit et ille iam pridē error Tranquilli codicibus,
nec satis à commentarijs animaduersus, ut ubi Attilij Ele
tra

tra citatur, Accij legeretur. Fuit autem uetus comœdia-
rum scriptor hoc nomine satis celebris, quem tamē ut du-
riusculum Cicero in epistolis ad Atticum incesit. Sed &
Licinius scriptorem ferreum appellare solitus est, quod
dum tragœdias ex Sophocle in Latinum uerteret, durio-
rem se præstaret: scripsit autem hic *Electram* ex Sopho-
cle, unde carmina illa in interfectores cātata Tranquillus
scribit. Volcatus Sedigitus Attilium poētam comicum
maximē laudat, qui nescio an hic fuerit.

EX AVGVSTO.

Senatorum censum ampliauit, ac pro octingen-
torum millium summa duodecies *hs.* taxauit.
Ingenui, inquit ille, est hominis, sateri per quē didiceris:
& me hercle hunc locum perobscurum, nec ulli, quod le-
gerim, cognitū, Budæus ex Gallia uir à secretis regis pri-
marius feliciter attigit, cuius eò libentius mentionem fa-
cio, quod annotationibus suis in *Pandectas* ante à satis ce-
lebris, uel translationibus quibusdam Plutarchi nobilis, nu-
per editis quinq; de asse, & partibus eius libris: adeò cla-
rus euasit, ut non possit non summopere ab omnibus com-
mendari: qui duodecies *hs.* & centies, & millies differ-
re plurimum à duodecim, centum & mille docuerit, cuius
sententiam eò libentius sequor, quod non minus doctrinæ
præ se fert, quàm candoris. Erit hic igitur sensus, ut Au-
gustus princeps ab octingentis *hs.* quæ summa antea
census erat senatorij, ad mille ducenta reducerit.

Budæi laus.

Stephanionem Togatarium. Vide ne multò me-
lius Togatarum legas, & intelligas actorem, usitata lo-
quendi figura, & Latina.

Famosi libelli. expauit. *Famosi libelli qui, quales ue sint, qua' ue afficiē di pœna, qui eos factitant, iurisconsulti libro Digestorū XLVI. Illud ex eorum lectione nō prætermiserim: Verba Vlpiani sunt ex eodem libro: Hæc autē sunt ferè, quæ ad infamiam alicuius fiunt, ut puta, si quis ad inuidiam alicuius ueste lugubri utatur, aut squalida, aut si barbam dimittat, uel capillum submittat, aut si carmen conscribat, uel proponat, uel cantet aliquid, quod pudorem alicuius ledat. Sed & Pauli uerba ad hanc rem spectantia, quia digna memoratu sunt, subnectam: Eum qui nocentem infamauit, nō est bonum, & æquum infamari: peccata enim nocentium nota esse & oportere, & expedire. Primus autem Augustus cognitionem hanc sub specie legis eius, quæ de lesa maiestate querit, exercuit.*

Tyberium in foro lege curiata adoptauit. Parco libenter uiuentium nominibus, libentius autem mortuorum. Citantur namq; à commentarijs passim autores, qui curiatae legis meminerint, nec tamen quid illa sit, tandem explicatur. Tu ex selectis nostris in Ciceronis epistolis, quæ primus ipse! (quod sciam) ediderim, pete: nec enim in iucunda fuerint.

Verum adhibito honoribus modo, bifariam laudatus est, pro æde D. Iulij à Tyberio, & pro Rostris veteribus: sic hætenus omnes. Tu ita castigabis, & pro Rostris sub ueteribus. Qui locus erat in foro, quemadmodum & sub nouis. Vtriusq; autē loci meminerunt ueteres autores. Plinius lib. 35. Hinc & ille iocus Marci Crassi agentis sub ueteribus. Et inferius, Mœniana, inquit, operiebatur

riebat
ribus
tem, q
inquit
peruet
uius q
Cloac

Le
x x x
num
nebat,
esse su
legare
uestior
uel illa
num o
n s. i
nos mi
minibu
ptem e
ba in p
gata n
ccc
gula n
Roma
quod s
hæred
mam n
millia

riebat Serapionis fabula sub ueteribus. Plautus: Sub ueteribus ibi sunt, qui dāt, quiq; accipiūt fōnore. De loco autem, qui sub nouis dicebatur, Marcus Varro, Sub nouis, inquit, dicta pars in foro ædificiorū, quod uocabulū eius peruetustum, ut nouæ uia, quæ uia iam dudū uetus est. Linius quoq;: Filiam Virginius seducit ad nutricem prope Cloacinam, ad tabernas, quibus nunc nouis est nomen.

Legauit populo Romano c c c c m. Tribubus x x x v. n s. Prætorianis militibus singula millia nummorū. Hic locus, qui Augusti principis legata cōtinebat, admonere quēuis uel oscitātem poterat, maximam esse summā pecuniæ, quæ populo, quæ uel plebi Romanæ legaretur: nam populo, id est, patribus, equitibus, & honestioribus plebeijs (hoc enim nomine hosce contineri, uel illa usitata loquēdi forma Senatū populumq; Romanum ostendere potest) legatū est ab Augusto c c c c m. n s. id est, decies cētena millia aureorum nostrorū, quod nos millionum dicimus: plebi autē, id est, infimis planè hominibus, & mendicioribus x x x v. id est, octoginta septem & amplius aureorū nostratiū, quod & Taciti uerba in primo historiarum planè significāt, cum scribit legata nō ultra ciuilem modum, nisi quòd populo & plebi c c c c m. x x x v. prætorianorū cohortiū militibus singula nummūm millia: legionarijs autē cohortibus ciuium Romanorū trecenos nūmos uiritim dedit. Quinetiā illud quod sequitur: Professus non plus peruenturum ad hæredes suos, quàm millies & quingēties. si ad summam nostrā deducas, faciēt tricies octies & quinquagies millia aureorū nostrorū: quāuis x x. proximis annis

ex amicorū testamētis percepisset trecentis millies: id est, triginta & amplius millionia.

nota.

Prius quā ab Augusto principe salubri magis, quā ambitioso discedat oratio, facturum me operē pretiū existimaui, si cursum legionum numerum, & prouinciarum præsidia, reges, socios, imperij amplitudinē ex Taciti hystoriarum libro quarto hic adnecterem, ut diligētioribus etiam satisfiat. Ille igitur in hūc sensum: Italiā binæ classes infero, superoq; mari utraq; præsidebant, Misēnensis, & Rauennas: sed & rostratæ naues ad Actium captæ, eam partem Italiæ tuebantur, quæ in Galliā Narbonensem uergens Alpes maritimas, & Foroiulitensem coloniā spectat: legiones autem iuxta Rhenum, quæ Gallos, Germanosq; coercerent octo, robur ferē imperij, cum Hispaniæ tres tantum haberent: & Africa quoque, nisi quā Iuba rex Mauros dono acceptos regebat, duas habuit, Aegyptus totidem: quicquid uerò terrarū tractus mari nostro, & Euphrate amne cingebatur, uastoq; terrarum sinu ambiebat, quatuor legionibus parebat, regibus Hiberno, & Albano socijs. Hinc rursus Europa quæ Thracia, & Illyricum magna ex parte protendebatur ad Danubij ripam, sex legionibus attinebatur: hoc ordine, ut Pannonia duas, duas Mæsi, totidem Dalmatæ haberent, cum in urbe proprius miles Latio, Hetruriaq; ferē delectus, duodecim cohortes, tres urbanae, nouem prætoriae suis castris attinerentur, ut interim per prouincias idoneas sociæ alæ, & cohortium auxilia non decissent, uariante earum numero ex rerū usu: erat igitur triplex classis parata, legiones autem numero septē & uiginti, præter auxi

ter auxi

Ncia seru
Posthu
Agripp
comita
interfe
tra He
nec for
uulgat
ret, ta
Tyber
factus
clam n
Et
tionem
traliū
gulos d
ses acc
annus
beretur
nia sol
cipere
nec tan
lò post
nuntij
moribu

ter auxilia ferè sociarum gentium, ac regum totidem.

EX TYBERIO.

Nam & seruus Agrippæ Clemens nomine. Clemens seruus
Agrippæ.
De hoc Clemète sic ferè Tacitus secundo: Auda-
cia seruitij propè ciuilia arma resumpta, cum Agrippæ
Posthumi seruus Clemens nomine in Planasiam uectus
Agrippam inde abducere, atq; ad Germanicos exercitus
comitari statuisset, sed onerariæ nauis mora præuentus:
interfecto statim Agrippa, cineres eius furatur, seseq; in
tra Hetrurie secreta abdens, Agrippam esse simulat, cui
nec forma, nec ætate absimilis erat. Qui rumor per Italiã
uulgatus, cū ancipitè, anxiumq; Tyberii maximè habe-
ret, tandem per Sallustij Crispi clientes duos uinctus ad
Tyberii ducitur, à quo interrogatus quomodo Agrippa
factus esset: & tu, inquit, quomodo Cæsar? què Tyberius
clàm necari iussit, nec de autoribus amplius quaesitum.

Et duplex seditio, in Illyrico, & Germania. Sedi-
tionem in Illyrico, autore Tacito, Percennius quidã thea Percennius.
traliũ operarũ dux mouerat acerrimã, cū milites in sin-
gulos dies singulos denarios peterent, cū antea denos as-
ses accipere consueissent: peteret etiam, ut sextusdecimus
annus stipendiorũ finem faceret, nec ultra sub uexillis ha-
beretur, ne ue in alia castra tralato militi, præmiũ pecu-
nia solueretur, quando prætoriani qui binos denarios ac-
ciperent, post sextumdecimũ annum militia defungatur,
nec tamen tantũ periculorũ, aut laboris adirent. Et pau-
lò post: Tyberium latitantem, & ad singula pauitatem,
nuntij frequentes perpulere, ut Drusum filium cum pri-
moribus ciuitatis, & cohortibus prætorijs dimitteret,
qui

qui profectus, & uariè iactatus, uix tandè militū animos
 Percennio, & Vibuleno autoribus cæsis leniuit: relictis
 enim castris in hyberna concessere. Et mox idem autor
 addit: Eadè causa Germanicos exercitus eodè ferè tem-
 pore turbauit, petebāt & illi missionem, & præmia. Nec
 prius sedari animi eorum potuerè, quàm uicena stipendia
 meritis missio sit data, qui sena dena, exautorati. Quin-
 etiā miles in seipsum sc̄uijt, neq; non in ipsum Germani-
 cum, donec ablegata Treuiros Agrippina uxor animos
 eorum mutauit, sic inferioris exercitus Germaniæ placat-
 tus, superioris miles maiore mole, quo grauiora in cētū-
 riones, in legatos populi Romani ausi fuerant: nam Mita-
 natium Plancū aggressi, qui legatus à Tyberio uenerat,
 non prius dimisere, quàm ille aquilam cōplexus, religione
 se tueretur: ac ni Calphurnius centurio subsidio affuisset,
 rarò etiā inter hostes exēplo legatus Po. Ro. in castris,
 deorum aras suo sanguine maculasset. Eos tandem Ger-
 manicus contracto exercitu, cūm pararet inuadere, con-
 tumaces, literis prius ad Cecinnam missis admonet, sibi
 consulant, & respiscant: quod nisi faciāt, & autores se-
 ditionis tollant, uenturum se cum exercitu, & usurum
 promiscua cæde: quæ literæ occulta signiferis, & aquilife-
 ris lectæ perpulère legatū, ut statueret tempus cædis: se-
 uitūq; passim, quasi ciuili bello in fontes, & ignaros, nec
 satis noscètes quod cædis initiū, aut quæ causa, quæ ue fi-
 nis foret, donec castra ingressus Germanicus oratione ha-
 bita, cūm satis expiatum diceret, eos in hostes duxit, un-
 de piaculum furoris sumerent, & hostes Rom. populi
 cædendo, & uulnera impijs pectoribus accipiendo. Hæc
 pluribus

pluribus ex eo autore addenda curauimus, quò tota hæc pars clarior, illustriorq; fieret.

Libonem ne quid in nouitate acerbius fieret. Is Libo è familia Scriboniorum fuit, unde & Scribonius cognomine dictus, qui per Firmium Catum Senatorem amicitia simulata deceptus, cum magos super imperio cõsuleret, & Chaldeorum promissa, somniorumq; interpretes scrutaretur, dum proauum Pompeium, amitam Scriboniam Augusti uxorem iactat, per eundem Catum post plures testes repertos, qui conscij forent, ad principem defertur, maxime Iunij cuiusdam indicio, qui tentatus fuerat, ut umbras infernas carminibus eliceret. Ipse igitur Libo, cum Tyberius eum blandè interim appellaret, non uultu, non uerbis commotior, quin etiam conuiuio adhiberet, & prætura ornaret, tandem Senatus iudicio condemnatus, seipsum, cum omnia prius tentasset, apud Tyberium necauit, factumq; s. c. ut mathematici Italia pellerentur. Idem Tacitus secundo.

Libo Scribonius,

Q. Haterio. Is consularis uir, in Senatu decreti faciendi autor fuit, ne uasa auro solida ministrandis cibis fierent, ne ue serica uestis uiros fœdaret: qui familia senatoria ante excessum Tyberij decepsit, eloquentia quoad uixit, celebrata, cum tamen exigua scripserit, quippe qui impetu magis, quàm cura ualeret: nam ut in alijs studiis, ac meditatio plurimum ualeat, sic Haterij profuens illud, ac canorum cum ipso obiit.

Q. Haterius,

Religiosas vestes cum instrumento omni comburere. Qui Vestas legendū admonet, nimis anxie, ne dicam superstitiosè, rem satis apertam in disquisitionem uocet.

Aboluit

Aboleuit & vim, moresq; asylorum, quæ usâ quam erant. Cōmentarij ex ijs, quæ uidere, legereq; potuerunt, nō pauca. Nos ex eodem Tacito omnia pleniora facianus. Ille igitur tertio in hūc ferè sensum: Cū cresceret Græcas per urbes licētia asyla constituendi, quæ seditiones in dies alerēt, placitū est, ut singulæ ciuitates iura, ac legatos mitterēt: & cū multi uenissent, qui summo studio certarent, fesso Senatu eorū multitudine res ad consules relata, factumq; s. c. quo modus præscriptus singulis est. Iusiq; ipsis in templis aras facere, neu religionis prætextu turbulētissima natio seditionibus fomēta præberet.

Rhascupolis
Thrax.
Maraboduus
Sueuus,

Maraboduus, & Rascupolim. De Rascupoli Thrace ex eodem Tacito copiosius hauries. Is autem Maraboduus diu apud Sueuos rerum potitus, magna apud suos gloria, mox Catualdæ iuuenis inter Gothones nobilis, ui pulsus, ad Cæsaris misericordiam fugit, trāsmissiq; Danubio magnifica de se in Senatu oratiōe habita, qua se Pyrrho, et Antiocho regibus æquaret, Rauēnæ inglorius cōsenuit, nimia uiuēdi cupiditate imminuta uetere gloria.

Afello Sabino n s. ducenta. Hæc summa quinque millia aureorum nostratium ualet.

Atalantæ tabulam, in qua Meleagro illa ore mo rigeratur, legatam: ut si offenderetur, pro ea decies n s. acciperet Decies n s. non dena sestertia significat, sed decies centena.

Publicè munificentiam bis omnino exhibuit, proposito millies n s. Hæc summa quinque, et uiginti centena millia facit nostratia, id est, duo milliona, et dimidiū.

Satis constat Cn. Lentulum augurem. Is est
Lentulus,

Lentulus, qui consularis uir triumphalia ornamenta de Getis retulit: primò pauper, dein adeò opulentus, opibus innocenter comparatis, & modeste habitis, ut quater milies sestertium possederit.

Cn. Lentulus
Augur.

Condemnatam & generosissimam fœminã Lepidam in gratiam Quirini consularis prædiuitis, & orbi. Tacitus tertio: At Roma Lepida Aemilia familia nobilissima, L. Syllæ, & Cn. Põpeij proneptis, desertur ad principẽ supposuisse partũ Quirimo cõiugi, quimetia obiecta adulteria, & uenena, consultiq; Chaldei de Cesare. Tandẽ dãnata illa magna Quirini inuidia, prægrauante Tyberio, sed dissimulate, aquaq; & igni interdictũ, bona cum publicari deberent, ne publicaretur Scauri gratia factũ, qui filiã ex Lepida genuerat. Et paulò post: Celebratũ est Sulpitij Quirini funus exequijs publicis. Tametsi nihil ille ad Sulpitiã familiã pertineret, qui Lanuij ortus modicis parëtibus & opibus, militia clarus, & uehemens ingenio, consulatũ sub Augusto meruerat: mox C. Caesaris in Armenia comes, & Tyberij cultor, dum Rhodi ageret, hinc principi charus præpotente senecta, sed apud populũ accusatione Lepidæ & sordibus inuidiosa.

Etiã causam mortis fuisse ei per Cn. Pisonẽ legatum Syriæ fuisse creditur. Is Piso Germanico datus est à Tyberio comes & legatus, qui cum Plancina uxore adeò apertẽ similitates cũ Germanico exercuit, ut reperiuntur sint reliquæ solo, ac parietibus erutæ humanorũ corporum, tabule etiã plumbeæ, quæ deuotiones ac carmina in Germanicum continerent, donec accusantibus Trione

Cn. Pito.

K & Ver

& Veranio, acerrimè autem omnium Vitellio, iudicio Se-
 natus damnatus est, magis assentiente Tyberio, quam ap-
 probante. Piso post damnationem domi inuentus perfo-
 so iugulo, iacente humi gladio, concessa Plancinae uxori
 incolumitate ob preces Augustae, & filio in decem annos
 relegato. Diuersus ab hoc fuit L. Piso, qui curator urbis
 sub Tyberio principe fuit, biduo, duabusq; noctibus per-
 potationem consumptis clarus: cuius (nisi fallor) constan-
 tiam & autoritatè in Senatu maximè Tacitus comèdat.

Statuæ quidam Augusti caput depresso-
 ra emendato dempserat. Idem Tranquillus in Caligula:
 Diuinam maiestatem asserere sibi cœpit, datoq; negotio,
 ut simulachra numinum religione & arte præclara, inter
 quæ Olympij Iouis apportarentur è Græcia, quibus ca-
 pite dempto suum imponeret.

Seianus.

Seianum res nouas molientem. Is eodem Tacito
 genitus Vulsinijs est, patre Seio Strabone equite Roma-
 no, & à prima iuuentu C. Casari Augusti nepoti percha-
 rus. Aduersa fama quasi Apitio stuprũ corporis uendidisset,
 mox defuncto C. Casare, Tyberio miris artibus insi-
 nuatus, adeo principè sibi obnoxium fecerat, ut callidissi-
 mũ & obscurissimũ alijs, sibi uni incautũ reddiderit: la-
 boris patiens, audaciæ nimia, simulator iuxta & dissimula-
 tor, pro pudore, quæ palàm ostentaret immensa opum li-
 bido, nec minus criminando, quàm adulando principi, & lar-
 gitione ac industria interdum acceptus. His artibus sene
 circumuento, primò Drusum Tyberij ueneno tollit, dato
 per Lygdum spadonem, uxore etiam Liuia auxiliante,
 quæ illi per stuprũ cognita fuerat: inde in Agrippinã &

eius

eius liberos conuersus, tacitis eam criminationibus inuoluit, ut tandē relegatam Tyberius interfici iusserit cū Nerone filio, donec ille iisdem petitis artibus cum filiis cunctus sit, quorum corpora in Gemonias sint abiecta.

Nam Charidem. Tu Chariclem emendato, de quo sic Tacitus: Erat medicus arte insignis, nomine Charicles, magis ad consilium, quàm ad usum medicinæ, quem princeps omnino negligeret, familiaris. Is ueluti negociū suum curaturus, dum comœatum petit, uenas pertentat, nec sefellit Tyberii, qui offensus ac eò magis iram distimulans, instaurari epulas iubet, easq; protraxit, quasi honori proficiscentis amici id daret.

Pars terram matrem. Perbellè faciunt uerba Plinij ex secundo ad hunc Tranquilli locum, quæ & subnectenda censui. Sequitur terra, cui tantum nomē præcipuæ uenerationis indidimus, matrem appellantes: cuius numen ultimū iam nemini imprecamur, rati graue nimis ac noxium, ac si nesciamus irasci nūquàm solere, quæ sola natos homines excipiat, exceptos alat, & editos sustineat: nouissimè, cū cætera nos omnia deseruerunt, una adhuc complexa uisceribus suis tanquàm à reliqua natura neglectos retinet, nunquàm efficacius pietatem maternā ostentans, quàm cū sacros nos morte etiam faciat.

EX CALIGVLA.

Legiones vniuersas excessu Augusti nunciato. Satis constat eodem Tacito, cū imperium Germanico omnes asserent concionanti, illum quasi scelere suo contaminatum præcipitem tribunali desiluisse. ferrum que in pectus adegisse, ni proximi sublatam in

uulnus dextram retinuiſſet, tametſi non deſuerint, qui hortarentur ut feriret, quin etiam Clauſidius quidã miles ſtriſtum gladium obtulit, addens uteretur eo, qui acutius penetraret. Verũ compoſita ſeditione, in Germaniã duſto exercitu, bis acie Germanos uicit. Varianos milites

Arminius Ger
manus.

ſepulturæ mandat. Arminium præcipuè apud Germanos famæ propter caſum Quintiliũ cum legionibus ad eũ fatigat, ut liberator ille Germaniæ pulſus, profuſuſq; tandem propinquorum inſidijs petitus occubuerit.

Germanici,
laus.

Omnes Germanico corporis, animiq; uirtutes. Nihil dici uerius potuit: nam præter ſummã eruditionẽ, ingeniumq; ad poëticẽ etiam factũ, ſumma in eo comitas erga ſocios fuit: in hoſtes manſuetudo, quos uiciſſe, & ad poenitentiam uerſos ſatis habuit. His accedebat forma corporis egregia, uiſu, audituq; iuxta uenerabilis. Dum fortune imperatoriæ maiſtatem retinet, inuidiam tamen & arrogantiam euitaret. Quare nõ Romanorum ſolũ ingenti luſtu, ſed prouinciæ, & circumiacentium populorum & hoſtium deceſſit. Tacitus.

Cordi Cremutiũ. Tacitus: Cornelio Coſſo, & Aſinio Agrippa c o s s. Cremutius Cordus poſtulat no-uo, ac tunc primũ audito crimine, quòd annalibus, quos ediderat, dum Brutũ, Caſſiumq; laudat, Romanorũ ultimos eos appellafſet. Accuſatores autem erãt Satrius Secundus, & Pimarius, ex intimis Seiãni, quæ res exitiabilis reo erat. Cremutius igitur cùm ſe corã Senatu defendiſſet, inde egreſſus uitam abſtinentia finiit. cenſuere patres libros per ædiles cremandos. Sic dum ingenium Cordi puniunt, maiorem illi gloriam aſtruxere.

Cremutiũ Cor
di mors.

Cùm

Cum lege Luciana apparatus circi. Emendauimus ex codice manu scripto, cum elegantiam apparatus circi prospicere pauci ex proximis mœnians possent: magna commentariorum socordia, qui rem non aduerterint.

Datoq; negotio, ut simulachra numinū religione & arte, inter quæ Olympici Iouis apportarentur egregia. Par error cum superiore. Quis enim non uiderere potuit non egregia, sed è Græcia legendum?

Quin & subinde iactabat exquisiturum semel fidiculis de Cæsonia. Et hic uidere debuerant, se uel non semel legendum, uel semet, id quod codices manu scripti habeant.

Vicies ac septies millies ἢ s. Tyberij Cæsaris. Hæc summā ingentē, ac supra fidē esse nemo dubitare potest, qui Tyberij principis tenacitatē, & opes imperij Romani per tot annos ab eo cōgestas, & prodigū Caligulæ ingenium æstimare non uelit. Vicies igitur septies millies ἢ s. si ad numisma nostrum rediges, sexagies septies milles mille aureos nostrates facit. Græci sex millia septingentas & quinquaginta myriadas aureorum dicerent.

Nec dicendi finem factū, quo ad tredecim gladiatores ἢ s. nonagies ignoranti addicerētur. Hunc locum dum imprimendum curarem, non satis aduerterā: nunc licendi finē factū, scribendū admoneo. Quid sit autē liceri, & quo sensu hic accipi possit, nemo nō (ut opinor) statim aduerterit. nonagies autem ἢ s. est summa pecuniæ nostratis ducenti uiginti quinque mille aurei Veneti.

Calsius Chærea. Hic ille est, qui centurio Germanici exercitus seditione, quam mouerant excessu Augusti

Calsius Chærea.

nunciato, cum eum peterent ad mortem milites, uti reli-
quos centuriones, audacia singulari per medios ferro sibi
uiam patefecit, unde & salutem adeptus est, magna cen-
turionum aliorum parte caesa.

EX CLAVDIO.

Legatoꝝ non amplius, quam octingentorum
H s. profecutus. Multi uel apud hunc unum auto-
rem erant loci, unde admoneri poterat differentie in nu-
meris, nisi planè conuierent: nam hic octingenta sester-
tia modicū legatum Augusti principis apparet: plus au-
tem uicies H s. quod infra à Tyberio legatū dicat: mul-
tò autem plus octogies H s. quod initu noui sacerdotij
coactus est impendere, ex quo ad tantā rei familiaris an-
gustiam decidit, ut in uacuum lege prædiatoria uenalis
diu pependerit.

In delibatorio. Adeò iam notum esse poterat, quid
diribitorium sit, aut unde dictum, ut qui delibatorio le-
gant, parū certè uidisse dici iure possint: nam & Dion in
historijs Latinum nomen hac appellatione dixit. Iam ue-
rò & diribitores pro diuisoribus pecuniarum Ciceroni
notius est, quam ut explicari latius debeat. Est autem diri-
bitorium publicæ edes, in quibus exercitus recenseren-
tur, & stipendia militibus diriberetur, id est, distribuere-
tur, in quibusdam Italiæ locis etiam usitata.

Constituit pro conditione cuiusq; ciuis uaca-
tionem legis Papiæ Poppææ. Quæ lex esset Papiæ
Poppææ, unde ue dicta, mox planius. Illud interim admo-
nere lecturos hæc uolui, corruptam hæcenus Tranquilli
lectionem uno, altero ue loco simili, nec legē Pōpeiam le-
gendum

Diribitores.

Diribitorium.

Lex Papiæ
Poppææ.

gendū, sed Papiam Poppæam iunctim, in quo nō possum non mirari negligentiam multorum, qui sine testibus in causa dubia & incerta in forum descendant. Fuit igitur Poppæus Sabinus cōsularis, ac triūphalis uir insigni memoria, auus maternus Sabinæ Poppææ, unde illa etiam dicta Poppæa: nam patrē Ollium honoribus nondū functū amicitiam Seiani sub Tyberio peruerterat. Hic igitur sub Augusto principe legem seuerissimā de maritādīs ordinibus tulerat, qua sexagenarij tantū nō tenerentur, cui capiti postea à Claudio abrogatū infrā Tranquillus asserat. Hæc autē iunctim Papia Poppæa dicta uidetur, quod cū Papius legem contra adulteros tulisset, ac de matrimonijs etiam sanxisset, cuius & Fusonius præter alios meminert, Sabinus Poppæus eandem retractarit, grauioribusq; pœnis additis, sanxerit frequentāda matrimonia. Vnde et lex postea à primo autore Papia dicta, postea de Sabino Poppæo Papia Poppæa iunctim appellata est, quā senior August. post Iulias rogationes in citandis cælibum pœnis, & augendo ærario sanxerat. Hanc uerò legem Tacitus frequenter citat, maximè in tertio. Admoneri etiā poterant saltem infrā, legē hanc non de ciuitate, aut aliquo iure alio quàm de maritandis ordinibus agere, cum Tranquillus dicat capiti legis abrogatū à Tyberio, quasi sexagenarij generare nō possent. Ceterū instituti nostri non est, acrius aliorū errata castigare, & eorum maximè, qui in Tranquillū scripsere cōmentaria, quorum alter adeò breuis est, ut etiā intra commentarij leges cōstitit, alter adeò redundans, ut fabulari sepe uideri possit: ita fit, ut aliud agendo malè interdum agat: uerum ipsi uiderint.

Capiti Papiæ Pompeiæ legis. Idem error, atq;
ideo ad superiorem normam redigendus.

Aulo Plancio etiam orationem decrevit. Hic est
Aul. Plancius, ille Aulus Plancius, qui consularium primus Britanniæ
præpositus est, bello egregius: is redacta paulatim in pro-
uincia formam proxima insule parte, Ostorio Scapule
imperium decedens reliquit. Cuius & Tacitus meminit,
sed & Tranquillus in Vespasiano, duas ualidissimas gen-
tes, superq; uiginti oppida, & insulam Vectem Britanniæ
proximam in ditionem redegit, partim Auli Plancij con-
sularis legati, partim Claudij ipsius ductu.

EX NERONE.

Nec antè cantare destitit, quàm inchoatum ab-
solueret nomon. Hic desyderari interpretis di-
ligentia potest: nam quid nomos esset tam nescit, quàm fa-
cile dissimulauit: significant autem apud Græcos nomi-
cum multa alia, tum uerò in musicis certam quandam le-
gem, ac rationem canendi, ut tamen tibicinum & citha-
rædorum præcipuè sint, unde & αὐλοῦ δῦξοις & κίθαρος
Terpander. δῦξοις dicti: primus autem Terpander autore Plutarcho
citharædicos nomos instituit suis, atque Homeri uer-
sibus male adiungens. Clonas autem post hunc aulodia-
cos inuenit, id est, tibiales, & ea quæ Græci προσῳδία
Polymnestus. appellant, quem postea Polymnestus Colophonius imita-
tus sit, nomisq; postea diuersa imposita sunt nomina,
quæ ex Plutarchi libello, ubi musicè persequitur, queras.
Illud etiã scitu dignū, ex Græcorum cōmentarijs inuenias
primos ab Apolline citharædicos nomos inuētos, quibus
ille & uitam hominibus produceret, & in multis canēdi
suauitate

suauitate feritatem tolleret: unde factum, ut Aristoteles est autor, ut modi ac canendirationes quaedam, quibus canentes utimur, nomi iam usitato Græcis uerbo dicantur. Verum de his aliâs.

Si paulum subbibisset, aliquid se suffertim tinniturum. Nec scire fas est omnia, & lyncei etiam cæcutiunt: ubi tamen offucias facis, in eo reprehendi dignus. Quis enim non stomachetur, quod hoc in loco gannit in terpres: Verum ipse uiderit. Ego suffertim lego, aduerbiumq; eadem forma statuto, quæ Latinis frequens, uiritim, singillatim: significare autem hoc aduerbium puto, quod plenum & grandius sit, huiusmodi sensu: promittat Nero simulac subbibisset, fore ut plenius & grandius tinniret. Suffertum autem ac differtum plenum significare Senecæ uerba & Horatij probant, ut alios omittam. Ille enim sole nubem suffertam dicendo, hic cauponibus & nautis differtum Appij forum, ostendunt plenitudinem hoc nomine intelligi, sed & Tacitus frequens differtum usurpat pro maxime pleno.

Super ingenuorum proagogia. Non pædagogia aut pæderastiam, quod cõsuxit interpres, sed proagogia legendum quiuis uel mediocriter Græcas literas edoctus agnoscat. Sunt autem proagogia Græcis, quæ Latinis perductiones, & quod illi προαγωγῆν, nos perducere diximus, id est, lenocinari, & lenocinium facere: adeo autem et Latini & Græci scætēt hoc uerbo, ut consulto exemplis abstineā, & alioqui admonere tantum lectorem uolumus.

In Tyridatem, quod vel vix credibile uideatur, octoginta nummum millia diurna erogauit.

Id est, uicena millia aureorum nostrorum: quemadmodum quod aleam luderet quadragenis in punctum sestertijs, id est, denis millibus in singula puncta significat: quod autem addit abeunti contulisse millies n. s. innuit uigintiquinque centena millia donata, ut non sit mirandum, quod Tacitus de eo prodiderit, quatuordecim annis, quibus in imperio fuit, bis & uicies milies n. s. donationibus effudisse.

Armillata & Phalerata Mazacum turba. Si ex his nonnulli qui nostra tempestate aliquid scripsere, modestiam atque ingenuitatem retinere uoluissent, profecto melius Latine rei consulissent, nec multa inuertissent, quæ
Mazacæ. lis est hic locus, in quo codices omnes Mazacum habent: quod cum illi non intelligerent, amaxicorum: & mille alia huiusmodi monstra substituerunt. Ego Mazacum lego, & ex Cappadocia seruos (unde ingens Romæ copia) interpretor, qui & Cappadoces appellantur ab Heratio eo uersu, Eget eris Cappadocum rex. Dicti autem Mazacæ (ut arbitror) ab urbe eorum regia Mazaca, quæ in medio totius Cappadociae posita, cum multis alijs indigeret, tamen propter situs commoditatem, & lignorum, ac lapidum, & herbae copiam delecta ab his fuerat, in qua reges habitaret, unde & mater urbium ab his dicta, quæ
Mazacæ urbs. tamen postea sub Argæum montem posita, Caesarea sit appellata, cui magnus Basilius postea praesuit antistes. Erit igitur Tranquilli sensus, quod Nero frequenti Cappadocum seruorum copia stipatus incederet, quos Mazacas ab urbe eorum primaria etiam appellaret.

Siquidem icunculam puellarem. Perridiculum est.

est, quod de acu, seu acuncula commentarij ganniant. Tu
 icunculam legas & τῆς εἰκῶν & forma diminutiva, pro
 parua imaguncula. Iam & Plin. iconicos agnoscit du-
 ces. quid sit autem εἰκῶν apud rhetores, non est presena-
 tis loci, & res aliqui satis celebris.

EX GALBA.

VT secum uehiculo proximo decies sestertiūm
 in auro efferret. Id est, uiginti quinque millia
 aureorum.

EX OTHONE.

ANte paucos dies seruo Cæsaris pro impetra-
 ta dispensatione decies h s. expresserat. Nullus
 (uti opinor) locus expressius differentiam inter dena h s.
 & decies sestertiūm aperit. Nam si idem significarent,
 quo pacto quindecim spiculatoribus dena representari
 poterant? decies igitur h s. cū quinque & uiginti mil-
 lium aureorum reddant summā, dena singulis numerata
 sunt, id est, duceni quinquaginta aurei, sic q; expēsa ex ea
 summa, quinque ferè millia sunt.

Nec quicquam prius pro potestate subscripsit,
 quā quingentes sestertiūm ad peragenda aureā
 domum. Id autem facit duodecies centena & quinque
 millia aureorū nostrorum: quæ summa si cui incredibilis
 uideatur ad absolutionem domus, æstimet ille secū id ma-
 gis mirum, quod de Marco Scauro Plinius scriptum reli-
 quit, bis millies sestertiūm uille incendio Scauro perisse.

EX VITELLIO.

ACarpathio usque freto. Quis non uideat nequa-
 quā probari id posse, quod plerisq; à Parthia ar-
 rideat, cū freto Carpathio bene sanè legatur?

Ex

EX VESPASIANO.

ET tamen nec sic quidem pristinae cupiditatis infamia caruit. Alexandrini Cybiotatem eum uocare perseuerauerunt, cognomine unius e regibus suis turpissimarum sordium. Erat certe officium boni interpretis, ut quoniam hic tandem fuisset, aut unde illi cognomen tam sordidum astructum esset, explicaret.

Cybiium.

Nos cybium Plinio, Martiali concisam pelamidem appellari scimus, unde frequens Plinio nominis usurpatio inter praecipua salsamenta, corrupta etiam apud Varronem lectione. Credidit Festus dicta a cuborum similitudine, qui cum aequae in omnes partes pateant (quadrata enim ad lusum aptae sunt) ita etiam piscantes hoc genus pisces,

Cybiotates
rex Alexan-
driae.

aleam ueluti ludant. Hic autem quem Cybiotatem appellatum dicit Tranquillus propter eius illiberalitatem, non unus fuit ex Ptolemaeis regibus, sed e Syria ducens originem, qui a filia maxima natu Ptolemaei Auletae expulsi, a suis in uirum accersitus, non multo post ab ipsa expellitur, cum eius ignobilitatem, atque illiberalitatem pati non posset. Strabo. unde illi ab ordinandis Cybijs, quae forte ipsemet familiae dispensaret, merito sordidissimum cognomentum adhaesit, quo et Vespasianum principem, ut sunt Alexandrini dicaces, propter eius auaritia asper-

Physcon Sy-
riae rex.

serunt, quemadmodum et Syriae regi Physcon cognomen-
tum fuit a crassiore intestino, quod multa caperet. Illud etiam ex Athenaeo addes, Salsameti Graecis duum esse generum, horae et thunnia, id est, e thynno, salsa caro thunnina uulgo dicta. Horaeum uero quasi tempestiuum esse dictum, cuius macra pinguibus praeferantur, cum in thunnijs

thunnijs macris pinguia præponantur, quæ cybia nuncupentur. horæa autem ex pelamide, id est, lutaria minore fiût, thunnia ex maioribus. Sit autem idem uræum, de quo Plin. cum horæo, mox alijs.

EX TITO.

Cum ex instituto Tyberij. Aurelius Victor in hæc sententiam: Dehinc cum donata cõcessa uel à prioribus principibus firmare insequentes solerent: simul ut imperium cepit, talia possidentibus edicto sponte cauit, uel concessit.

EX DOMITIANO.

Nam uenatores, gladiatoresq; & noctibus ad lychnos. Par error cum eo, qui in Cesare Dictatore moleuerat: restituenda igitur lectio, & lychnuchos legendum, ut admonui.

Edixit, ne quis in Italia nouellaret, utq; in prouincijs uineta succiderentur. Aliam Philostratus asserit edicti causam, præcipuè in Asia, quòd homines uino nimium indulgentes, seditiones excitaret: quare & Domitianus id etiam in tota Asia uetuerat. Verù Scopeliano sophista celeberrimo legationem cõmuni Asiæ nomine suscipiente, & restituta uites, & donatus est ille amplissimis à Domitiano muneribus, admirate in primis uiri copiam, & ubertatem dicendi. Illud etiam scitu dignum, prouincijs quibusdam à Probo imperatore concessum, ut uineas alerent.

Subsiciua quæ diuuis per veteranos agris captim superfuerant. Quid subsiciuũ seu subsiciuum sit, notissimum grãmaticis est: subsiciuus autem ager, de quo

Subsiciuus
ager.

hic

hic agitur, Boëthio is est, qui secundū proprias determinaciones ascriptus in finibus suis tabulario Caesaris insertur, & qui beneficio cōcessus, aut assignatus coloniae fuerit, siue is proximus, siue longius positus: quem colonia in tabulario Caesaris manu conditoris subscriptum habere debet. Item ager similis subcisiuus est, qui non assignatus reipublicae, populoq; , aut coloniae, cuius sine circumdatur, remanet in eius potestate, qui assignare potuerit, hoc est, principis. Vnde inter XIIII. controuersiarum genera illa uel praecipua est, quae de subcisiuis agris oritur.

F I N I S.

LOCA SVETO

NII PER ERA

snum restituta.

ERASMVS ROTERODAMVS CANDID O LECTORI. S. D.



V'M hanc editionem iam adornassem, cōmodum allatus est Suetonius, Aldinis typis excusus, sed emendatus opera Baptistae Egnatij, uiri cū primis tum integri, tum eruditi: nam utrunque iuxta requirendum arbitror in eo qui ueterum lucubrations emendandas aut explicandas suscipit. Equidem Aldi mei mortem, hoc fero moderatius, quod in hanc restituendi bonos auctores prouinciam is successerit, qui demortui per se clari gloria obscuraret, si tamen hoc est obscurare, uirtute uirtutem uincere. Atque utinam ut Suetonium, Aurelium Vi-

torem

Ager subcisiuus.

Etorem, & Eutropium dedit, itidem & Aelium Spartianum, ceterosq; huic adiunctos nobis dedisset, in quibus nos permulta restituumus. Nam omnia, qui poteram, nisi codicum antiquorū auxilio adiutus? Tametsi & in Tranquillo nonnulla restituumus quæ Egnatiū licet oculatissimum suffugerant. Velut in Casare Dictatore. Cap. 18.

Eodem modo Nonium Quæstorem, quod compellari apud se maiorem potestatem passus esset. Modo, expunximus ex fide uetustissimi codicis. Siquidem eodem hic aduerbium est, ut subaudias coniecit. Sunt hoc genus & alia nonnulla, sed minutiora, quam ut operæpretium sit sigillatim recensere. Ceterum quod in Othone Egnatius legendum putat, τὶ γὰρ με δ' εἰ καὶ τοῖς μακροῖς αὐλοῖς αὐλεῖν, ab illo dissentio, quod hæc ferè uerba Beroaldus ab erudito quodam admonitus ex Dione hūc trāstulerit. Neque uariant hīc quæ uiderim exemplaria. Tantum in nonnullis pro αὐλοῖς uitiatum erat αὐλοῖς. Legendū igitur haud dubiè τὶ γὰρ μοι καὶ μακροῖς αὐλοῖς, id est, quid mihi cū longis tibijs? Quæ de re copiosius nobis dictum est in Adagiorum Chiliadibus. In Caligula pro nec dicendi finem factum, restitueramus ex exemplari peructusto, nec licendi finem factum, etiam si post comperi locum hunc à Budeo nostro correctum in Assè. Hoc admonere uisum est, quò plus ponderis habeat Budeana castigatio, quam ea nullius uetusti codicis præfetur auctoritatem. Porro quod in Augusto legitur, Δότε κρότον, καὶ πάντες ὑμεῖς μετὰ χαρᾶς τὶ ποιᾶτε. Id est, date plausum, & omnes uos cum gaudio quippiam facite. In quo

quo & Egnatius hallucinatus est: ego, ni falor, & unus
 & primus restitui, idq; ex qualibuscunq; uestigijs anti-
 quissimi codicis. Legendū igitur ad hunc modū: Δότε
 κρότον, ἢ πάντες ὑμῖς μετὰ χαρῆς κτυπήσατε.
 Id est, Date plausum, & uos omnes cū gaudio plaudite.
 Est enim uersus Trochaicus. Præcesserat autem in exem-
 plari nostro & alter huic similis Trochaicus, aut certè
 hemistichion, sed figuris elementorum adeò deprauatis,
 ut quid scriptum esset, non quiuerimus conijcere. Iam
 quod est in Vespasiano, ὦ λάχης λάχης, Οταρ ἀπο
 θάβης, αὐθίς ἐξ ὑπαρχῆς εἰρησῆ κήρυλⓄ. Si quid
 suffragarentur exemplaria, lubens legerim ad hunc mo-
 dum, ὦ λάχης λάχης, Οταρ δ' ἀποθόβης, αὐθίς ἐσση
 κήρυλⓄ. Id est, O Laches Laches, At ubi mortuus
 fueris, rursus eris Cerylus: ut ὦ λάχης λάχης sit clausu-
 la prioris carminis, cui succedit integer Iambicus trime-
 ter, tamet si hac de re nolim contendere. Ceterum de num-
 morum analogia, si quid à Budeo dissentit Egnatius, Por-
 tium suum secutus, quod nobis nec otium suppetebat,
 nec ad hunc laborem propriè pertinebat, non fuit studiū
 excutere. Addidimus autem indicem, quo potissimum
 annotauimus, si quid nouè, præterq; superiorū autroū con-
 suetudinem, aut si quid etiam Græcanicè dictum est, ne ni-
 hil sit lucri, quod lectorem ad emendum inuitet. Nec
 hoc tamen solum accedet, quin & quicquid adiecit
 Egnatius, hic habes, & præterea nonnulla, quæ nos
 soli etiam restituimus. Bene uale charissime lector, &
 hisce nostris laboribus feliciter fruire.

ANNO TATA
in Suetonium per
Erasimum.

- A** bdicat se magistra-
tu. Claud. Caf. ca.
29
- Abhorret, pro exhorret.
Gal. ca. 4
- Ablocare, p alteri locare,
fiue locationem foluere.
Vitel. cap. 7
- Abortiui, qui aborsu nati
sunt. Caf. Aug. cap. 35
- Abfimilis, pro difsimilis.
Otho. cap. 1
- Abftinuit præfari, cum infi-
nito. Tyb. Caf. cap. 23
- Abūde pro fatis. Caf. Dict.
cap. 86
- Ab uno, pro à quodā. Caf.
Dict. cap. 32
- Abutendū fe permifit. Gal.
cap. 14
- Accelfio morbi, pro πᾶγο-
εὐς μὸς. Veff. Aug. c. 23.
- Actuarij ab actis. Cæ. Dict.
cap. 55
- Actui rerum, pro agendis
rebus. Caf. Aug. cap. 32
- Actus rerum, pro actione
caufarum. Cl. cap. 22
- Idem, Nero. cap. 17
- Ad, pro apud. Nero. cap. 2
- Addormifcere ἐπινομα-
ῶν. Clau. Caf. cap. 8
- Adhibere modum. c. Cal.
cap. 2
- Admensus est, pro dedit.
Caf. Aug. cap. 41
- Ad remum dare. Caf. Aug.
cap. 16
- Adfimilis. Nero. cap. 1
- Ad terram dedit, pro abie-
cit, Caf. Aug. cap. 96
- Aduenēre literæ, pro allatæ
fiunt. Veff. Aug. cap. 7
- Adulterare, pro adulterio
ftuprare. Caf. Aug. c. 67
- Adulterata, pro adulterio
ftuprata. Caf. Dict. ca. 48
- Aequiparare, pro æquare.
Caf. Aug. ca. 94. Idem,
Nerua. cap. 53
- Aeftiuare. Gal. cap. 4
- Idem, Veff. Aug. ca. 24
- Aetate parui, pro minores.
Aug. Caf. cap. 48

ANNOTATA PER ERAS.

Aequè quàm, p æquè atqz.	Amanuens. Nero. cap. 44
Cæs. Aug. cap. 64	A manu. Vesp. Aug. cap. 3
Affectus est illi, pro erga il-	Ambubaia. Nero. cap. 27
lum. Tyb. Cæs. cap. 52	Amisit, pro perdidit. Tyb.
Afflixit, pro uexauit. Tyb.	ca. 7. Idem. Nero. ca. 35
Cæs. cap. 51	Amplius quadraginta, pro
Affinitas, p propinquitas.	plus quadraginta. Cæs.
Nero. cap. 35	Aug. cap. 72
À gente, pro de gente. Ve-	Animaduersa flagitia, pro
spa. Aug. cap. 23	punita. Nero. cap. 16
Agere secretum, pro solum	Anteambulones. Vesp. Au-
esse. Tyb. Cæs. cap. 60	gu. cap. 2
Album citharædorum. Ne-	Ante eum, pro coram eo.
ro. cap. 21	C. Cal. cap. 42
Album iudicum. Clau. Cæs.	Ante se, pro coram se. Gal.
cap. 16	cap. 10
Idem, Domit. cap. 1	Anticipare, pro ante tem-
Aleæ rumor, pro rumore	pus facere quippiã. Cl.
de alea, & aliam ipsum	Cæs. cap. 21
lusus genus dixit. Cæs.	Antiquius, pro charius. Vi-
Aug. cap. 71	tel. cap. 15
Allectus, pro allego. Vitel.	Apophoreta. Vesp. Aug. c.
cap. 1	19. Idem, C. Cal. cap. 55
Allicefactos, pro allectos.	Apparatus. Vitel. cap. 13
Vitel. cap. 14	Approbat se illi talem, pro
Allium obolere. Vesp. Aug.	præstat. Gal. cap. 6
cap. 8	Appropinquare. Nero. ca.
Altero, pro postridie quàm	49
Vitel. cap. 3	Appropinquare, pro aduen-
	tare.

I N SVET. TRANQ.

tare. Clau. Caf. cap. 12.	Bercus lingua Gallorū. Vi tel. cap. 18
☉ C. Cal. cap. 57	Biduū cōtinēs, pro perpetuū biduū. C. Cal. ca. 19
Aquilus color. Caf. Aug. cap. 79	Bijuge curriculum. C. Cal. cap. 19
Armigeri satellites. Caf. Aug. cap. 49	Bis in mense, pro bis singulis mensibus. Caf. Aug. cap. 35
Armillatus. C. Cal. cap. 52	Bonum factum, pro recte fiet. Caf. Dict. cap. 80
Afinarius, pro agasone. Caf. Aug. cap. 96	Breuiarium, compendium. Caf. Aug. cap. 101
Aſſimulare, pro simile exprimeret. Tyb. Cæ. c. 57	Breuiaria, pro commentarijs. Vef. Aug. cap. 21
Aſſurrectū est impersonaliter. Caf. Aug. cap. 56	Bucea, pro bolo. Caf. Aug. cap. 76
Aſticos fortasse pro hasticos. C. Cal. cap. 20	C Achinnare. Vef. Aug. cap. 5
Asturco. Nero. cap. 46	Cadere ab hoste. Otho. cap. 5
Attendit huic rei. Nero. cap. 56	Cadere, pro euenire. Tyb. Caf. cap. 14
Attendit iuri, pro studuit. Gal. cap. 5	Calceare mulas. Vef. Aug. cap. 23
Autor est, pro narrat. Caf. Aug. cap. 94	Caliga speculatoria. C. Cal. cap. 52
Aurigare. C. Cal. cap. 18	Cameræ ruina. Ner. ca. 34
Itē, Nero. ca. 22. ☉ 24	Caminus, pro fumario. Vi tel. 2
Autores qui narrāt, nō solum qui suadēt. C. Cal. cap. 12	
B Atuere cū illo. C. Cal. cap. 32. ☉ 54	

ANNOTATA. PER ERAS.

tel. cap.	8	uxorem. Gal. cap.	5
Canusinati. Ner. cap.	30	Cœlibatus etiã uiduorum.	
Capillamentum. C. Cal.		Cl. Cæs. cap.	26
cap.	11	Cœna comis. Otho. cap.	3
Capsarij. Nero. cap.	36	Cognomines. Vitel. cap.	2
Captura, pro quæstu. C.		Cohorrescere, p totus hor	
Cal. cap.	40	rescere, Ty. Cæs. cap.	21
Cêsente, pro censens. Tyb.		Cohortari inuicem, pro se=	
Cæs. cap.	31	inuicem. Gal. cap.	10
Certum ac statum. C. Cal.		Collationes. Ner. cap.	38
cap.	40	Idem, Tit. Vesp. ca. 7.	
Ceterum, pro reliquum.		& Nero. cap.	44
Cal. cap.	20	Colonici decuriones q colo	
Christus. Clau. Cæs. cap.	25	niarũ sunt. Cæ. Au. c. 46	
Christiani. Nero. cap.	16	Comessari. Domi. cap.	21
Cibo illum, pro cibum do		Cõmeatus. Cl. Cæs. cap.	23
illi. Tyb. Cæs. cap.	72	Commentarij rerũ, & cõ=	
Circa, pro circiter. Clau.		mõtarij Cæsaris. Cæs.	
Cæs. cap.	6	Dict. cap.	56
Circũsedit, pro obsedit. C.		Communio sermonis, pro	
Cal. cap.	48	comuni cõfabulatione	
Ciuica, sine addito substãti		Cæs. Aug. cap.	74
uo, ut subaudias, coro		Cõmunicare, pro cõmune	
na. Cæs. Dict. cap.	1.	facere. Cæs. Aug. ca. 75	
Idem, Cl. Cæs. cap.	17.	Communis pro non singu=	
Clasarij. Gal. cap.	12	gularis, aut non exquia	
Coactio argentaria. Vesp.		situs. Cl. Cæs. cap.	21
Aug. cap.	1	Cõparare, pro emere. Cæs.	
Cœlibatus & post ductam		Dict. ca. 47. & C. Cal.	
		cap.	

IN SVETO. TRANQ.

cap. 22. & cap.	27	idem & unū. Nero. ca.	
Cōpertā, pro deprehēsam in malū. Tyb. Cæs. ca.	35	43. Idem, Gal. cap.	19.
Cōpluuiū. Cæs. Aug. ca.	92	Idem, Domi. cap.	17
Conata passiue. Gal. ca.	17	Cōsulto data opera, de cō-	
Concilium, pro consiliarijs ipsis. Tyb. Cæs. ca.	18	posito, siue ex cōposito	
concupinatus. Ner. cap.	28	Cæs. Aug. cap.	15
condēnauit, pro uicit, siue condemnari fecit. Tyb.		consumere dies, pro exple-	
Cæs. cap.	8	re tēpus. C. Cal. ca.	44
condixit caenam, pro pro-		contabulare, ponte cōster-	
misit. Tyb. Cæs. cap.	42	nere. C. Cal. cap.	19
conficere uias, pro itinera.		contingit hos, p cognatus	
Cæs. Dict. cap.	57	est his. Nero. cap.	32
confiscata pecunia. C. Cal.		continuatio. Tyb. ca. 21. et	
cap.	16	Nero. cap.	1
cōfiscatus, ad hominē rela-		contra prædicta, contra q̄	
tum, nō solū ad rem, ut		prædixerat. Ty. Cæ. c. 14	
cōfiscata bona. Ti. Cæ.		contra se, ex aduerso. C.	
ca. 49. & C. Cal. ca.	41	Cal. cap.	18
conflictatus morbis. Clau.		contra, pro è regione. Cæs.	
Cæs. cap.	2	Aug. cap.	44
congruentia, pro similitu-		contraxit offensam. Vesp.	
dine. Otho. cap.	2	Aug. cap.	4
consiliarius, ut à consilijs.		cōtūacia. Vesp. p Au. ca. 13	
Tyb. Cæs. ca.	33	conuersus in pœnitentiam,	
consocer. Cl. Cæ. cap.	29	pro tactus pœnitentia.	
conspirati, sicut coniurati		Cl. Cæs. cap.	13
		conuictor, familiaris. Tyb.	
		Cæs. cap.	56
		corporis cura. Do. cap.	16

ANNOTATA PER ERAS.

Corripuit, pro castigauit.	Dapsile. Vesp. Aug. ca. 19
Cæs. Aug. cap. 53	Dealbata. Gal. cap. 9
Corroborare, pro durare, & robustum reddere.	De cedris, pro è cedris. C.
Gal. cap. 6	Cal. cap. 37
Creuerat <i>ἠὺφαρῆν</i> . Otho.	Decepsit, pro mortuus est.
cap. 1	Vitel. cap. 3
Crucifigere. Domi. ca. 10.	Decedentibus rebus, pro
Idem. cap. 11	excuntibus, siue euenien-
Cubicularij. Domi. ca. 17.	tibus. Cæs. Dict. ca. 14
& Nero. cap. 38	Decollare etiã apud Sene-
Cuicũque, absolutè. Vesp.	cam. C. Cal. cap. 32
Aug. cap. 8	Decursus, pro sine cursus.
Cuiusquam, cũ uerbo pro-	Ner. cap. 24. Idẽ, ca. 11
hibendi. C. Cal. cap. 25	Defectores. Nero. cap. 43
Cum magna copia, pro ma-	Deslectere, pro diuertere.
gna multitudine. Cæs.	Cæs. Aug. cap. 93
Augu. cap. 21	Deformatos, pro foedatos.
Cum plurimũ, pro ad sum-	C. Cal. cap. 27
mum. Cæs. Aug. ca. 78	Delubrum. Vitel. cap. 8
Cupiditas in bonã partem.	Demandat illi suam uicem.
C. Cal. cap. 24	C. Cal. cap. 41
Currus decemiugis. Nero.	Demortuus. C. Cæs. ca. 14
cap. 14	Deorũ cibis. Nero. ca. 33
Cursores. Tit. Vesp. ca. 9	Deparci, pro impedio par-
& Nero. cap. 30	ci. Nero. cap. 30
Cycladatus. C. Cal. cap. 51	Deperdita amore. Domit.
D Annosior, pro pro-	cap. 3
fusior. Ner. c. 51	Desaltare canticũ. C. Cal.
	cap. 54
	Desinere

IN SVET. TRANQ.

Desinere artem, transitiuè.	Διάλεκτ. Tyb. Cas. ca.
Tyb. Cas. cap. 37	56
Desponsata, pro desponsa.	Dies lustricus. Ner. cap. 6
Cas. Dict. cap. 1	Dignatio, pro dignitas. Ve-
Destinabat, absolutè, pro	spa. Aug. cap. 4
proposuit. Cas. Dict. c. 44	Idem, Domit. cap. 2
Destinare, pro mittere.	Idem, Cas. Aug. ca. 46
Gal. cap. 16	Dignatio, pro reuerentia.
Destitutus, absolutè, pro de	C. Cal. cap. 24
sperans. Gal. cap. 11	Dignosco. Otho. cap. 12
Desuper Ner. cap. 13	Digressa quæ diuortium fe-
Determinare, pro termina-	cit cum marito. Cas. Dict.
re. Gal. cap. 15	cap 43
Detstabilis homo. Nero.	Dilargiri, pro diuersis da-
cap. 5	re. Cas. Dict. cap. 20
Detorsa, depulsa. Gal. cap.	Dilatorumore, pro diuul-
10	gato. Cæ. Aug. cap. 14
Detrectare principem, pro	Dimisit, pro alium aliò mi-
recusare et nõ ferre. Tyb.	sit. Cas. Dict. cap. 4
Cas. cap. 25	Dimissa è matrimonio, pro
Deturpare, pro deformare	repudiata. Tyb. Cas. ca.
C. Cal. cap. 35	49. & Domit. cap. 8
Deuotus arenæ, in malum,	Dimittere, pro repudiare.
pro addictus aut dedi-	Tyb. Cas. cap. 10
tus. C. Cal. cap. 30	Idem. Tyb. Cas. cap. 35
Deuotio, pro execratione.	Dimittere matrimoniu, pro
C. Cal. cap. 3	soluere aut rescindere.
Deuotus, pro deditus in bo-	C. Cal. cap. 15
nâ partè. Tyb. Cas. c. 67	Diplomata. Nero. cap. 12

ANNOTATA PER ERAS.

Diritas. Tyb. Caf. cap. 21	cap.	20
Discalciatus. Ner. cap. 51	Enectos, pro extinctos. C.	
Dispensatio. Otho. cap. 5	Cal. cap.	49
Dispensator ordinarius. Gal. cap. 12	Ennotescere, sicut innotescere. Otho. cap. 3	
Dissedit, pro diuortium fecit. Tyb. Caf. cap. 7	Eodem loci, pro eodem loco. Caf. Aug. cap. 65	
Distrahere pluris. Vesp. Aug. gust. cap. 16	Idem, C. Cal. cap. 53	
Diuersa factio, pro aduersis partibus. Tyb. Caf. ca. 3	E' plebe homines, p' plebeij homines. Caf. Aug. c. 51	
Diuortiu fecit cum illa, pro ab illa. Clau. Caf. ca. 26.	Equestria. C. Cal. cap. 26	
Idem, Tit. Vesp. cap. 4	Equile. C. Cal. cap. 55	
Diurni. Cl. Caf. cap. 41	Erat in oblectamētis, pro in delicijs. Tyb. Caf. ca. 72	
Diulgare. Otho. cap. 3	Esse gratia, pro conciliare fauorem. Cl. Caf. cap. 21	
Dolon, gladiodius. Cl. Caf. cap. 13	Est illi in fatis. Claud. Caf. cap. 43	
Dominium, pro dominatu, Tyb. Caf. cap. 59	Et ea, pro idq, magis Græcè, q̄ Latine, ἡ τὰ ἄλλα	
Donatiuum. Ner. cap. 7	Tyb. Caf. cap. 22	
Idem, Gal. cap. 16	Euiluit. Cl. Caf. cap. 15	
Ducatus. Ner. cap. 36	Euocati. Gal. cap. 10	
Tyb. Caf. cap. 19	Exacerbare. Gal. cap. 16. et Tyb. Caf. cap. 62	
E atenus, pro hastenus. Tyb. Caf. cap. 33	Exarmare. Domit. cap. 15	
Emanat in uulgus. Ner. cap. 6	Excalceare. Vitel. cap. 2	
Emissarium lacus. Cl. Caf.	Excedere, pro mori. Vesp. Aug. ca. 2. & Ner. ca. 6	
	& C.	

IN SVET. TRANQ.

20	et C. Cal. ca. 1. et Vesp.	Cal. ca.	38
C.	Augu. cap.	3	
49	Excitare, pro erigere. Caius	Expilare tabernulas. Nero.	26
te=	Cal. ca. 46. et Clau. Caf.	cap.	
3	cap.	1	
lo=	Ex destinato, ex proposito,	Expansit, pro extorsit. Ve=	
65	non casu. C. Cal. ca. 41.	spas. Aug. cap.	4
53	Execratus, pro male preca=	Explendescere, pro emine=	
peij	tus, siue deuouit. C. Cal.	re. Tit. Vesp. cap.	3
51	cap.	30	
26	Exercuit principē, pro prin	Extendens, pro intendens.	
55	cipatū. Tyb. Caf. ca. 33	C. Cal. cap.	38
in	Exhibuit, pro prestitit. Ty=	Extranei. Claud. Caf. ca. 4	
71	ber. Caf. cap.	32	
re	Exitiabilis clades, pro in=	F abularis historia. Ty=	
21	ternecina. Caf. Aug. c. 23.	ber. Caf. cap.	70
es.	Exierat in uulgus. Gal. cap.	Fabulator, pro collocutore.	
43	10	Caf. Aug. cap.	78
2=	Exigere creditum. Vespas.	Facere reum. Tyb. Caf.	
ca	Augu. cap.	cap.	8
22	11	Factio. Domit. cap.	7
15	Exijt opinio, pro emanauit	Famosa, in malam partem.	
10	in uulgus. Nero. cap.	Tyb. Caf. cap.	28
et	53	Idem, cap.	35
2	Exoleta, pro desueta. Clau.	Famosi equites, p notis ac	
15	Caf. cap.	celebribus. C. Cali. ca. 19	
2	22	Fauorabile. Nero. cap.	57
1	Expertē industria, pro ex=	Fauorabilis, pro gratiosus.	
6	ploratē. Vesp. Aug. ca. 4	C. Cal. cap.	4
	cap.	19	
	Expertissimus. Tyb. Caf.	Fecit stipendia, pro meruit.	
	19	Caf. Dict. cap.	2
	Expergesacta somno. C.	Ferus aper dictus, quasi	
		L s sunt	

IN SVET. TRANQ.

Ces. Aug. cap.	16	August. cap.	72.
Idem, cap.	38	Hypocrita Histrio, Nero.	
Gratificas, illi, pro in gra-		cap.	24
tiam illius. Nero. ca.	7	I Acere significaciones.	
Gratiosa, pgrata. Otho.		Nero. cap.	37
cap.	2	lentare. Vitel. cap.	7
Grauabatur, pro fastidie-		Idipsum, pro idem. Nero.	
bat, ac molestè ferebat.		cap.	24
Ces. August. cap.	72	Ignotissimus, pro obscuris-	
Grauedo capitis. Cæ. Aug.		simus. Tybe. cap.	42
cap,	81	Illud horæ, pro eo tempo-	
H Abeo precari, pro		re. Nero. cap.	26
habeo quod pre-		Illachrymare supplicij.	
cer. Ces. Aug. cap.	58	Vesp. Aug. cap.	15
Harmaxici cursores. Ner.		Illaquidem, more Cicero-	
cap.	30	nis. Vesp. Aug. cap.	7
Hierosolyma genere sexmi-		Illudere capitibus. Tyber.	
nino. Ces. Aug. ca.	93	Ces. cap.	45
Idē, Tit. Vesp. cap.	5	Imaginaría militia. Claud.	
Hi tuberes, non hæc tube-		Ces. cap.	25
ra. Domit. cap.	16	Impertit osculo. Nero.	
Honorariustumulus. Clau.		cap.	37
Ces. cap.	1	Impertitus honore, passiuè	
Honorata, pro honesta.		Claud. Ces. cap.	4
Otho. cap.	1	Inauditos, pro indicta cau-	
Humare, pro humo conde-		sa. Gal. cap.	14
re. C. Cal. cap.	3	Idem, Vitel. cap.	14
Hyemare, pro affligi in-		In bona & nomen. Gal.	
commodo hyemis. Ces.		cap.	17
		Incestum	

ANNOTATA PER ERAS.

sint apri cicures. Cas. Au	gust. cap.	53
gust. cap.	67	Fulcra lectorum. Clau. Cas.
Ficos biferas, nouè dixit,	cap.	32
pro fructu arboris bifera. Cas. Aug. cap.	76	Funalis equus, qui fune tractatur. Tyb. Cas. cap.
Filij familiàs. Vesp. August.	cap.	11
cap.	11	Fundare molem. Clau. Cas. cap.
Finis mortalitatis. Claudius	Cap. cap.	46
Cap. cap.	46	Funerare, pro sepelire. Domit. cap.
Finitimum bellū, quod cum finitimis geritur. Cas. Au	gust. cap.	1
gust. cap.	1	Fungi munerā, pro fungi muneribus. Cas. Aug. c. 35
Foederata, pro foedere iuncta. C. Cal. cap.	3	Funaria. Vitel. cap.
Foederata, pro foedere iuncta. C. Cal. cap.	3	G alericus. Otho. ca. 12
Forense uestis genus. C. Cal. cap.	16	Gaza. Nero. cap.
Formalis epistola. Domit. cap.	13	Generatim, per genera. C. Cal. cap.
Formare, pro ministrare thema & argumentum. Cas. Aug. cap.	89	Generosissima, pro nobilissima. Tyb. Cas. cap.
Cas. Aug. cap.	89	Genitiuæ notæ. Cas. Aug. cap.
Formata, pro simulans. Clau. Cas. cap.	37	cap.
Clau. Cas. cap.	37	Gesticulari carmina. Nero. cap.
Formatus sermo. Nero. ca.	47	cap.
47		Gibba, non gibbus. Domit. cap.
Fortuitus. Nero. cap.	34	cap.
Fortuitus. Nero. cap.	34	Gibber. Gal. cap.
Fremebat fraudari. Gal. ca.	16	3
16		Grassatores, qui grassantur ferro. Cas. Aug. c. 32
Frequentare dies. Cas. Au		Gratiam fecit coniurandi, pro permisit coniurare. Cas.
		Cas.

IN SVET. TRANQ.

Ces. Aug. cap.	16	August. cap.	72.
Idem, cap.	38	Hypocrita Histrio, Nero.	
Gratificās, illi, pro in gra-		cap.	24
tiam illius. Nero. ca.	7	I Acere significationes.	
Gratiosa, pgrata. Otho.		Nero. cap.	37
cap.	2	Ientare. Vitel. cap.	7
Grauebatur, pro fastidie-		Idipsum, pro idem. Nero.	
bat, ac molestè ferebat.		cap.	24
Ces. August. cap.	72	Ignotissimus, pro obscuris-	
Grauedo capitis. Cæ. Aug.		simus. Tybe. cap.	42
cap,	81	Illud horæ, pro eo tempo-	
H Abeo precari, pro		re. Nero. cap.	26
habeo quod pre-		Illachrymare supplicijs.	
cer. Ces. Aug. cap.	58	Vesp. Aug. cap.	15
Harmaxici cursores. Ner.		Illa quidem, more Cicero-	
cap.	30	nis. Vesp. Aug. cap.	1
Hierosolyma genere foxmi-		Illudere capitibus. Tyber.	
nino. Ces. Aug. ca.	93	Ces. cap.	45
Idē, Tit. Vesp. cap.	5	Imaginaria militia. Claud.	
Hi tuberes, non hæc tube-		Ces. cap.	25
ra. Domit. cap.	16	Impertit osculo. Nero.	
Honorariustumulus. Clau.		cap.	37
Ces. cap.	1	Impertitus honore, passiuè	
Honorata, pro honesta.		Claud. Ces. cap.	4
Otho. cap.	1	Inauditos, pro indicta cau-	
Humare, pro humo conde-		sa. Gal. cap.	14
re. C. Cal. cap.	3	Idem, Vitel. cap.	14
Hyemare, pro affligi in-		In bona et nomen. Gal.	
commodo hyemis. Ces.		cap.	17
		Incestum	

ANNOTATA PER ERAS.

Incestum. C. Cal. cap.	36	Claud. Cas. cap.	21
Idem, Nero. cap.	5	Induxit pro uoluit, cū uer-	
Idem, Domit. cap.	8	bo infinito. C. Cal. ca.	3
In columinis status. Nero.		In fabulis esse, pro traduci	
cap.	54	sermone hominū. Cas.	
In cōsiderātia, sicut incogi-		August. cap.	70
tātia. Clau. Cas. ca.	39	Inferiæ, anniuersariæ. Ca.	
In crepita cupiditas, ut ad		Cal. cap.	15
rem quoque pertineat.		Infensior. Vitel. cap.	14
C. Cal. cap.	44	In honoratus. Clau. Cas.	
In crepidis, pro crepida-		cap.	11
tus. C. Cal. cap.	52	Inire honorem, pro suscipe	
In crepo te auaritiæ. Ca.		re, imò gerere, incipe-	
Cal. cap.	39	re. Cas. Dict. cap.	20
Incumbit illi spes, pro eo		Iniungere, pro mandare,	
quod imminet, aut ma-		ἐπιτίθει. Tyb. Cas. c.	18
net illū. Tyb. Cæ. cap.	15	Idem, C. Cal. cap.	18
Indifferens, pro eo qui non		Inopinanter, pro subitò, et	
discernit, aut curat.		præter expectatū. Tyb.	
Cas. Dict. cap.	53	Cas. cap.	60
In diebus paucis, pro intra		In punctum, pro in singula	
dies paucos. Nero. ca.	3	puncta. Nero. cap.	30
Indifferenter ferre, p̄ susq̄;		Inquietare, pro molestus	
deq̄. Domit. cap.	23	esse. Cas. Aust. cap.	53
In disciplinā traditus, pro		Idem, Nero. cap.	39
docendus. Nero. cap.	7	Idem, Ca. Cal. cap.	59
Inducta & superscripta.		Idē, c. 26. Idē, Cl. Cæ. c.	9
Nero. cap.	52	Inquilini. Nero. cap.	44
Indulisset, pro amisisset.		Inserum, pro in uesteram.	
		Cas.	

IN SVET. TRANQL.

Cæs. Aug. cap.	16	ro. cap.	13
et Otho. cap.	11	Introitus noui sacerdotij,	
Instar, pro signo substanti-		pinitu. Clau. Cæ. ca. 9	
uè. Cæs. Dict. cap.	61	Inuitauit se largiter, pro	
Institoriæ operæ. Nero.		multū bibit. Cæs. Aug.	
cap.	27	cap.	77
Instituisse, pro incipere.		ira, iracundia. Clau. Cæs.	
Otho. cap.	12	cap.	38
Instratus, pro tectus. Clau.		Iterare honorem. Claud.	
Cæs. cap.	18	Cæs. cap.	17
Insulæ domus magnatū se-		Itus, reditus. Tyber. Cæs.	
motæ. Nero. cap.	38	cap.	38
Inter conuentū, pro in con-		Ius nudimarum. Clau. Cæs.	
uentu, sicut inter cœ-		cap.	12
nam. Gal. cap.	5	L Acinia. Ca. Caligul.	
Inter cœnā, pro inter cœnā		cap.	35
dū. Tyb. Cæs. cap.	53	Idem, Cl. Cæs. cap.	15
Inter capedo, pro interual-		Laticlauij, lato clauo insi-	
lo. Cæs. Aug. cap.	38	gnes. Cæs. Aug. ca.	38
Interdictus coitus. C. Cal.		Latores literarū Ca. Cal.	
cap.	25	cap.	44
Interdixit peti, pro uetuit.		Latinitas ius Latij. Cæs.	
Galb. cap.	6	Aug. cap.	47
Internetio, siue interne-		Laudes uirtutum, pro lau-	
ctio. Otho. cap.	12	datione. C. Cal. cap.	16
Internuntij. Otho. cap.	8	Laxatus calceus. Otho.	
Inter pœnam, sicut inter		cap.	6
cœnā. Tyb. Cæs. ca.	60	Laxitas, pro spaciositas.	
Interpretata, passiuè. Ne-		Nero. cap.	31
		Laxum	

ANNOTATA PER ERAS.

Laxum, spatiosum & ca-	Maſtea uenenata. C. Cal.
pax. Tyb. Caſ. cap. 11	cap. 38
Lecticarij. Otho. cap. 6	Magis ac magis. Vitel.
Lecticula lucubratoria.	cap. 11
Ceſ. Aug. cap. 78	Mala pugna. Ca. Calig.
Leuis ſine anulo, absolute.	cap. 52
Nero. cap. 20	Malè animatus erga princi-
Libellus memorialis, ſcri-	pem. Vitel. cap. 7
ptū memoriae cauſa pa-	Malè pedatus. Otho. ca. 12
ratū. Caſ. Diſt. ca. 56	Malignitas, pro inuidètia.
Liberare fidem obligatam.	C. Cal. cap. 34
Claud. Caſ. cap. 9	Manceps operarum. Veſp.
Libidinari. Nero. cap. 28	Auguſt. cap. 1
Librū edidit nō eſſe, pro	Manſio. Tit. Veſ. cap. 10
quod eſt, libro edito te	Manubialis pecunia. Caſ.
ſtatus eſt. Cæ. Diſt. a. c. 52	Auguſt. cap. 30
Libuiſſent, ut, Non te hæc	Manuleatus. Ca. Calig.
puddet? Cæ. Diſt. ca. 20	cap. 52
Litare uictimas. Otho.	Malignitas, pro inuidia.
cap. 8	Nero. cap. 23
Lorica lintea. Gal. cap. 19	Māducare, propemodum
Ludit aleam. Caſ. Auguſt.	pro edere. Cæ. Au. c. 76
cap. 71. & Nero. ca. 30	Manus remiſi, pro iactibus
Luxata machina. Nero.	Caſ. Aug. cap. 71
cap. 34	Mappam mittere. Nero.
Lychnuchi. Caſ. Diſtat.	cap. 22
cap. 37	Maritare. Veſpa. Augu.
M Achinoſum, Nero.	cap. 14
cap. 34	Matrix, pro arbore. Aug.
	cap.

IN SVET. TRANQ.

cap.	94	diare. C. Cal. cap. 25
Mechanicus, machinarũ ar-		Misilia uariarum rerum,
tifex. Vesp. Aug. ca. 18		pro uarias res misles.
Medende ualetudini. Tit.		C. Calig. cap. 18
Vespa. cap.	8	Item, Nero. ca. 11. et 22
Meditatus, pro tentauit. Ne-		M. Lolio offensior pro sub-
ro. cap.	35	iratus. Tyb. Cas. ca. 13
Medio tempore, pro με-		Moderatio absolute, pro le-
ταξὺ, siue interea. Cas.		mitate siue modestia.
Dict. cap.	76	Tyb. Cas. cap. 32
Mellita. Nero. cap.	27	Modicella. Nero. cap. 48
Mente lapsi, mente capti.		Molitores à moliendo. Do-
Cas. Aug. cap.	48	mit. cap. 10
Meretricium, pro quæstu		Molitrix. Nero. cap. 35
meretricio. C. Cal. c. 40		Morem retulit, pro instau-
Meridiani. Claud. Cas. cap.		rauit. Cas. Dict. ca. 20
34		Mouere uentrem, ciere al-
Meridiare. C. Cal. cap.	38	uum. Nero. cap. 33
Meritorium coenaculũ. Vi-		Mox, pro deinde. Cas. Au-
tel. cap.	7	gust. cap. 47
Meritoria uehicula. C. Cal.		Multatus est poena, pro
cap.	39	punijs. Cas. Aug. ca. 21
Meridiare. Nero. cap.	6	Multifariam. Tyber. Cas.
Metoscopus. Tit. Vespasia.		cap. 52. & C. Cal. ca. 18
cap.	2	& Gal. cap. 19
Milliaria. Nero. cap.	31	Multiplacia. C. Cas. ca. 21
Ministrator. Vitel. cap.	17	Multiplico. Nero. cap. 22
Minus mille. Nero. cap.	30	N Atare & literæ. Cas.
Missam facere, pro repu-		Aug. cap. 64
		Nec

ANNOTATA PER ERAS.

Nec eo minus, pro nihilo se cuius. Oth. cap. 4	cap. 11
Nec quicquā aliud pro tan- tum. Ner. cap. 43	Nihil dum, pro nihil adhuc Ces. Dict. cap. 7
Nec non &. Tit. Vespasia. cap. 5	Nihil quā, pro nihil aliud quā. Claud. Ces. ca. 36
Nedum, pro tantum abest. Tyb. Ces. cap. 44	Niuata aquæ. Nero. ca. 27.
Neglexit nisi. Nero. cap. 33	Nocti illuxit dies, quæ secu- ta est proximè. Ces. Dict. cap. 81
Nemine gnaro, pro cōscio. C. Cal. cap. 46	Nō temere, pro uix unquā, siue ferè nunquā. Ces. Aug. cap. 73
Neq; quicquam quā, pro tantum. Clau. Ces. ca. 10	Non temere, non ferè. C. Cal. cap. 36
Neq; secius eo, pro nihilo= minus. Domit. cap. 12	Non ultrā quā, pro tantū Ces. Aug. cap. 67
Nicon Græcè uincens, vi- κῶν. Ces. Aug. cap. 96	Notabile, in bonā partem. Domit. cap. 20
Nihil aliud quā, pro tan- tum. Vesp. Aug. cap. 5	& Ces. Aug. cap. 72
& Ces. Augu. cap. 83	& C. Cal. cap. 14
Nihil aliud, pro duntaxat, more Græco, μηδὲν ἄλλο. Ces. Dict. cap. 20	Notum fecit, pro significa- uit, ἐδιδάωσε siue ἐγνώ- ωσε. Ces. Aug. cap. 65
Nihil aliud quā, pro tan- tum modo. Domit. ca. 21	Nouare, pro mutare. Domi- cap. 7
Nihil amplius quā, pro tantum. Gal. cap. 19	Nouellare. Domit. cap. 7
Idem, Claud. Ces. ca. 11	Nouissima. Tit. Vesp. ca. 5
Nihil antiquius. Clau. Ces.	Nullius non facinoris, pro cuiusuis facinoris. Ces. Augu.

IN SVETON. TRANQ.

August. ca.	32	Ostentät, pro passim ostendunt. Ces. Aug. ca.	87
Nummus asper. Nero. ca.			
44		P Allaca. Vesp. August.	
Nundinari. Tit. Vespasia.		cap.	21
cap.	7	Paropsis leguminis. Galb.	
O bscratio, pro litania. Clau. Ces. ca.	22	cap.	12
Obesitas corporis. Claud.		Parsurus. Tyb. Ces. ca.	62
Ces. cap.	41	Partes in conuiuio. C. Cal.	
Obesitas uētris. Do. ca.	18	cap.	18
Obfirmatē, pro pertinaciter. Tyb. Ces. Ca.	25	Patentissimo loco. Claud.	
Obolere allium. C. Calig.		Ces. ca.	32
cap.	23	Patriciatus, pro ordine siue dignitate patriciorum.	
Offendebatur, pro grauitate ferebat, cum uerbo infinito. Ces. Aug. ca.	89	Ces. Aug. ca.	2
Offense leues. Claud. Ces.		Paucis quam p paucis post diebus. Tyb. Ces. ca.	60
cap.	26	Paulominus, pro propemodum. Tyb. Ces. cap.	39
Offensior, pro iratus. Nero. ca.	2	Paulominus quam, pro propemodū. Tyb. Ces. c.	26
Offensus, pro inuisus. Ces.		Paulominus, pro penē. Nero. ca.	40
Dict. ca.	19	Pensio, pro solutione. Vesp.	
Officij duxit, pro putauit officiosum, absoluti. Ty.		Aug. ca.	23
Ces. ca.	11	Pependi. Domit. ca.	9
Opere censorio, pro functione cēsurae. Ces. Dict.		Pependit tributa. Domit.	
cap.	41	cap.	12
		Peragere, pro perficere. C.	
		Cal. cap.	21

ANNOTATA PER ERAS.

Perannare. Vespa. August.	cap.	68
cap.	5	Per uices, pro uicissim. C.
Per assem & libram Cas.	Cas. cap.	42
Aug. ca.	64	Peruigilium. C. Cal. ca.
Per causam, pro prætectu.	Philosophia contraria im-	54
Otho. ca.	3	peraturo. Nero. ca.
Perceptas, pro antè rece-	Phonascus, magister uocis	52
ptas. Cas. Aug. ca.	exercendæ. Ner. ca.	29
Perductam, pro traductam	Pigneratus fidem, pro stipu-	
C. Cal. cap.	latus siue pactus. Cl.	
Peregit, pro perfecit. Clau.	Cas. cap.	10
Cas. cap.	11	Pignerauit unionem. Vitel.
Perferre, pro ad finem, siue	cap.	7
ad plenum ferre. Cas.	Pingui toga. Cas. August.	
August. cap.	cap.	82
34	Pistrimensia iumenta. C. Ca	
Perfidiosè. Cas. Aug. ca.	lig. cap.	39
21	Plectrum linguæ titubans.	
Per idem tempus, pro sub	Clau. Cas. cap.	30
idem. Galb. cap.	10	Plenus persuasionis, pro ual-
Perinde quàm. Domi. ca.	15	de persuasus. Tyb. Cas.
Perinfamis. Vitel. cap.	2	cap.
69	Plurifariâ. Tyb. Cas. ca.	43
Pernoctare. Tyber. Cas.	cap.	69
cap.	18	& Cl. Cas. ca. 21. & C.
Per quietem, pro in somnis.	Cal. ca. 54. & Cas. Au-	
Cas. Dict. ca. si. Idem,	gu. cap. 4. Idem ca. 80	
Cl. Cas. cap.	37	Plurimum uixit, pro ple-
Peruasoriae assertiones.	Domit. cap.	8
Domit. cap.	8	Plurimum uixit, pro ple-
Peruasissimū. Ner. cap.	29	Plurimum uixit, pro ple-
Peruasus se Tyber. Cas.	cap.	8
cap.		8

Podium

IN SVETO. TRANQ.

Podium. Nero. cap.	12	cap.	6
Pœnitens facti. Vitel. ca-		Prædictam coenā, pro præ-	
pit.	15	stitutam. C. Cæs. cap.	8
Pœnitenda. Vesp̄a. Augu.		Prægrauant, absolutē, pro	
cap.	1	præpollēt, siue præpōde	
Pœnus multiplex τωκίλν		rant. Cæs. Dict. cap.	76
Nero. cap.	11	Prægredi, pro præcedere.	
Ponere barbam. C. Caligu.		Tyb. Cæs. cap.	7
cap.	5	Præire obsecrationem, pro	
Ponē uerticē. Ner. cap.	41	dictare. Cl. Cæs. cap.	22
Pontie meminit & Hiero-		Præluce dicitur, qui præ	
nymus. C. Cal. cap.	15	cedit cum lumine. Cæs.	
Popine. Nero. cap.	16	August. cap.	29
Porcellus. Nero. cap.	33	Præmiari. Tit. Vesp̄. cap.	7
Portentuosus, ut montuo-		Præstruētū, arte prepara-	
sus. Domit. cap.	4	tum, & cōposito factū	
Posca. Vitel. cap.	12	Tyb. Cæs. cap.	53
Postica pars. Otho. cap.	6	Præstitit principē, sine se.	
Potaturus, pro bibiturus.		Tyb. Cæs. cap.	33
Nero. cap.	48	Prætēta à prætendo. Clau.	
Potestates, pro magistrati		Cæs. cap.	10
bus. Clau. Cæs. cap.	23	Prima lux, summum dilucu	
Potiri rerum. Vesp̄. Augu.		lum. Cæs. Aug. cap.	78
cap.	4	Prima uespera. Tybe. Cæs.	
Potionatus, ueneno affe-		cap.	74
ctus. C. Gal. cap.	50	Primo diluculo. Vitel. ca-	
Prædari bona. Domitian.		pi.	15
cap.	12	Primos pilos. C. Caligul.	
Prædicta aruspicias. Otho.		cap.	44

ANNOTATA PER ERAS.

Primum, pro prius, cum de	Proponere, pro promulga
duobus agat. Tyber.	re. C. Cal. cap. 41
Cæs. cap. 7	Propter quod. Gal. cap. 3
Principia in castris, Otho.	Proscripta, pro palam scri
cap. 6	pta. Ner. cap. 39
Prinauit honore. Nero. ca=	Prosperitas rerū, nō solum
pit. 43	hominis. C. Cal. cap. 31
Proculdubio. Ner. cap. 3	Proximis, τοῖς πλησίοις.
Pro æde, ante ædem. Cæs.	Otho. cap. 6
Dict. cap. 61	Publicare hominē, pro po=
Profunda gula. Vitel. ca. 7	pulo cōmunem facere.
Progener, generi pater, Cæ	Clau. Cæs. cap. 25
sar. Aug. cap. 19	Publicare se, pro ostendere
Pro gradibus. Vitel. ca. 15	populo. Ner. cap. 21
Promulgare. Ner. cap. 36	Publicauit, pro publicē edi
Pronior huic rei, pro in	dit. C. Cæs. cap. 3
hanc rem. Ner. ca. 40	Puerulus, pro puellus. Do=
et Gal. cap. 12	mit. cap. 4
Pronus ad hæc. Vit. cap. 7	Purificare. Cæs. August.
Propalam. C. Cæs. cap. 15	cap. 94
et C. Cal. cap. 24	Pixis ueneni. Nero. cap. 47
Propagare, pro pducere,	Q Vadrisariam. Vi=
sive pferre. C. Cal. c. 29	tel. cap. 13
Propitiare deum. Vef. Au=	Quadragesima sci
gu. cap. 7	licet pars C. Cal. ca. 40
Propitiare manes, pro pla=	Quadragesimæ. Vef. Aug.
care. Otho. cap. 7	cap. 4
Propinare, præbiberere. Ty=	Quam multa, pro multa.
ber. Cæs. cap. 42	C. Cæs. cap. 20

Quam

Quam uoluntatē, cū mox.	spa. Aug. cap.	9
præcesserit, uolūtate.	Recensiti, à recenseo. Caf.	
Caf. Aug. cap.	Dict. cap.	41
Quam ut, pro aliter quàm	Recepit se Samum insulā	
ut. Gal. cap.	absq; præpositione. Cæ.	
Quanta posset maxima.	Aug. cap.	17
Nero. cap.	Recognoscere, pro recen-	
Quanti calceasset. Vesp.	sere. C. Cal. cap.	16
Aug. cap.	et Caf. Aug. cap.	37
Quantum, pro sicut. Vesp.	et Caf. Aug. cap.	38
Aug. cap.	Rectæ coenæ. Domi. cap.	7
Quas maximas, pro quā ma-	Recuperare somnum. Caf.	
ximas, siue quātas maxi-	Aug. cap.	78
mas. Caf. Dict. cap.	Refector. Vespas. August.	
Quatenus, pro quādoqui-	cap.	8
dem. Clau. Caf. cap. 26	Reficere ædificium. Claud.	
Qui iuxta erāt, p familiari-	Caf. cap.	25
bus more Græco, ἴσ	Refrigeratus, pro refocilla-	
πλουσιον. C. Cal. ca. 10	tus. C. Caf. cap.	41
Quingenos, pro singulis	Regaliolus auis. Cæ. Dict.	
quingentos. Caf. Dict.	cap.	81
cap.	Reliquiæ. Domi. cap.	8
Quoquo modo. Ner. c. 49	Remaledici. Vesp. August.	
R Adit caput, pro radē	cap.	9
dum curat. C. Cal.	Remolitus, aut remollitus,	
cap.	pro placatus. Caf. Au-	
Recens cōdita, pro nuper.	gu. cap.	79
Tyb. Caf. cap.	Renūciare amicitiam, pro	
Recenso, pro recēsito. Ve-	denunciare amicitia di-	
	scissam	

ANNOTATA PER ERAS.

Sciſſam. C. Cal. cap. 3	Retardare. Gal. cap. 10
Renūciare uitæ. Gal. ca. 11	et Otho. cap. 8
Repletus eruditioe, ut Græcis ἀναμάτωρ. Caf. Aug. gu. cap. 89	Retaxare. Veſpa. Auguſt. cap. 13
Repreſentare, pro exhibere. C. Caf. ca. 18. et Caf. Aug. ca. 101. et C. Cal. cap. 58. et C. Cal. ca. 16	Reuerentiſſimè, pro religioſiſſimè. Caf. Aug. ca. 93 et Nero. cap. 23
Repromiſſio. Otho. cap. 4	Reuocare, pro inſtaurare. Clau. Caf. cap. 22 et Nero. cap. 32
Repromittere, pro promittere. Tyb. Caf. cap. 17 et C. Caf. cap. 20	Rex regum. C. Cal. cap. 5
Requirere autores, pro exigere, ſiue poſcere. Caf. Aug. cap. 55	Rumpere patientiam, pro μακροθυμία. Tyber. Caf. cap. 24
Repuđiare, pro dimittere quā duxeris. Caf. Diſt. cap. 1	S abbata. Tyber. Caf. cap. 32
Reſarcio. Cl. Caf. cap. 6	Sabbata Iudeorū. Caf. Auguſt. cap. 76
Reſcripturū, p denuo ſcripturū. Caf. Diſt. ca. 56	Sacrificuli. Tit. Domi. c. 1
Reſiduos lectos, dixit reliquos. Caf. Aug. cap. 73	Sagulati. Vitel. cap. 11
Reſ miſſiles, que ſparguntur in uulguſ. Caf. Aug. gu. cap. 98	Saltare fabulam. C. Calig. cap. 57
Reſtitit, pro ſubſtitit. C. Calig. cap. 58	Sanguinis miſſio. C. Calig. cap. 29
	Scalprū librariū. Vit. cap. 2
	Scienter, pro ſcitè. Tit. Veſpa. cap. 3
	Sciſcitatus eſt illum. Domi. cap. 19

IN SVET. TRANQ.

Secubare. Tyb. Caf. cap. 7	August. cap. 44
Secunda existimatio, pro fama prospera. Cl. Caf. cap. 7	Solennes dies. Caf. Angu. cap. 53
Secundum quietem, pro per quietem. Caf. Aug. c. 94	Sororum nepotes, pro ex sororibus nepotes. Caf. Dict. cap. 83.
Seducto, pro seorsim abdu- cto. Clau. Caf. cap. 37	Sorticula. Nero. cap. 21
Semen, pro genere. C. Cal. cap. 25	Sortem trahere, pro duce- re. Tyb. Caf. cap. 14
Semiustulandum. Tyb. Caf. cap. 75	Speculabundus, pro subim- de speculans. Tyb. Caf. cap. 65
Sermocinari. <i>suālex</i> Tyb. Caf. cap. 56	Sponsaliorum dies. Caf. August. cap. 53
Sestertius numus genere ma sculmo. Caf. Dict. ca. 83	Stare, pro subsistere. Otho. cap. 5
Sexaginta amplius, pro plu res sexaginta. Caf. Dict. cap. 80	Strena ineunte anno. C. Cal. cap. 42
Sexto quam profectus erat mense, sine post. Claud. Caf. cap. 17	Sub paterna auia educatus. Vesp. Aug. cap. 2
Simul ac primum. Nero. cap. 43	Subdebile. Vitel. cap. 17
Singulatim. Nero. cap. 15	Subducta ratione. Claud. Caf. cap. 21
Soccus muliebris. C. Calig. cap. 52	Sub æde. Otho. cap. 6
Solaria. Nero. cap. 16	Sub exitu, pro sub exitum. Claud. Caf. cap. 43
Solenne, pro solitum. Caf.	☉ Nero. cap. 54
	Sub crimine. Nero. ca. 35
	Sub idem tempus, pro circa
	M 4 idem

ANNOTATA PER ERSA.

idem tempus. Tyb. Caf.	8	et Tyber. Caf. cap.	35
cap. 18. et Otho. cap. 8.		et Otho. cap.	5
et Caf. Aug. cap.	65	et Domit. cap.	3
Subinde, pro mox. Galb.		et C. Cal. cap.	36
cap. 1. et Tit. Vesp. c. 5.		et Claud. Caf. cap.	1
et Galb. cap.	10	Superinduit. Nero. cap.	48
Sub manum, pro promptè.		Supereffe, pro adesse, hoc	
Caf. August. cap.	49	est, patrocinari. Caf.	
Sub pœna mortis. C. Cal.		Augu. cap.	56
cap.	49	Super pro ultra. Ner. c.	31
Sub pœna seruitutis. Tyb.		Superq; pro præter. Caf.	
Caf. cap.	16	Dict. cap.	18
Subsequi, π παρακολούθησιν		Super se collocavit, pro in	
Caf. Dict. cap.	55	loco superiore, et hono	
Subsortitio, pro suffectio.		ratione. Caf. Aug. ca. 43	
Caf. Dict. cap.	41	Superfedit uisere, cum infi-	
Substringere fascia. Galb.		nito. Caf. Aug. cap. 92	
cap.	21	Super siue supra, pro plus-	
Succollare, collo supposito		quam. Caf. Aug. ca. 38.	
fulcire. Cl. Caf. cap.	10	et cap.	35
et Otho. cap.	6	Superstans. Nero. cap.	50
Summissim fabulari. Caf.		Superstat columnæ. Galba.	
Aug. cap.	74	cap.	23
Super, pro præter. Claud.		Suscipere liberos. Claud.	
Caf. cap. 26. Nero. cap.		Caf. cap.	21
28. Vitel. ca. 13. et Caf.		Suspendere, pro ducere, et	
August. cap.	69	suspensos habere. Tyb.	
et Claud. Caf. cap.	14	Caf. cap.	24
et Claud. Caf. cap.	5	Sustinuero, pro uolo. Caf.	
		August.	

IN SVETON. TRANQ.

Augst. cap.	31	et Galb. cap.	9
et Cas. Augst. cap.	66	et Vesp. Augst. cap.	16
et Cas. Dict. cap.	74	Titubantia oris. Vitell. ca.	6
Sustinuit uidere, pro po-		Togæ restricta et fuse.	
tuit. C. Cal. cap.	30	Cas. Augst. ca.	73
Sustulit cachinum, pro cla-		Togæ uirilil dies. Claud.	
rèristit. Cas. Aug. ca.	98	Cas. ca.	2
T Alitrum. Tyber. Cas.		Tondere barbâ, radere bar-	
cap.	68	bam. Cas. Aug. ca.	79
Tantum non, pro prope-		Torques aurei genere ma-	
modum. Tyb. Cas. ca.	11	sculino. Cas. Au. ca.	43
Idem, pro penè. Tyber.		Traderèt, pro predicarent	
Cas. cap.	52	alijs. Claud. Cas. cap.	9
et Domit. cap.	15	Tradita, à maioribus acce-	
et Tyb. Cas. cap.	66	pta. Nero. ca.	1
et Vitel. ca.	14	Traducere, nò pro diuulgâ-	
Tempestas in bonam par-		re, sed in diuersam partē	
tem. Tit. Vesp. ca.	10	ducere. Cas. Dict. ca.	20
Tempore medio. C. Cal.		et Tit. Vesp. ca.	8
cap.	52	Trahere genus, pro ducere.	
Tenaces morbi. Clau. Cas.		Tyber. Cas. cap.	3
cap.	2	Traiectus, pro transuersim	
Teneret, pro uinceret. Do-		iactus. Nero. cap.	48
mit. ca.	9	Transfigurare. Ner. ca.	28
Terra mouisset, pro terræ		et ca.	46
motus fuisset. Clau. Cas.		et C. Cal. ca.	22
cap.	22	Transijt. Vesp. Augst.	
Testificari, pro testari. C.		cap.	7
Cal. ca.	14		
		M 5	Trāsmi

ANNOTATA PER ERAS.

Transmigrauit, pro demi-	Vestigaliorum, pro uestiga-
grauit. Tyb. Cas. ca. 15	lium. Cas. Aug. ca. 101
Transmittere, pro traijce-	& C. Cal. cap. 16
re mare. Cas. Dict. c. 58	Venatio pro ludo. Nero.
& C. Cal. cap. 10	cap. 4
Transnominauit. Domit.	Veneta factio. Vitel. ca. 14
cap. 13	Venenarij. Nero. cap. 33
Transportauit in insulam,	Venercus ictus. Cas. Aug.
pro deportauit. Cas. Au-	cap. 71
gust. cap. 65	Vere siue falsa, pro seu ue-
Trecenos, pro singulis cen-	ra, seu falsa. Vesp. Au.
tum. Cas. Dict. cap. 38	cap. 6
Trepidanter. Nero. ca. 49	Vergente die, pro inclina-
Trisariam. Vitel. cap. 13	to. Otho. cap. 7
Trinis, pro ternis. Nero.	Veretrum. Tyb. Cas. ca. 62
cap. 56	Vertete anno, p finito, sicut
Tulerat animus, pro libuit.	ineunte. Cas. Cal. ca. 37
Otho. cap. 6	Versanti pecunias, pro tra-
Tumultuari. Galba. cap. 9	stanti. Galb. cap. 9
Tympanizo. Cas. August.	Vespere, pro uesperis: Lu-
cap. 68	ce, pro luci. Cas. Augu.
V alentissimi, robustif-	cap. 94
simi. Cas. Augu.	Veteramentarius. Vitell.
cap. 35	cap. 2
Valet rostrum. Vitel. ca. 18	Vexillatio. Galb. cap. 20
Vbicunq; sine uerbo, pro	Vice, p instar. Nero. ca. 31
ubiuis. C. Cal. cap. 40	Vicibus, per uices. C. Cal.
Vbi plurimum. Domit.	cap. 22
cap. 7	Viduata. Galb. cap. 5
	Viro

IN SVET. TRANQ.

Viro corā, pro in cōspectu uiri. Caf. Aug. cap. 69	Vocatu ipsius. Cal. Caligu, cap. 39
Viscus hoc, pro carne. Vi- tel. cap. 13	Vsque adhuc, pro hucusq; Domit. cap. 18
Vlli fœmine, pro cuius fœ- mine. Caf. Dict. ca. 22	Vt non, pro nisi. Caf. Aug. cap. 56
Vltimò, pro dēniq;. Nero. cap. 32	Vtricularius. Ner. cap. 54
Vltrò citrò, sine cōiunctio- ne. C. Cal. cap. 19	Vt siquis unquam, pro ut qui maximè. Tit. Ve- spa. cap. 7
Vnus, pro quidam. Claud. Caf. cap. 37	Vxor imaginata est, pro u- xori uisum est per som- nium. Caf. Dict. cap. 51
Vocatores. C. Cal. cap. 39	

P I N I S.

GRÆC I V E R

SVS AC D I C T I O N E S I N

Latinum Per Ioan. Bap. Egnatium Ve-
netum tratate, ut iuniori-
bus consulatur.

E X I V L I O C A E S A R E.

ἡγὼ σὺ τέκνον. Et tu fili.

E X A V G V S T O.

ἄσπευδὲ βραδέως. festina tarde; uel, quod uerbo uno ex-
primetur, matura.

ἀσφαλὴς γὰρ ἐστὶν ἀμείνων ἢ θρασύς στρατηλάτης.
Tutus enim est melior, quam temerarius imperator.

αἰὲς ὄφελον ἀγαμὸς τε ἑμμεν᾽ ἀγνός τε ἀπολιᾶς.

Οὐτίκα

Ο' utinam quàm debui, & sine uxore esse, & sine libe-
ris periisse.

Δωδεκάθε. Duodenarij dij. δυσφημίαι. malā nomi-
nationem. κτίσιν conditorem.

κτίσιν δὲ τύμβου εἰσορᾷ πυρένυλον.

Conditoris sepulchrum ardens conspicio.

ὄρας φάσι μάσγαβαυ λιώμνον.

Vides luminibus honestatum Masgabam.

δότε κρότον, ἢ πάντες ὑμεῖς μετὰ χαρᾶς τι ποιείτε

Date plausum, & uos omnes letabundi aliquid facite.

ἐθανασίαι. Facillimam mortem & paratissimam.

EX TYBERIO.

ἐμοὶ καὶ ταῖς μούσαις στρατηγῶν.

Mihi & musis rem gerens militarem.

νομιμώτετε. Dux optime, ex maiorum institutis.

καὶ ἑαυτήν ἑαυμίαι στρατιόμνον.

Et in tantam militum desidiam exercitum ductantem.

Τούτῳ δ' ἑαπομένοιο, ἢ ἐκ πυρὸς ἀδομένοιο.

ἄμφω νοστήσαμεν ἐπὶ πῶδι οἱ δὲ νοήσα.

Hoc comite, & ex media flāma ambo reuertamur, quan-
do etiam atque etiam sapit.

ἐμβλημα. Interpositum & interiectum.

EX CALIGVLA.

εἰς κοίραν & εἰς βασιλεὺς. unus imperator sit, unus

rex. εἰς αἶαν δ' ἀναῶν πῶρῶ σε. In terram Græciam

transmittam te.

ἀδ' ἀπρεψίαν rigiditatem, ac toruitatē. Codices habue-
re

re Græcū hoc uerbum, quod ἔσ' restituendū nostris arbi-
tror, ἔσ' Latinū suppositū, in uerecundiam, eradendum.

EX CLAUDIO.

Τοῖς εὐτυχῶσι καὶ τρέμειναι παιδεία. Felicibus ἔσ' tri-
mestres filij. ἀρλιος ὀλόκληρος. Profectus ἔσ' absolutus.
ἠλατῶαδ'. imminutum esse.

καὶ βεβλάσθαι καὶ εἰς τὴν τῶ σώματ' ἔσ' καὶ εἰς
τὴν πῆς ψυχῆς ἀρτιότητα, ἔσ' corruptū, cum ad cor-
poris, tum ad animi perfectionem.

τὰ τοιαῦτα σκώπτειν καὶ μνηστίζειν εἰωτόσι.
Huiusmodi lacerare, ἔσ' subsannare solitis.

μὴ προσωκεῖμενον ἡμῖν. non antè nobis propositum.
μετ' ὀρωσ. minus stolidè.

ἀτυχεῖ πάντ' ἐν τοῖς ἀποδ' αἰοῖς διαμ.
Malè agit ualde in ijs, quæ ad studia.

ἢ πῆς ψυχῆς αὐτῶ ἐγγύσια.

Eius animi indoles egregia.

ἀσαφῶς. obscure. σαφῶς. aperte.

καὶ σὺ γέρον εἶ καὶ μωρός. Et tu senex es, ἔσ' stultus.

μωρῶν ἐπανάστασις. stultorum resurrectio.

μετ' ὀρία καὶ ἀβλεψία. stoliditatem, ἔσ' hebetudinē.

λογιώτατ' ἔσ'. maxime rationis capax.

ἀνδ' ῥα ἐπαμίνααδ', ὅτε πῆς πρότερον χαλιπτάνη.

Virum ulcisci, cum prior ille iniuriam intulerit.

τυρρηνικῶν. Tyrrhenicam historiam.

καρχηδονικῶν. Carthaginiensium gesta.

ὁ ἔρωσ δ' ἐπέγειτα. amor impellit.

EX NERONE.

ἔμῳ θανόντι ⊕ γαίᾳ μιχθῆτω πυρὶ.

Me mortuo terra igne pestum eat.

ἔμῳ ζώντι ⊕. me uiuente.

Νέρωι, Ορέστῃ ἀλκμαίῳ μητροκτόνῳ.

Νέονυμφῶι Νέρωι ἰδίαυ μητέρα ἀπέκτεινε.

Nero, Orestes, Alcmeon matricide.

Νουὰμ νυπταμ Νερο ματρεμ προπριαμ interfecit.

νεόνυμφ⊕ Νέρωι. Sponsus Nero.

ὑγίανε πατέρα, ὑγίανε μητέρα.

Bene ualeas pater, bene ualeas mater.

ὁ τέχνιου πᾶσα γαίᾳ τρέφει.

Exiguam artem omnis terra nutrit: ut ridendi sint qui filiolum interpretentur, sed de illis haftenus.

Θανέμ' ἀνώγει σύγγαμ⊕, μήτηρ, πατήρ.

Mori me iubet uxor, mater, pater.

Οὐ πρέπει Νέρονι, ὁ πρέπει. νυφείμ' δ' εἰ ἐν τοῖς τοῖς, ἄγε ἔγειρε σ' αὐτόν. Non decet Neronem, non decet. Vigilandum est, age excita teipsum.

ἵππων μ' ἀκνυπείδων ἀμφὶ κτύπ⊕ ἄστα βάλλει.

Equorum citatorum aures circumsonat strepitus.

EX SERGIO GALBA.

καὶ σὺ τέχνου τῆς ἀρχῆς ἡμῶν παραβίβου.

Et tu fili ad imperium nostrum adnascitor.

ἔτι μοι μέν⊕ ἔμπεδόν ἐστι.

Adhuc Mihi robur est firmum.

EX OTHONE.

Τί γάρ μοι καὶ τοῖς μακροῖς ἀσύλοις;
Variat hæc lectio: omnes enim codices hoc præferunt,
Id est, quid mihi est longis asylis? Legerim autem ipse in
hunc modum:

Τί γάρ με δεῖ καὶ τοῖς μακροῖς αὐλοῖς αὐλεῖν.
Id est, quid necesse est est me longis tibijs insonare? Vide
adagium, Quid opus erat longis canere tibijs?

EX VESPASIANO.

Καλῶς τελονίῳσεντι.

Bene publicum exercenti.

μακρὰ βιβὰς κραδᾶσθαι δολικώσκιον ἔχθ.

Et longum incedens quassans ingentem hastam.

ὦ λάχης λάχης, ἐπὶ αὐ ἀποθάνης αὐθίς, ἐξ

ὑπέρχης εἰρήσῃ κέρυλθ.

O Laches Laches, cum rursus morieris, iterum

Cerylus dicêris.

EX DOMITIANO.

Μὴ καὶ σὺ γαμῆσαι θέλεις.

An est tuiubere uis?

ὄχ ὄραῖς αἶος καγῶ καλός τε μέγας τε.

Non uides quàm pulcher ego est magnus.

ἔσαι πάντῃ καλῶς.

Erunt omnia bene.

F I N I S.



IMPRESSVM LVGDVNI
APVD THEOBALDVM
PAGANVM.

M. D. XLI.



patrici apelati erant Senatoru progenies
magistratu minoru / Auguſtinius dicit sub ma
iore minoru magistratu contineri omnes
magistratus praeter / Coſules / praetores
et cenſores / conſules enim Caecar ſolus ore
ore volebat / dominus inferlaru vocat eos
qui habebant inſulares domos abalyſe
modis / agere rempore. oriam nihil
aliud eſt quam alere armenta et
greges Honorius Imperator bonandos eſte gramma
ticos, oratores, Philoſophos, medicos, imperatores
vito nam ut inquit Ariſtoteles in 2. politicioru
ubi non maxime virtus honoratur ibi ſerua
non poteſt eſſe res publica,

ordo eſt nequus maior minor ce virgin
niam decem ſubiſelige anos hoc
eſt neque in fra decimum aite amem
abese poſſit italis plus trienio

Plinius dicit fuisse Romae quatuordecim regiones

triga euvokos & singulariter dicitur atriq; equis

in his
ancasias

equi de saltoridicū fur ex quib; homines
per agilitatem corporis ex defiliabant et
in alios firmi li ebant

laberius

fuit in laberio arrogantia et male dicitur
et is to ver seculo potentia leonis pul
saint porro quiritas libertate perdi
didimus et illo nec ce est multos
fimeant quem multi timeat

athletae / cursu saltu iatu disci iaculatione et
luctatione certabant

In libro macedonico primo scriptum legimus quod
in Romana curia fuerant sexcenti vi
ginthi consilia agentes: neque inter eos erat
maceda

